



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



3 3433 08160963 2



**GANSEVOORT-LANSING  
COLLECTION**

*given to the New York Public Library  
Astor Lenox and Tilden Foundations*

**BY VICTOR HUGO PALTSITS**

*under the terms of the last will and testament of*

**CATHERINE GANSEVOORT LANSING**

*granddaughter of  
General Peter Gansevoort, junior  
and widow of the  
Honorable Abraham Lansing  
of Albany, New York*

NTD  
G...  
H...









107 N. 2.  
27-9  
**Q. HORATII  
FLACCI  
CARMINA**

**EXPURGATA,**

*Et accuratis Notis illustrata*

**AUCTORE**

**JOSEPHO JUVENCIO**

**SACERDOTE.**

*Accedit in hac Editione Index Odarum  
Chronologicus.*

**EDITIO PRIMA ROMANA.**




**ROMÆ 1782.**

**Typis S. Michaelis ad Ripam apud Paulum  
Junchum.**

---

**SUPERIORUM PERMISSU,  
ET PRIVILEGIO.**



*IMPRIMATUR,*


Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Pala-  
tiii Apostolicee Magistro .

*F. A. Marcucci ab Imm. Conc. Patriarcha Co-  
stantinopolitanus Epif. Montis Alti ,  
Vicefg.*



*IMPRIMATUR,*

Fr. Thomas Maria Mamacchi Ord. Przd. Sacri  
Palatii Apostolicee Magister .



Q HO.



Q. HORATII FLACCI  
VITA.



Natus est Horatius, anno  
 ab Urbe condita 689.  
 Venusiæ in Apulia, pa-  
 tre libertino, at locu-  
 plete; a quo Romam  
 ductus, & inter Senatorum, Equi-  
 tumque pueros liberaliter est educa-  
 tus. Annos natus admodum 19.  
 Athenas petiit. Ibi Philosophiæ ope-  
 ram dabat, cum Brutus, Cæsare  
 percusso, fugiens in Macedoniam,  
 illum Athenis abstraxit, & militum  
 Tribunum in suo exercitu esse ius-  
 sit. Commisso ad Philippos prælio,  
 in quo cæsus est Brutus, fugam  
 arripuit Horatius; ac Romam, fa-  
 cto ad Palinurum Italiæ promonto-  
 rium naufragio, vix appulit. Mox,  
 inopia cogente, versus factitare cœ-  
 pit; quos legerunt Virgilius, & Va-

rius poetarum in Urbe tum princeps, ac Mœcenati, viro nobili, summa apud Augustum gratia & eruditorum patrono, laudavere. Is Horatium vocat, probat, ac paucis poemensibus in suorum numero esse jubet: simulque ipsi veniam ab Octavio Cæsare, qui postea Augustus dicitur, impetrat, quod Bruti, Cassii partes secutus esset. Fuit ipse quoque Augusto charissimus, & acceptissimus. Obiit anno ætatis 57. U. C. 746. eodem, quo Mœcenas juxta quem in Esquiliis conditus est. Quod ingenium, qui mores, qua religio viri fuerit, e scriptis patet. Corpore obesum, brevem, lippum præcanum ipse se fuisse commemorat.

# TESTIMONIA VETERUM DE HORATIO

Ovidius lib. 4. Trist. Eleg. 10.

*Et tenuit nostras numerosus Horatius aures  
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.*

Persius Sat. 4.

*Omne vaser vitium videnti Flaccus amico  
Targit, & admissus circum præcordia ludit;  
Callidus excusso populum suspendere naso.*

Quintilianus lib. 10. c. 1.

*Lycorum Horatius fere solus legi dignus. Nam  
& insurgit aliquando, & plenus est jucunditatis &  
gratiæ, & variis figuris & verbis felicissime audax.*

Petronius.

*Præterea curandum est ne sententiæ emineant ex-  
tra corpus orationis expressæ, sed intexto vestibus  
colore niteant. Homerus testis, & Lyrici, Ro-  
manusque Virgilius, & Horatii curiosa felicitas.*



## I N D E X I.

## O D A R U M

## A L P H A B E T I C U S.

A			
<b>Æ</b> <i>Quam memento.</i>	Lib. 2.	Od. 3.	pag. 72
<i>Augustam, amici.</i>	3.	2.	108
<i>Æli, vetusto.</i>	3.	12.	138
<i>At, o Deorum.</i>	Epod.	5.	213
<i>Altera jam teritur.</i>	Epod.	11.	229

B			
<b>B</b> <i>Acchum in remotis.</i>	Lib. 2.	Od. 19.	pag. 109
<i>Beatus ille.</i>	Epod.	2.	206

C			
<b>C</b> <i>Ux mo querelis.</i>	Lib. 2.	Od. 14.	pag. 95
<i>Cælo tonantem.</i>	3.	5.	120
<i>Cælo supinas.</i>	3.	17.	145

D			
<b>D</b> <i>Ianam teneræ.</i>	Lib. 1.	Od. 18.	pag. 42
<i>Descende Cælo.</i>	3.	4.	115
<i>Delicta majorum.</i>	3.	6.	125
<i>Divis orte bonis.</i>	4.	4.	178
<i>Dive, quem proles.</i>	4.	5.	180
<i>Diffugere nives.</i>	4.	6.	184
<i>Donarem pateras.</i>	4.	7.	186

E			
<b>E</b> <i>T thure, &amp; fidibus.</i>	Lib. 1.	Od. 30.	pag. 61
<i>Eheu fugaces.</i>	2.	11.	88
<i>Exegi monumentum.</i>	3.	24.	164
<i>Est mihi nonum.</i>	4.	10.	193

F			
<b>F</b> <i>Aune, Nympharum.</i>	Lib. 3.	Od. 13.	pag. 140
<i>Festo quid potius.</i>	3.	22.	158

H			
<b>H</b> <i>Erculis ritu.</i>	Lib. 3.	Od. 10.	pag. 133
<i>Horrida tempestas</i>	Epod. Od.	10.	pag. 227
			<i>Jam</i>

## I

<b>J</b> <i>Am satis terris .</i>	Lib. 1.	Od. 2.	pag. 5.
<i>Integer vitæ .</i>	1.	19.	44
<i>Icci , beatis .</i>	1.	24.	52
<i>Ille Et nefasto .</i>	2.	10.	85
<i>Jam pauca aratro .</i>	2.	12.	90
<i>Iustum , Et tenacem .</i>	3.	3.	110
<i>Inalufam Danaen .</i>	3.	11.	135
<i>Intestis opulentior .</i>	3.	18.	148
<i>Impios paræ .</i>	3.	21.	154
<i>Jam veris comites .</i>	4.	11.	194
<i>Ibis Liburnis .</i>	Epod.		203
<i>Jam jam efficaci .</i>	Epod.		233

## L

<b>L</b> <i>Audabunt alii .</i>	Lib. 1.	Od. 6.	pag. 16
<i>Lydia , die .</i>	1.	7.	19
<i>Lapis , Et agnis .</i>	Epod.		211

## M

<b>M</b> <i>Cenas atavis .</i>	Lib. 1.	Od. 1.	1.
<i>Mercuri facundo .</i>	1.	9.	22
<i>Musis amicus .</i>	1.	21.	47
<i>Motum ex Metello .</i>	2.	1.	66
<i>Martius cælebs .</i>	3.	7.	127
<i>Mercuri , nam te .</i>	3.	8.	129
<i>Montium custos .</i>	3.	16.	145
<i>Mala soluta navis .</i>	Epod.		225

## N

<b>N</b> <i>Ullam , Vare .</i>	Lib. 1.	Od. 16.	pag. 39
<i>Natis in usum .</i>	1.	22.	48
<i>Nunc est bibendum .</i>	1.	31.	62
<i>Nullus argento color .</i>	2.	2.	70
<i>Non semper imbres .</i>	2.	6.	78
<i>Notis longa fera .</i>	2.	9.	83
<i>Non ebur .</i>	2.	15.	97
<i>Non usitata .</i>	2.	17.	102
<i>Ne forte credas .</i>	4.	8.	189

a 4

O Na

## O

<b>O</b> <i>Navis.</i>	Lib. 1. Od. 12. pag. 36
<b>O</b> <i>matre pulchra.</i>	1. 14. 35
<b>O</b> <i>Venus, Regina.</i>	1. 25. 53
<b>O</b> <i>Diva, gratum.</i>	1. 29. 58
<b>O</b> <i>sape mecum.</i>	2. 5. 75
<b>O</b> <i>tium Divos rogat.</i>	2. 13. 92
<b>O</b> <i>di profanum vulgus</i>	3. 1. 104
<b>O</b> <i>fons Blandusiae.</i>	3. 19. 132
<b>O</b> <i>nata mecum.</i>	3. 15. 143
<b>O</b> <i>formosus adhuc.</i>	4. 9. 192

## P

<b>P</b> <i>Astor cum traheret.</i>	Lib. 1. Od. 13. pag. 32
<b>P</b> <i>oscinus, si quid.</i>	1. 27. 55
<b>P</b> <i>arcus Deorum cultor.</i>	1. 28. 56
<b>P</b> <i>ersicus odi.</i>	1. 32. 65
<b>P</b> <i>indarum quisquis.</i>	4. 1. 166
<b>P</b> <i>haebus volentem.</i>	4. 13. 201
<b>P</b> <i>arentis olim.</i>	Epod. 3. 210
<b>P</b> <i>haeba silvarumque.</i>	Epod. 14. 240

## Q

<b>Q</b> <i>uem virum.</i>	Lib. 1. Od. 11. pag. 25
<b>Q</b> <i>uis desiderio.</i>	1. 20. 46
<b>Q</b> <i>uid dedicatum.</i>	1. 26. 54
<b>Q</b> <i>ui bellicosus.</i>	Lib. 2. Od. 8. pag. 82
<b>Q</b> <i>antum distet.</i>	3. 14. 141
<b>Q</b> <i>uo me, Bacche, rapis.</i>	3. 19. 152
<b>Q</b> <i>uem tu, Melpomene.</i>	4. 2. 170
<b>Q</b> <i>ualem ministrum.</i>	4. 3. 172
<b>Q</b> <i>uae cura Patrum.</i>	4. 12. 197
<b>Q</b> <i>uid immerentes.</i>	Epod. 6. 220
<b>Q</b> <i>uo quo, scelesti, ruitis?</i>	Epod. 7. 221
<b>Q</b> <i>uando repostum.</i>	Epod. 8. 222
<b>Q</b> <i>uid obseratis.</i>	Epod. 3. 237

## R

<b>R</b> <i>ectius vives.</i>	Lib. 2. Od. 7. pag. 89
-------------------------------	------------------------

## S

<b>S</b> <i>ic te Diva potens.</i>	Lib. 1. Od. 3. pag. 9
<b>S</b> <i>olvitur acris hyems.</i>	1. 4. 12

Scri-

ALPHABETICUS. ix

<i>Scriberis Vario.</i>	1.	5.	14
<i>Septimi, Gades.</i>	2.	4.	74
T			
<b>T</b> <i>U na quaeris.</i>	Lib. 1.	Od. 10.	pag. 24
<i>Te matris Et. Fortis.</i>	1.	23.	49
<i>Tyrrhena Regum.</i>	5.	23.	159
V			
<b>V</b> <i>Ides ut alta.</i>	Lib. 1.	Od. 8.	pag. 28
<i>Velox amenum.</i>	1.	15.	37
<i>Vile potabis.</i>	1.	17.	48
<i>Vixi choreis.</i>	3.	20.	153

I N D E X I I.  
ALPHABETICUS  
SATYRARUM,  
ET EPISTOLARUM.

A			
<b>A</b> <i>Lbi, nostrorum.</i>	Lib. 1.	Epist. 4.	pag. 408
<i>Ambubajarum.</i>	1.	Satyr. 2.	253
C			
<b>C</b> <i>Elso gaudere.</i>	Lib. 1.	Epist. 8.	422
<i>Cum tot sustineas.</i>	2.	1.	466
E			
<b>E</b> <i>Gressum magna</i>	Lib. 1.	Satyr. 5.	275
<i>Eupolis, atque.</i>	1.	4.	265
F			
<b>F</b> <i>Lore, bono.</i>	Lib. 2.	Epist. 2.	484
<i>Fructibus Agrippae.</i>	1.	12.	438
H			
<b>H</b> <i>Oc erat in votis.</i>	Lib. 2.	Satyr. 6.	369
<i>Hoc quoque, Tiresia</i>	2.	5.	361
<i>Humano capiti.</i>		Ars. poet.	499
I			
<b>J</b> <i>Amsterdam ausculto.</i>	Lib. 2.	Satir. 7.	377
<i>Ibam forte via.</i>	1.	9.	299
<i>Juli Flores.</i>	1.	Epist. 3.	403

*Nem.*

## N

<b>N</b> <i>Empy incomposito.</i>	Lib. 1. Satyr. 10.	305
<i>Ne percontaris.</i>	1. Epist. 16.	442
<i>Nil admirari.</i>	1. 6.	410
<i>Non quia, Mæcenas.</i>	1. Satyr. 6.	283

## O

<b>O</b> <i>lim truncus eram.</i>	Lib. 1. Satyr. 8.	296
<i>Omnibus hoc vitium</i>	1. 3.	256

## P

<b>P</b> <i>Prima dicte mihi.</i>	Lib. 1. Ep. 1.	389
<i>Prisco si credis.</i>	1. 19.	459
<i>Proscripti Regis.</i>	1. Satyr. 7.	293

## Q

<b>Q</b> <i>Uæ virtus, Eo.</i>	Lib. 2. Satyr. 2.	320
<i>Quæ sit hyems.</i>	1. Epist. 15.	439
<i>Quamvis, Scæva.</i>	1. 17.	447
<i>Qui sit, Mæcenas.</i>	1. Satyr. 1.	246
<i>Quinque dies.</i>	1. Epist. 7.	415
<i>Quid tibi visa Chios.</i>	1. 11.	428

## S

<b>S</b> <i>Optimius, Claudi.</i>	Lib. 1. Epist. 9.	424
<i>Si potes Archaicis.</i>	1. 5.	407
<i>Si bene te novi.</i>	1. 18.	452
<i>Sic raro scribis.</i>	2. Satyr. 3.	330
<i>Sunt quibus in Satyra.</i>	2. 1.	313

## T

*Trojani belli.*

## T

Lib. 1. Epist. 2. 398

## V

<b>V</b> <i>Estumnum.</i>	Lib. 1. Epist. 20.	463
<i>Villice Sylvarum.</i>	1. 14.	436
<i>Unde, Et quo Casius.</i>	2. Satyr. 4.	354
<i>Urbis amatorem.</i>	2. Epist. 10.	425
<i>Ut Nasidieni.</i>	2. Satyr. 8.	383
<i>Ut proficiscentem.</i>	1. Epist. 13.	434

IN-

# I N D E X I I I . <sup>xi</sup>

## O D A R U M C H R O N O L O G I C U S

*Ostendens quo quæque anno scripta fuerit .*

**I**D ostendi satis commode non potest, quin exponatur breviter ea pars Romanæ historiæ, in quam Horatii vita incidit. Nihil ferme scriptum ante annum ætatis 21. qui fuit Urbis conditiæ 710. Octavii Cæsaris 19. Ab eo igitur anno ducimus initium .

*Anno U. C. 710. Horatii 21.*

Anno ab U. C. 710. Cæsar interfectus est in Senatu a conjuratis. Eodem anno, Tyberis exundans partem Urbis evertit; ista fulminibus crebris templa, & alia id genus prodigia contingere, quæ describit Horatius Od. 2. libri primi. *Jam satis, &c.*

*Anno U. C. 714. Horat. 25.*

Reversus Romam Octavius, cum ab Antonio diffideret, pax inter utrumque componitur Brundisii per communes amicos, eo Roma profectus. Eorum unus Mæcenas fuit, quem Horatius est comitatus, ut narrat Satyra 5. lib. 1. Per idem tempus Pacorus, Orodii Parthorum Regis filius, magnas clades Romanis intulit in Syria. De illo meminit Od. 6. lib. 3.

*Anno U. C. 716. Horat. 57.*

Bellum in Sicilia gestum est magno apparatu, inter Sex. Pompejum, & Octavium. Ad hoc non leve momentum attulit Mænas, sive Menodorus, Pompeii libertus ditissimus, & audacissimus, qui cum parte classis defecit ad Cæsarem; idem tamen, sequenti anno, rediit ad Pompejum; ac paucis post mensibus, iterum Cæsari se adjunxit, In eum est Ode 4. libri Epodon *Lupis, & agnis, &c.* circa hoc tempus scripta. Quo eodem tempore scriptam apparet Oden 7. ejusdem libri. *Quo quo, scelesti, ruitis &c.* in qua bellum civile detestatur .

*Annæ*

Anno U. C. 718. Horat. 29.

Victus ab Octavio consiliis, & fortitudine Agrippæ, in fretu Siculo Sex. Pompejus, ad Antonium fugit, a quo post paulo interfectus est: Marcus Antonius a Parthis varie est victus, cum implicatus amore Cleopatæ, gravioribus belli curis non fat esset idoneus. Parthorum Rex Phraates erat, cujus mentionem facit Ode. 2. lib. 2. Ad hoc tempus pertinet Ode 5. lib. 2. *O sæpe mecum, &c.* Item 5. lib. 2. qua laudat Agrippam. *Scriberis Vatio &c.*

Anno U. C. 722. Horat. 33.

Antonius, Octavia repudiata, Cæsaris sorore, bellum indicit Cæsari, qui confestim in Epirum cum expedita classe advolat. Refertur ad hunc annum possunt Ode I. libri Epodon. *Ibis Liburnis &c.* & 11. *Altera jam &c.*

Anno U. C. 723. Horat. 34.

Commisso navali prælio, ad Actium in sinu Ambracio, fugientem cum suis navibus Cleopatram secutus Antonius victoriam Cæsari facilem concessit. Præterea legiones Antonii, quæ stabant in litore, ac terrestrem ejus exercitum conficiebant, septimo post die, in Cæsaris castra transierunt. Actiæ victoriam celebrat Vates, Ode penultima libri 1. *Nunc est bibendum &c.* & 8. libri Epodon. *Quando repostum &c.*

Anno U. C. 726. Horat. 37.

Octavius, extinctis anno 724. Antonio, & Cleopatra, redacto in ordinem Lepido, clauso Jano, triplici triumpho, & aliis honoribus affectus, templum hoc anno Apollini, cujus præsidio tot res præclare gestas in primis tribuebat, in Palatio dedicavit; addiditque insignem in vicina porticu bibliothecam. De hoc templo meminit Horatius Ode 25. lib. 1. *Quid dedicatum.*

Anno U. C. 727. Horat. 38.

Octavius Cæsar, cum nomen Augusti a Senatu delatum accepisset, venit in Gallias cum exercitu, transiturus inde in Britanniam, ut eam armis perdoma-

CHRONOLOGICUS. xliij

domaret: sed Britanni, missis ad eum legatis in Galliam, pacem oraverunt. Ad hunc annum pertinent Ode 28. libri 1. *O Diva, gratum &c.*

*Anno U. C. 728 Horat. 39.*

Augustus in Hispaniam venit, ubi Cantabri, & Astures rebellabant. Victi hostes hoc, & sequenti anno, terra marique: sed Augustus ex nimio labore morbum contraxit, anno 729. Romanque subinde repetens, bellum C. Antistio, & Carisio absolvendum reliquit. His annis scriptæ sunt Ode 4. libri 2. *Septimi Gades &c.* & 8. ejusdem libri. *Quid bellicosus Cantaber &c.* Item 10. libri 3. *Herculis ritu &c.* Nec non 7. ejusdem libri. *Martis caelebs &c.*

*Anno U. C. 730. Horat. 41.*

Ælius Lærgus, ab Augusto missus in Arabiam, exercitum eo duxit: sed illum, re male getta, morbis imminutum, cum ignominia reportavit. Ci- ca hoc tempus fuit scripta Ode 23. libri 1. *Icci, beatis &c.*

*Anno U. C. 731. Horat. 42.*

Tiridates, ante annos septem, Rex creatus a Parthis, (pulso ab illis in exilium Phraate, ipsorum legitimo Rege, ob ejus sævitiam) Romam venit, supplicans ab Augusto petiturus contra eundem Phraatem, qui restitutus in regnum a Scythis fuerat. Augustus Tiridatem Romæ retinuit, & apud se esse jussit: Phraatis filium adolescentem, quem ab anno 724. obsidem Romæ habebat, remisit patri, ea lege, ut signa militaria, Crasso, & Antonio erepta, Romanis restitueret; quod ille tamen non præstitit, nisi triennio post. De Parthis, & eorum domesticis seditionibus Horatius sæpe meminit, ut Ode 20. libri 1. *Musis amicus &c.* & 2. libri 2. *Nullus argento, &c.* & aliis passim Eodem anno, Augustus sibi substituit L. Sestium Consulem, ad quem tribitur Ode 4. libri 1. *Solvitur acris hyems &c.*

*Anno U. C. 732. Horat. 43.*

Famius Cæpio, & Licinius Murræna; cum in Augustum



gustum conspirassent, detecti, & fuga retracti, supplicio affecti sunt. Murænz frater erat Proculejus, de quo agit lib. 2. Od. 2. Ad eundem Licinium scriptam esse Oden ejusdem lib. 7. *Rectus vives, Licini, &c.* quidam volunt. Vide notas in hanc Oden.

*Anno U. C. 733. Horat. 44.*

Consul creatus est, cum Q. Æmilio Lepido, M. Lollius, quem Horatius laudat. Ode 8. libri 4. *Ne forte credas.*

*Anno U. C. 734. Horat. 45.*

Cum Augustus, anno superiori 733. in Asiam cum exercitu se contulisset, quasi provincias compositurus, & lustraturus, revera Parthis bellum illaturus; Phraates pacem rogavit, & Romana signa, cum captivis, ultro restituit. Jani templum Romæ clausum est, quasi parta orbi terrarum pace. Clausum fuerat jam semel post Actiacum certamen; subinde tamen reformatum est, rursumque clausum, anno 744. Hanc victoriam incrementam, quam sola nominis sui fama retulerat Augustus, celebrat *Veteres* Ode 5. libro 3. *Caelo tonantem &c.* Cadit etiam in hunc, aut superiorem annum, ejusdem libri Ode 2. *Augustum &c.* Eodem anno, Tiberius ab Augusto missus est in Armeniam, ut Regem Tigranem ei præficeret in locum Artabazi ejus fratris, qui Armenis invitus erat. De hac in Armeniam expeditione agit Horatius Ode 6. libri 2. *Non semper imbres &c.* quam proinde circa hoc tempus esse scriptam oportuit.

*Anno U. C. 735. Horat. 46.*

Romam ex Asia rediens Augustus, Samum, insulam Ægei maris petiit; ubi cum convenere Legati Indorum, foedusque cum eo sanxere; de iis meminit Horatius in Carmine Sæculari. Athenas cum venisset Augustus, reperit ibi Virgilium, eo profectum, ut Æneidem suam in hac Musarum schola perpoliret; quem secum reduxit in Italiam. Sed cum Brundisium Virgilius appulisset, ibi est mortuus, anno ætatis 51. Eunti Athenas Virgilio bene

CHRONOLOGICUS. xv

bene precatur amicus Vates Ode 3. lib. 1. Sic te  
*Diva potens Cypri &c.*

Anno U C 736. Horat 47.

Agrippa, missus in Galliam ab Augusto, compositis ejus provinciarum negotiis, in Hispaniam deportavit exercitum, contra Cantabros, qui a Romanis desciverant; bello feliciter confecto triumphum tamen detreclavit, quia non suis, sed Augusti auspiciis, pugnaverant. De Cantabris, tandem domitis, mentio est in Ode 7. lib. 3. *Martius celebs &c.* quæ usque in hunc annum differri potest. Laudat Agrippam Ode 5. lib. 1. & alias passim.

Anno U C. 737 Horat 48

Ludi Sæculares Romæ, Augusti jussu, celebrati sunt insigni pompa. Extat edita tunc temporis Ode Horatiana, quæ Sæculare Carmen inscribitur. *Phæbe, sylvarumque &c.* Dignum opus Augusto jubente, & scribente Horatio. Non multo ante scriptæ sunt etiam Ode 17. lib. 1. *Dianam teneræ &c.* & 5. lib. 4. *Dive, quam proles &c.*

Anno U C. 738. Horat. 49.

Augustus expeditionem in Sicambros, Usipetas, aliosque Germaniarum populos, suscepit, qui, Rheno transmissa, Galliam depopulabantur, & Lollium ducem Romanum profligaverant: sed illi, ejus adventu territi, ab eodem pacem impetraverunt. Mansit Augustus in Gallia, ut eam componeret; neque Romam, nisi anno post quarto, rediit.

Anno U. C. 739 Horat 50.

Rhœti, & Vindelici, ad Alpium radices positi, cum crebris incursionibus Italiam vexarent, a Druso, & Tiberio, per Augustum huc missis, magna clade non semel affecti sunt. Eisdem Rhætos, & Vindelicos, ac vicinos aliquot Germaniarum populos, Drusus debellavit, anno 742. Laudes utriusque prosequitur Horatius. Ode 3. lib. 4. *Qualem ministrum, &c.* Sed Drusi precipue, in Ode 4. Tiberii vero in Ode 2. ejusdem libri. *Quæ cura patrum, &c.*

Anno

Anno U. C. 141. Horat. 52.

Augustus Romam e Gallis rediit. Eum, diuē pro suorum votis morantem urget Vates Ode 4. libri 4. *Divis orte bonis* &c. Eiusdem reditum, ac victoriam, ludis & varia lætitiæ publicæ significatione, celebravit Julius Antonius Prætor, Marcus Antonii Triumviri filius; hortatusque Horatium erat, ut in idem argumentum versus scriberet: cui respondet Horatius Ode 1. lib. 4. *Pindarum quisquis*, &c. Circa idem tempus editam fuisse apparet Oden ultimam lib. 4. *Phæbus volentem* &c. quæ laudes Augusti complectitur.

Anno U. C. 746. Horat. 57.

Mortui Romæ sunt Mæcenas, & Horatius, & in Esquiliis sepulsi.

Aliæ Odæ, quarum nulla nominatim facta mentio est in hoc Indice, aut quo scriptæ sint anno incertum est; aut ex aliqua earum vocula fieri conjectura facile potest, ad quem annum sint referenda.





Q. HORATII FLACCI

# ODARUM

LIBER PRIMUS.

O D E L

*illis rebus alios delectari : se poesim , ac maxi-  
me lyricam adamare .*

**M**æcenæ atavis edite Regibus ,  
O & præsidium , & dulce decus meum !  
Ite , quos curriculo pulverem Olympicum  
collegisse juvat ; metaque fervidis

*Ode.* Vox hæc est Græca :  
nificat cantilenam quam-  
m , qualis plerumque ad  
ram cani solebat . Unde ly-  
a poësis appellatur .

*Atavis , &c.* Qui ortum  
is e regibus , qui Reges  
raicorum numeras in tuis  
joribus . Est autem hic ordo  
spis pater , avus , proa-  
t , atavus , abavus , &c.  
æcenatem porro prognæ-  
ne Regibus fuisse docet e-  
m Propertius lib. 3. *Mæce-  
s Eques Etrusco de San-  
ins Regum.* Neque apparet  
re vox Regis hoc in loco  
prie accipienda non fit .

*Ite quos &c.* Reperias  
scant , quos delectat exci-  
pulverem Olympicum  
ru , hoc est , qui alia re nul-  
magis oblectantur , quam

certaminibus Olympicis , in  
quibus per campum pulveru-  
lentum currus agitantur . Est  
autem Olympia Græciæ civi-  
tas , quam Pisam Græciæ voca-  
tam fuisse aliqui tradunt . In  
vicinis huic urbi campis , pro-  
pe Alpheum fluvium , certa-  
mina curulis incredibili toti-  
us Græciæ concursu celebra-  
bantur , quinto quoque anno  
ineunte , seu post annos qua-  
tuor exactos .

*Curriculo .* Curriculum ac-  
cipe , vel pro exiguo curru ,  
& veloci , vel pro ipso spatio ,  
in quo currus incitatur .

*Metaque , &c.* Felicissimi  
prædicantur ab hominibus , &  
Diis terræ dominis simillimis  
putantur , qui rotis summo  
velocitate incitatis potuerunt  
ita circumflectere metam , ut

A

ad

Evitata rotis, palmaque nobilis  
 Terrarum dominos evehit ad Deos.  
 Hunc, si mobilium turba Quiritium  
 Certat tergemini tollere honoribus:  
 Illum, si proprio condidit horreo  
 Quidquid de Libycis verritur arcis,  
 Gaudentem patrios findere sarculo  
 Agros, Attalicis conditionibus

ad eam non impingerent, al-  
 lidenturque currum; & pal-  
 mam nobilem ita retulerunt.

*Evitata, &c.* In extremo  
 stadio, sive loco ubi currus a-  
 gitabantur, erant quaedam  
 metæ, seu lapidæ columel-  
 læ in acumen desinentes, ad  
 quas cum aurigæ venissent,  
 debebant circa illas currum  
 flectere, & in eundem, unde  
 currere cœperant, locum re-  
 verti.

*Rotis fervidis.* Rotæ præ ce-  
 leritate sæpe ignem cœcipiunt.

*Euehit, &c.* Dicuntur ad  
 Deos evehi, Cœlum tangere,  
 in Cœlo esse, quibus aliquid  
 bene, ac feliciter evenit, qui  
 honorem eximium aliquem  
 consequuntur.

*Hunc si, &c.* Si unus quis-  
 piam a populo Rom. qui levis  
 est, ac parum in suo favore  
 constans, maximis honoribus  
 certatim ornatur, & supra  
 cæteros cives attollitur: si a-  
 lius aliquis frumenta totius  
 pene Africæ in suis ipsius hor-  
 reis condidit, dum ibi relictos  
 a patre agros colere gaudet:  
 neutrum illorum unquam ab  
 instituto vitæ genere, nimi-  
 rum ab honoribus ambiendis,  
 ab colendis agris dimovere  
 poteris, eisque persuadere ut  
 nauticam aitem plenam peri-  
 culi, & pavoris exercent, ac  
 navi se committant in mari  
 Myrto: quamvis hanc illis  
 conditionem offeras, ut opes

Attalicis similes possideant:  
 quamvis opes Regis Attali ip-  
 sis promittas.

*Quiritium.* Romani dicti  
 sunt Quirites a Curibus, pri-  
 maria urbe Sabinorum, Sabi-  
 nis in partem regni, & Urbis  
 vocatis. Livius lib. 1.

*Tergeminis.* Tergeminus  
 idem est ac triplex: ita Gery-  
 on, cui tria dicuntur fuisse  
 corpora, tergeminus a Virgi-  
 lio vocatur. Triplices autem  
 honores vel sunt honores ma-  
 ximi ( numerus enim ternar-  
 rius perfectionem rei alicujus  
 sæpe significat ) vel ter repe-  
 titi, vel tres maxime insignes,  
 nempe Ædilitas major, &  
 Prætura, & Consulatus.

*Libycis.* Africa dicta quo-  
 que est Libya: frumenti fe-  
 rax erat. Area est locus ubi  
 teritur, & vertitur frumen-  
 tum. Est autem hyperbole,  
 cum ille agricola dicitur quid-  
 quid est in Africa frumenti  
 sui unius horreis condere.

*Gaudentem.* R. fer hoc par-  
 ticipium ad, illum si, &c.  
 hoc sensu: illum, idest, ali-  
 quem alium gaudentem vita  
 rustica, nunquam dimoveas,  
 &c.

*Sarculo.* Sarculus est ru-  
 sticum instrumentum, genus  
 rastri, quo segetes novellæ  
 purgantur, atque herbæ in-  
 tiles scalpendo eliduntur.

*Attalicis.* Attalus fuit Rex  
 Pergami in Asia, ditissimus;  
 ait

## ODARUM LIB. I.

Nunquam dimoveas, ut trabe Cypria  
 Myrtoum pavidus nauta secet mare.  
 Luctantem Icaris fluctibus Africum  
 Mercator metuens, otium, & oppidi  
 Laudat rura sui: mox reficit rates  
 Quasas, indocilis pauperiem pati.  
 Est qui nec veteris pocula Massici,  
 Nec partem solido demere de die  
 Spernit, nunc viridi membra sub arbutu  
 Stratus, nunc ad aquæ lenæ caput sacra.

ita ut ejus opes in proverbium abierint.

*Trabe Cypria.* Navi e trabibus in insula Cypro sectis, facta.

*Myrtoum.* Est pars Ægel maris: nomen ei factum, vel a Myrto Oenomani Regis Arcadiæ auriga, quem ille in hoc mare præcipitem dejecit, vel a muliere quadam Myrtone.

*Luctantem.* &c. At Mercator, qui timet ventum Africum cum fluctibus Icaris maris veluti certantem, eosque huc illuc impellentem, laudat ille quidem rusticam vitam & urbanam, ut otiosam ac tutam, idem tamen, quia paupertatem pati non potest, naves naufragio laceratas reficit refarcitque, ut iterum se mari committat, adeo obstinere a mercatura nequit.

*Icaris.* Mare Icarium est pars Ægel, in quam Icarus Dædan filius, solutis a Sole pennis, decidisse fertur.

*Africum.* Vehementior est, ac procellosus ventus fians ab Africa, & occasu hybetno.

*Indocilis pati.* Græca est phrasia: qui nullis periculis, ac tempestatibus doceri potest, ut patiatur paupertatem, & queat lucro, quod naviga-

tionem, licet periculosa, colligit.

*Est qui, &c.* Aliud genus & voluptatibus indulget, nec spernit, hoc est libenter potat vinum generosum, quale Massicum est: neque spernit, hoc est, non recusat, partem aliquam de solido, id est, integro die refecare, quam scilicet epulis tribuat, nunc humi stratus sub aliqua viridi arbutula, nunc ad fontem sacrum leni murmure aquas fundentem.

*Massici.* Massicus mons est in Campania Italia, ubi vitæ optimæ.

*Solido &c.* Non particulam tantum diei carpere, ut cæteri; nam Romani cibum fere non sumebant nisi sub vesperam; sed bonam partem de solido, & medio die capere, & diem frangere integram quasi duas in partes ita ut una datur negotiis, altera computationi.

*Membra stratus.* Phrasia Græca: habens membra strata.

*Arbutus.* Arbutus est quædam arbutula, citro similis.

*Capus.* Aquæ caput, & origo est ipse fons, sacri autem erant fontes apud antiquos & Numen aliquod inesse putabatur.

Multos castra juvant, & lituo tubæ  
 Permixtus sonitus, bellaque matribus  
 Detestata. Manet sub jove frigido  
 Venator, teneræ conjugis immemor;  
 Seu visa est catulis cervæ fidelibus,  
 Seu rupit teretes Marsus aper plagas.  
 Me doctarum hederæ præmia frontium  
 Diis miscent Superis; me gelidum nemus  
 Nympharumque leves cum Satyris chori,  
 Secernunt populo; si neque tibiæ  
 Euterpe cohibet, nec Polyhymnia  
 Lesboum refugit tendere barbiton.  
 Quod si me lyricis vatibus iuferes,

*Multos, &c.* Multis bellum placet.

*Lituo.* Lituus est buccina longior, & incurva sonum acutiorem edens.

*Detestata.* Ex vox patiendi significationem hic habet. Matres autem bella execrantur, quia orbantur filiis.

*Sub Jove.* Sub ære frigido, sub diu. Jupiter apud poetas sumitur pro Cælo, ære, & vento.

*Seu visa, &c.* Sive canes fideles viderint cervam; seu aper in plagas, & retia incidit, e quibus ruptis se extricaverit.

*Teretes.* Retia fiunt e funiculis rotundis.

*Marsus.* Marsi populi sunt Italix: Marsus aper ponitur pro quolibet apro; forte quia in ea regione frequentiores erant.

*Me, &c.* Ego mihi videor esse ipsis Superis æqualis, hoc est beatissimus, si possum habere frontem hederæ redimitam, quod præmium est doctorum Poetarum. Hedera autem coronabantur poætæ, quia erant in tutela Bacchi, cui sacra hedera.

*Satyri.* Satyri sunt agrestes Diæ, caprinis pedibus, protervi, ac saltationi chorisque dediti. Chorus autem est cantantium, & saltantium multitudo.

*Secernunt.* Separant à plebe, supra vulgus profanum me attollunt; reliquis hominibus præstantiorem faciunt, & excelsiorem.

*Si neque &c.* Siquidem Euterpe libenter patitur me tibiis, quarum est inventrix, uti modo eas mihi non prohibeat, modo Polyhymnia (una etiam e Musis, odorum, & hymnorum auctor) non vetet, me barbiti fila tendere, eaque pulsare: id est, si mihi saveant Musæ.

*Euterpe.* Musæ novem vulgo recensentur: Calliope, Clio, Erato, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Euterpe, Polyhymnia, & Urania.

*Lesboum.* Lesbos est insula maris Ægei, ex qua oriundi Alcæus, & Sapho, insignes lyrico carmine. Est autem barbitos, seu barbitus, lyræ quoddam genus.

*Iuferes.* Annumeret, adforibas.

Sublimi feriant sidera vertice.

*Sublimi*, &c. Ero similis superis; beatissimum esse me arbitrabor. Porro constat istam odem scriptam non fuisse, nisi post alias multas, quibus id jam erat affectus Horatius, ut inter lyricos va-

tes numerari jure posset: fuit autem posita primo omnium loco: quia dedicatio quaedam videtur esse, qua suos carminum libros Mæcenati offert.

## O D E II.

*Clades, quibus Romanos vexarunt Superi ob necem  
Cæsaris: Octavius unus est, qui jacentem  
Rempubl. erigere possit.*

**J**AM satis terris nivi, atque dira  
Grandinis misit Pater, & rubente  
Dextera sacras jaculatus arces,

Terruit urbem:

Terruit gentes, grave ne rediret  
Sæculum Pyrrhæ, nova monstra quæstæ;  
Omne cum Proteus pecus egit altos

Visere montes:

Piscium & summa genus hæsit ulmo;  
Nota quæ sedes fuerat columbis;  
Et superjecto pavidæ natarunt

*Pater*. Jupiter, hominum, Deorumque Pater a Postis vocatus.

*Rubente dextera*. Rubentibus fulminibus armata.

*Sacras arces*. Tempia, sacratum ædium culmina.

*Jaculatus*. Conjecto fulmine demolitus.

*Terruit gentes*, &c. Fecit ut gentes timerent ne rediret diluvium; quo tempore Pyrrhæ, Deucalionis uxor, conquesta est de prodigiis, & monstris antea inauditis, quæ tum contingebant, v. g. quod pisces in montibus, & sum-

mis arboribus degerent, &c.

*Proteus*. Marinus deus Nep- tuni filius, qui ballus marinas, quæ Phocas Poeta vocant, pascit.

*Egis visere*, &c. Græca locutio: id est, duxit ad visendos montes.

*Nota*, &c. Quæ in sede, quibus in ulmis norant, solebant, prius columbæ confidere. Videtur autem loqui de columbis sylvestribus, quæ vulgo palumbes vocantur.

*Superjecto*. Super terras fuso: vel, ipsæ nataantibus superinjecto.



*Æquore damæ .*

Vidimus flavum Tyberim , retortis  
Littore Etrusco violenter undis ,  
Ire dejectum monumenta Regis ,

Templaque Vestæ :

Illic dum se nimium querenti  
Jactat ultorem , vagus & sinistra  
Labitur ripa , Jove non probante ,  
Uxorius amnis .

Audiet cives acuisse ferrum ,  
Quo graves Persæ melius perirent ;

*Flavum .* Propter arenas turbidas , quasolvebat .

*Retortis , &c.* Undas suas retorquentem ab Etrusco littore , seu mari Tyrrheno in quod defluebat , & eas retro in suum fontem , Romam versus , adverso flumine referentem , ut Romam deiceret , auctus , & intumescens undis tum resistentibus . Roma quatuor admodum leucis distat ab Tyrrheno littore .

*Ire dejectum .* Dejectum est hic in supino , ut , *sre lusum* .

*Monumenta Regis .* Sepulchrum Numæ Pompilii , Romanorum Regis secundi . Arcron exponit , domum in qua olim Numa Pompilius habitabat , quæ Regia vocabatur .

*Vestæ .* Vestæ Dea igni præsedebat ; perpetuus in ejus templo servabatur , & aiebatur a Vestalibus Virginibus .

*Illic .* Romuli mater , eadem Rhea quoque , & Sylvia nuncupata , Tiberis uxor fuisse dicitur , quia in Tiberi Amulii jussu submersa est ; alii projectam in Anienem volunt . Ab ea Julius Cæsar duxit originem ; unus scilicet e Romuli nepotibus . Hanc igitur fingit Horatius graviter questam esse de Cæsaris necesse apud Tiberim suum maritum , qui illi promiserat se

ipsum ultorem fore , Urbemque destructuram .

*Vagus Errans extra alveum Sinistra .* Exitiali , perniciosa , propter undas extra ripam effusas . Adde quod Roma Tiberi currenti erat ad sinistram , adeoque ab ea parte plus damni fecit .

*Non probante .* Volente Romam plecti , non perire , & scelus hoc ab Augusto tandem expiari , vel , non probante templa everti .

*Uxorius .* Uxori nimium obsequens .

*Audiet , &c.* Juventus olim nascitura , & rarior propter bella civilia patrum scelere suscepta , in quibus multi viri perierant , audient Romanos acuisse , & in se convertisse arma , quæ melius ab iis in Persas fuissent versa . Bellum civile describit , quasi præcipuam penam , quæ ob Cæsarem interfectum divinitus imposita fuerit ; & ingeniose Octavio adulatur , qui Cæsaris nepos , & hæres .

*Graves .* Bellicosi , infensi Romanis , quos ante annos paucos , Crasso cæso , deleverant , ann. U. C 701 . Porro Persas pro Parthis ponit , qui Persarum vetus Regnum tunc obtinebant .

*Quem*

Audiet pugnas, vitio parentum,  
Rara juvenus.

Quem vocet Divum populus ruentis  
Imperi rebus; prece qua fatigent  
Virgines sanctæ minus audientem  
Carmina Vestam?

Cui dabit partes scelus expiandi  
Jupiter? Tandem venias, precamur,  
Nube candentes humeros amictus  
Augur Apollo:

Sive tu mavis Erycina ridens,  
Quam Jocus circum volat, & Cupido;  
Sive neglectum genus, & nepotes  
Respicis auctor.

Heu nimis longo satiata ludo!  
Quem juvat clamor, galeæque læves.

*Quem &c.* Quem e superioris populus implorabit, ad fulciendam Rempublicam ruentem?

*Minus audientem.* Quia dolebat Julium Cæsarem, suum Sacerdotem, indigna peremptum nece. Cæsarem Vestæ Sacerdotem fuisse auctor est Ovid. 3. Fast.

*Cui dabis &c.* Cuiusnam Jupiter dabit munus, & provinciam expiandi scelus a Romanis susceptum in Cæsaris nece? Expiare autem scelus est delere illud, ac purgare: porro expiavit necem Cæsaris Octavius, interfectis ejus percussoribus, &c.

*Candentes &c.* Nube tectos, habens humeros candidos. Locutio Græca; ut, *pulcher vultus*, id est, *secundum vultum*. Deos porro aliqua nube obvolutos Poetæ solent exhibere, cum in terras labantur.

*Augur.* Qui auguribus, & divinationibus præsidet. Augures proprie ex avium can-

tu, interdum etiam e passis, & volatu futura prædicebant; ac voluntatem Deorum scrutabantur. Apollinem primo loco implorat; quia *Æneas*, ac Trojanis, eorumque nepotibus Romanis amicior ferebatur. Huc adde quod Augustus Apollinis filius esse iactabatur Svet. c. 94. *Oct.*

*Erycina.* Venus, sic dicta ab Eryce monte Sicilia, ubi præcipue colebatur. Eam invocat, ut matrem *Æneas*, a quo Juliorum familia.

*Sive neglectum, &c.* Senteo Mars, auctor, & pater Romanorum, quia pater es Romuli, unde illi orti sunt, respicis, & curas gentem tuam, quam videris neglexisse, quippe qui tam diuturno bello civili eam vexasti, ut cruento isto ludo possis esse jam satius.

*Quem juvas, &c.* Qui delectaris clamoribus bellicis, &c.

*Læves.* Politæ, terribiles.

**Acer, & Mauri peditis cruentum**

**Vultus in hostem.**

**Sive mutata juvenem figura,**

**Ales in terris imitatis, almae**

**Filius Majæ, patiens vocari**

**Cæsaris ultor.**

**Serus in Cœlum redeas, diuque**

**Lætus intersis populo Quirini;**

**Neve te nostris vitiis iniquum**

**Ocyor aura**

**Tollat. Hic magnos potius triumphos,**

**Hic ames dici Pater, atque Princeps;**

**Neu finas Medos equitare inultos,**

*Acer &c.* Et qui gaudes videre Maurum peditem truci vultu irruentem in hostem cruentum. Mauri sunt Africæ populi circa montem Atlantem: eorum regio Mauritania dicitur, Hispaniæ opposita. De Mauris autem hoc in loco præcipue meminit, quorum fortitudo in bellis recentibus contra Jugurtham, & Juham, &c. perspecta fuerat.

*Sive mutata &c.* Sive tu, o Mercuri, qui Majæ Filius es, exuta Dei figura, quem in Olympo geris, imitatis in terris juvenem Octavium, hoc est, ejus humanam figuram induis, & sub ejus vultu nobis appares.

*Ales.* Alatus. Dantur alæ sive talaria Mercurio, quia Deorum nuncius est, ac interpretes. Favebat ille quoque Romanis, ut olim Trojanis, & idoneus Horatio visus est, qui Augusti vultum indueret, ob excellens ingenium ejusdem Augusti bonis artibus excellentum, quarum præses Mercurius est.

*Patiens.* Volens, probans. Dederat operam Octavium, ut in ferretur de Cæsaris nece

vindicanda; eamque in se provinciam præcipue susceperat, ab eo videlicet in familiam, & nomen adoptatus.

*Redeas.* Mercurium alloquitur, quem e Cælo delapsus sub Augusti apparere vultu fingit ingeniose, & more poetico.

*Intersis.* Diu verferis in populo Romano. Quirinus nomen est Romuli,

*Iniquum.* Intimicum, ægre nostra vitia ferentem.

*Ocyor aura.* Ne citius avoles; ne te repentinus aliquis turbo e terris in Cœlum revehat.

*Hic magnos &c.* Ama potius hic triumphare, quam in Cælo ferari.

*Pater.* Augustus postea Senatus Consulto Pater Patriæ appellatus est. Invitat igitur eum vates ad nomen hoc dulcissimum promerendum.

*Equitare.* Parthi maxime ex equis pugnabant.

*Inultos.* Parthos intelligit, qui, ut diximus, Crassum, & Romanos paucis ante annis magna pugna deleverant. Medi autem vocantur, quia hæc

hæc regio primum a Medis, deinde a Persis, postremo ab ipsis Parthis occupata fuit.

*Te duce.* Te Rempubl. administrante. Ex his facile potest intelligi quod scrip-  
pta fuerit hæc Ode: nimi-

rum paulo post pugnam Philippiensem in qua, Cassi Bruto & Cassio, verum sensum ad Octavium spectare videbatur. Consule Indicem II. Odarum.

O D E III.

*Optat Virgilio Athenas naviganti prosperum iter:  
& vacuum periculis, quibus infesta solent esse  
navigatio; hinc invenitur in sum, qui  
nauticam artem invenit,*

**S**ic te diva potens Cypri,  
Sic fratres Helenæ, lucida sidera,  
Ventorumque regat Pater,  
Obstrictis aliis, præter Japyga,

*Sic te, &c.* Navim, qua Virgilius vehitur, alloquitur; *Sic, est in hoc loco utinam.* vel, si est particula comparativa, subaudiendum est aliquid illi respondens; v. gr. sic te, o navis, servent Superi, & regant, ut ego vere istud, & ex animo opto: vel, ut navem, qua veheres fervari vellem, &c.

*Divapotens Cypri.* Venus, Cypri domina. Cyprus est Insula maris mediterranei e regione Ciliciæ: in ea maxime Venus colebatur. Nautæ Venerem invocabant, quia cum esset e maris spuma, ut fabulantur Poetæ, nata, in mare jus quoddam habere credebatur.

*Fratres Helenæ.* Castor, & Pollux. Apparent sæpe in locis palustribus, & in mari quidam ignes erratici, & fatui, quorum alii sursum feruntur, alii deorsum: eos Ca-

storem, & Pollucem appellabant, & credebant esse navis salutare, si gemini simul apparerent.

*Ventorum Pater.* Æolus.

*Obstrictis.* Inclusis, & alligatis. Alludit ad Homeri fabulam, qui narrat ventos omnes datos esse Ulyssi ab Æolo inclusos & constrictos in utribus, præter Zephyrum, a quo in patriam Ulysses deferretur: cum autem Socii Ulyssis male curiosi utres aperissent, elapsos repente ventos procellas concitasse, &c.

*Japyga.* Japyx est ventus ex Apulia flans, opportunus navibus ex Italia in Græciam solventibus. Apulia, vel ejus aliqua pars dicta est olim Japygia. Hinc Virgilius Garganum, Apuliam montem, vocat Japyga; item equum pernicem, quales erant Apuli, lib. II. Æn.

Navis, quæ tibi creditum

Debes Virgilium, finibus Atticis

Reddas incolumem precor,

Et ferves animæ dimidium meæ.

Illi robur, & æs triplex

Circa pectus erat, qui fragilem truci

Commisit pelago ratem

Primus, nec timuit præcipitem Africum

Decertantem Aquilonibus,

Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti;

Quo non arbiter Adriæ

Major, tollere, seu ponere vult freta.

Quem mortis timuit gradum,

Qui ficcis oculis monstra natantia,

*Creditum.* Tuum veluti fidei commissum, & quasi apud te depositum.

*Debes.* Debes incolumem servare, & restituere; ut debitor pecuniam sibi creditam debet reddere.

*Finibus &c.* Virgilius Athenas navigabat, ut ibi Æneidem suam perpoliret; verum hinc reductus in Italiam ab Augusto, qui Romam redibat ex Oriente, paulo post obiit, anno stat. 51.

*Dimidium &c.* Ad vim amoris significandam, dicuntur amici unam & eandem habere animam, quæ in duobus corporibus veluti dimidiata versetur.

*Robur.* Dura quercus. Habebat ille pectus constatum e ligno durissimo, aut ærea lorica munitum, idest; erat audacissimus, & fortissimus.

*Præcipitem &c.* Africus ventus est procellosus, flans ab occasu hyberno; Aquilo est vehemens item ventus flans ab Septentrione; illi duo venti oppositi decertant, ac tempestates movent.

*Hyadas.* Stella quædam

sunt pluviam inferentes: visuntur in Tauri capite. Fabulis proditum est eas Atlantis fuisse filias, quæ fratris sui Hyantis a leone interfecit necem cum inconsolabiliter flierent, mutatae sunt in stellas, quæ lacrymas etiam, & aquas videntur amare. Succiulæ ab Latinis vocantur, ab humore, & succo, seu pluvia.

*Noti.* Notus est ventus flans a Meridie; Auster etiam dicitur.

*Quo non &c.* Quo nullus est potentior arbiter & dominus Adriæ, seu fluctus, & procellas attollere velit, seu componere, & sedare: interdum enim est lenis, & placidus hic ventus; Adria sumitur hic pro toto sinu, & mari Adriatico: interdum significat urbem Italiæ, in faucibus ejusdem sinus Adriatici.

*Gradum.* Genus mortis, quod aliud quasi gradatim acerbius, & gravius est; vel incurSIONem, & impetum mortis; vel vicinitatem: mortis enim sunt proximi, qui navigant.

*Acro.*

Qui vidit mare turgidum , &  
 Infames scopulos Acrocerania?  
 Nequiquam Deus abscidit  
 Prudens Oceano diffociabili  
 Terras ; si tamen impiis  
 Non tangenda rates transiliant vada.  
 Audax omnia p̄peti  
 Gens humana ruit per vetitum nefas.  
 Audax Iapeti genus  
 Ignem fraude mala gentibus intulit :  
 Post ignem aetherea domo  
 Subductum , macies , & nova febrium  
 Terris incubuit cohors ,  
 Semotique prius tarda necessitas  
 Lethi , corripuit gradum  
 Expertus vacuum Dardalus aera ,

*Acrocerania*. Sunt scopuli quidam Epiri, ob naufragia, quae ad eos fiebant, famosi: *Acros* Graece significat altus: *Keraunos*, fulmen; altissimi enim scopuli saepe feriuntur fulmine: hinc illis factum nomen.

*Abscidit*, Separavit: frustra, inquit Horatius, Deus consulto terras a mari separaverat, siquidem homines navibus mare quasi conjungunt terris, ac pervium faciunt.

*Diffociabili*. Quem decuit disjungi a terris, & nullam cum iis veluti habere societatem. Sunt qui vocem hanc velint activa in hoc loco significatione positam, *diffocians*, Oceano separante, & intercludente gentes alias ab aliis. Sic frigus *penetrabilis* dicitur, *ideit*, penetrans.

*Impia*. Quae contra Dei vetitum faciunt.

*Vada*. Maria, littora. Vadam proprie locus est, in quo alta non est aqua, quam pe-

ribus facile transmittas: quale est maria littus.

*Perpeti omnia*. Adire pericula omnia, & perferre.

*Nefas*. Proprie est id, quod non licet facere, vel quod fieri non potest. Praeceptum fertur ad omnia scelerrata, & difficilia.

*Iapeti genus*. Prometheus Iapeti filius, qui cum ope Minervae Coelum conscendisset, affixa tueda rotis curru solaris, ignem furatus, eum hominibus impertivit.

*Subductum*. Furto sublatum.

*Novus*. Antea inaudita, nondum visa.

*Incubuit*. Invasit, obsedit, atque oppressit.

*Semoti*. Tardus, & quasi ex longinquo veniens.

*Corripuit gradum*. Acceleravit: citius homines, quam antes, mortem obiere.

*Expertus*, &c. Subandi est. Ausus est se committere aeri, volare alis cera compactis. Dardalus, faber, &c.

Pennis non homni datis .

Perrupit Acheronta Herculeus labor .

Nil mortalibus arduum est .

Cœlum ipsum petimus sultitia , neque  
Per nostrum patimur scelus

Iracunda Jovem ponere fulmina .

architectus ingeniosissimus ,  
naves primus fabricavit , iis  
addidit vela , navi effugit e  
Labyrintho Cretensi , &c. Un-  
de nata est de illius pennis ,  
& volatu fabula .

*Acheronta* . Acheron est  
Inferorum fluvius . Sensus  
est : Hercules ad ipsos usque  
Inferos penetravit , non sine  
labore , ut inde Cerberum  
extraheret .

*Petimus &c.* Cœlum op-  
pugnarunt olim Gigantes : &  
Superos Impii omnes laces-  
sunt peccando , ac provocant .

*Sultitia* . Propter nostram  
amentiam ; Tanta est homi-  
num insania .

*Per nostrum &c.* Impedi-  
mus nostris sceleribus , quo-  
minus iratus nobis Jupiter  
deponat fulmina , in nostrum  
caput vibranda .

## O D E I V .

*Vestium hortatur , ut genio indulgeat , proposita ve-  
ris amœnitate , & communi necessitate moriendi .*

**S**olvitur acris hyems grata vice veris , & Favoni,  
Trahuntque siccæ machinæ carinas :

Ac neque jam stabulis gaudet pecus , aut arator igni ;

Nec prata canis albicant pruinis .

Jam Cytherea choros ducit Venus , imminente  
Luna :

*Solvitur* . Mitescit , depo-  
nit suum rigorem , & acer-  
bitatem .

*Vice* . Vicissitudine , redi-  
tu stato , & solemni veris .

*Favoni* . Favonius idem est,  
ac Zephyrus : flat ab occasu .

*Trahuntque* . Naves per  
hyemem in portu quiescunt  
vel etiam in sicco litore se-  
dent ; exacta hyeme , machi-  
nis , & funibus e litore in  
aquam trahuntur , ut navi-  
gatio repetatur . Carina , pars  
navis infima .

*Gaudet , &c.* Non amplius  
pecora in stabulis continen-  
tur , ut fit hyeme .

*Albicant* . Albescunt .

*Cytherea* . Venus , ita vo-  
catur ab insula , quæ adjacet  
Peloponneso , contra Cretam :  
ea nunc *Cerigo* dicitur , olim  
Cythera : ibi Venus colebatur .

*Choros* . Nymphas in orbem  
saltantes ducit .

*Imminente Luna* . Incum-  
bente ipsarum capiti , supra  
caput lucente , noctu .

*Gra*

Junctæque Nymphis Gratiæ decentes (pura  
 Alternò terram quatunt pede, dum graves Cyclo-  
 Vulcanus ardens urit officinas.

Nunc decet, aut viridi nitidum caput impedire  
 myrto,

Aut flore, terræ quem ferunt solutæ;

Nunc, & in umbrosis Fauno decet immolare lucis,

Seu poscat agnam, sive malit hædum.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum ta-  
 bernas,

Regumque turres. O beate Sessi,

Vitz summa brevis spem nos vetat inchoare,  
 longam.

*Gratiæ*. Charites Græca voce dicuntur; tres numerantur, Aglaja, Euphrosyna, & Thalia.

*Alternò*. Nunc hoc, nunc illo: ut sit a saltantibus.

*Dum graves, &c.* Dum Vulcanus, quia fulmina Jovis fabricatur cum Cyclopibus in Æneis fornacibus, eorum officinas multo igne succendit, ut prope urere illas velle videatur: graves vocat, idest laboriosas. Erant autem Cyclopes gigantes quidam, & Vulcani ministri: sic vocabantur, quia unum oculum rotundum gerebant in media fronte; a duplici voce Græca, quarum una circulum, sive orbem, altera oculum significat.

*Nitidum*. Unguentis, & aromatibus delibutum.

*Impedire*. Implicare, coronare.

*Solutæ*. Laxatæ ob verum calorem: frigida terram constringit, calor contra solvit, atque aperit.

*Fauno*. Faunus fuit rusticorum Deus, idem forte ac Pan.

*Agnam*. Legunt nonnulli, agna, & hædo, subaudiendo,

fieri: seu poscat agna, sive hædo sibi fieri, hoc, est, sacrificari.

*Æquo, &c.* Æquali: de- jicit, ac deturbat æque vilem pauperum domunculas, ac superbas turratasque Regum aedes: vel æque audet, ingredi in aedes divitum, ac pauperum; qui enim aliquamdomum ineunt, solent maxime si protervi, audacesque sunt, pedibus & calcibus fores pulsare.

*Sessi*. Iste Sestius Bratum in civili bello secutus fuerat: illum ut Augustus demereret, Consulem sibi substituit; ac paulo post Horatius hanc ad ipsum Odem videtur scripsisse, anno Urbis conditæ 731. Unde in quibusdam libris legitur hæc Odam inscriptio, *Ad Sestium Consularem*. Consularis autem est, qui consul fuit; idcirco beatus appellatur ab Horatio.

*Summa*. Spatium, mora vitæ: numerus brevior dierum, & annorum, quibus vivimus, prohibet nos ea suscipere, & sperare, quæ nisi longo tempore perfici non possunt; ampla & vasta moliri consilia.

*Iam*



Jam te premet nox, fabulæque Manes,  
Et domus exilis Plutonia: quo simul inearis,  
Non regna viri fortiere talis.

*Jam te &c.* Brevi te mors, quæ tota tenebrosa & nocti similis est, opprimet, ac Inferi, quæ meræ sunt fabulæ, vel, de quibus tam multæ fabulæ narrantur. Manes autem sunt proprie hominum animæ, quas ad Inferos descendere putabant, ibique vel detrudi in Tartarum (erat is inferus, ac teterrimus inferorum locus) cruciandas: vel in Elisium (qui locus erat in iisdem Inferis amœnissimus) beandas abduci: aliquas etiam inde ad Cælum transferri, Deorum in sumærum reponendas.

*Exilis.* Exigua, misera.

*Quo simul &c.* Quam lædomnum simul atque migraveris. Poetæ post voculam, *simul*, non semper addunt *ac*, vel *atque*, sed omittunt sæpius.

*Non regna &c.* Non forte, & talorum jactu, eliges in convivio regem vini. Romanialiquem in convivio stutuebant velut regem, & arbitram convivii, qui præciperet quoties, & quantum quisque biberet. Hunc autem regem fortiebantur, alea missa.

*Talis.* Talorum jactu. Vide lib. 2. odar. 5. ubi de talis, & alea fufus agitur in notis.

## O D E V.

*Alios Agrippæ laudes, & præscorum Heroum celebraturos ait; sibi argumenta tam gravia non convenis.*

**S**criberis Vario fortis, & hostium  
Victor, Mæonii carminis alite,

*Scriberis, &c.* Varius (erat ille Poeta nobilis ea tempestate, Horatii, & Virgilii amicus) te fortem scribet, hoc est, laudabit res a te fortiter gestas.

*Vario.* Pro, scriberis a Vario. Locutio est Græcorum propria, qui dandi casum usurpant pro casu asferendi cum præpositione a post verbum passivum.

*Hostium.* Sexti Pompeii erat ille Pompeii Magni filius, quem Octavius in freto Siculo vicit, anno U. C. 718. ope maxime, & consiliis Agrippæ, qui præfectus unj-

versæ classis tunc erat, ac rostrata post victoriam corona donatus est. Vide indicem 2. Odarum, ubi hæc fufe describuntur. Vel Antonii, quem quinto post victum Sext. Pompejum anno debellavit ad Actium, Epiri promontorium, eodem Agrippa præsertim adjuvante.

*Mæonii carminis.* Mæonium carmen est carmen grande, & heroicum, quali usus est Homerus, qui Mæonis dictus est, vel a patre Mæone, vel a patria, quæ est regio Asia minoris, eadem ac Lydia.

*Alite.*

Quam rem cumque ferox navibus, aut equis  
 Miles, te duce, gesserit.  
 Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec gravem  
 Pelidæ stomachum cedere nescii,  
 Nec cursus duplicis per mare Ulyssæi,  
 Nec sævam Pelopis domum  
 Conamur, tenues grandia: dum pudor,

*Alis.* Qui Varius est ales, id est, cycnus Homericæ carminis: seu, qui instar cycli est inter Poetas heroicæ, quorum princeps Homerus. Poetæ enim cum cyclis vulgo comparantur. Passeratius legendum putat, *aliti*, nempe Varii aliti: quam lectionem probat, ac tætur L. ambinus, Si legas, ut vulgo, *alite*. Sabandis præpositionem ab Quidam *alite* explicat, penna, calamo, stylo Homericæ; alii, sancto nomine, eodem suspicio, quo sua carmina Homerus scripsit.

*Quam rem cumque.* Quamcumque rem. Ista vox *quicumque*. solet a Poetis dividi. Vocatur, hæc figura Tmesis. *Alis.*

*Agrippa.* Fuit amicus Augusti, & ejus gener; vir bello strenuus, & obmodestiam Augusto percarus.

*Pelidæ.* Achilles, qui Pelæi, & Thetidis filius fuit.

*Stomachus.* Iram. Achilles, iratus Agamemnoni Græcorum Regi, pugnare cum Trojanis multos annos detestavit, neque ulla precibus a sententia dimoveri potuit; unde hic dicitur, *cedere nescius*. Ea res multas clades Græcis attulit, & bellum usque in decennium protraxit. Demum ubi Achilles vidit suum amicum Patroclum ab Hectore interfectum, ad bellum se retulit, quod, casu Hectore, consecit.

*Cursus.* Navigationem, errores.

*Duplicis.* Callidi, subdoli, aliud dicentis, aliud sentientis.

*Ulyssæi.* A nominativo Ulyssæus, qui derivatus est ab Græca Voce tertie declinationis contractorum. *Ulyssæi*, est hæc trisyllabum: alias dissyllabum est.

*Sævam.* Cædibus, & patricidiis infamem. Tantalus, Phrygiæ Rex, filium Pelopem interfecit; Atreus, filius Pelopis, Thyestis sui fratris filios interemit; Ægyptus Thyestis filius Atreum, deinde Agamemnonem Atrei filium neci dedit. Orestes Agamemnonis filius matrem Clytemnestram peremit. Porro ista tragica facinora erant vulgo tragediarum a Romanis Poetis & forte a Variis ipso scriptarum argumenta: quibus tractandis imparem se fatetur Horatius, ut Epico carmini. Nec temere suspicari possis per Pelopem, Atreum, Thyestem; adumbrari Brutum, Cassium, Sex. Pompejum, &c. sicut per Marrem, de quo infra meministi, Octavium, per Meritonem, ipsum Agrippam.

*Conamur,* &c. Non conamur hæc dicere, que sunt a te præclare gesta, ut neque alia grandia carminum argumenta, cum adeo tenues poetæ simus.

Pa:

Imbellisque lyræ Musa potens vetat  
 Laudes egregii Cæsaris, & tuas,  
 Culpa deterere ingeni.

Quis Martem tunica tectum adamantina  
 Digne scripserit? aut pulvere Troico  
 Nigrum Merionen, aut ope Palladis  
 Thydiden Superis parem?

*Pudor*. Verecundia, & meæ  
 tenuitatis conscientia.

*Potens*. Musa domina, &  
 moderatrix meæ imbellis lyræ.

*Culpa*. Propter imbecillita-  
 tem, & imperitiam meam.

*Deterere*. Corrumperet, &  
 obscurare.

*Adamantina*. Dura, soli-  
 da impenetrabili, iustar ada-  
 mantis.

*Merionem*. Meriones fuit  
 Idomenei Cretenſium Regis  
 socius, dux fortiffimus, & in  
 bello Trojano clariffimus.

*Thydiden*. Diomedem,  
 Thydei filium; qui Martem  
 ipſum in eodem bello vulne-  
 raſſe ab Homero ſcribitur, &  
 Venerem, Palladis ope in  
 primis fretus.

## O D E VI.

*Tiburinum agrum commendat, ubi villam habebat  
 Plancus amœniſſimam: in quam cum ſocceſſiſſet  
 merens ab Augusto ſe negligi, eum Horatius  
 conſolatur.*

**L** Audabunt alii claram Rhodon, aut Mity-  
 lenen;

Aut Ephesum, bimarive Corinthi  
 Mœnia, vel Bacco Thebas, vel Apolline Delphos  
 Inſignes, aut Theſſala Tempe.

*Rhodon*. Rhodus eſt inſula,  
 & civitas maris Mediterranei,  
 vicina Cypro, e regione Ci-  
 licie.

*Mytlenen*. Urbs eſt pri-  
 maria in Inſula Leſbi, in  
 mari Aegeo.

*Ephesum*. Urbs eſt mino-  
 ris Aſie, Dianæ templo ce-  
 lebris.

*Corinthi*. Corinthus eſt  
 urbs Achaje in Græcia, po-  
 ſita ſere in medio Iſthmi Pe-  
 loponneſiaci, hinc Jonium,

inde Ægæum mare proſpi-  
 ciens: unde *bimaris* appella-  
 tur, quaſi utrinque mari cin-  
 ſta.

*Thebas*. Thebæ, urbs Bœo-  
 tie in Græcia (alia enim eſt  
 ejuſdem nominis in Ægypto)  
 Bacchi patria.

*Delphos*. Delphi, urbs Pho-  
 cidis prope Parnaffum: in ea  
 celeberrimum Apollinis tem-  
 plum fuit.

*Tempe*. Neutro genere, &  
 plurali numero hæc vox di-  
 citur:

**Sunt**, quibus unum opus est intactæ Palladis urbana  
 Carmine perpetuo celebrare, &  
**Undique** decerptam fronti præponere olivam.  
 Plurimus in Junonis honorem  
**Aprum** dicit equis Argos, ditescque Mycenæ.  
 Me nec tam patiens Lacedæmon,  
**Nec** tam Larissæ percussit campus opima,  
 Quam domus Albunæ resonantis,  
**Et** præceps Anio, & Tiburni locus, & uña  
 Mobilibus pomaria rivis.

**ætur**: locum in Thesalia significat, vallibus, sylvis, & hortis arboribus inclutum.

**Urbem**. Athenas: cujus urbis præses Pallas.

**Perpetuo**. Vel, in omni quocumque tandem scribant carmine, vel in carmine aliquo uno, continuo, & non interrupto, ita ut aliud nihil præter Athenas laudent.

**Undique, &c.** Coronare semper frontem oliva. Poeta coronare vulgo solebant caput hedera, interdum myrto &c. illi laudatores Athenarum, oliva. Sensus est: qui in omni carmine aucupantur locum, & occasionem laudandi Athenas. Minerva olivam primum invenit, ac suam urbisque Atheniensis insigne esse voluit. Legunt aliqui hunc versum ita; *undique decerpta frondi præponere olivam, undique*, explicant undecumque: præponunt olivam omnibus frondibus; undecumque, id est, ex qualibet arbore sumptis, olivam aliis omnibus arboribus præferunt.

**Plurimus &c.** Multi Poeta.

**Argos**. Neutrius generis est in singulari, masculini vero in plurali. Urbs clarissima Peloponnesi, Hippium Argos dictam, ad aliarum ejusdem nuncupationis urbium discrimina: quod agrum habet

equis pastendis idoneum: hæc Juno maxime colebatur:

**Mycenæ**. Mycenæ urbs est Peloponnesi, prope Argos, ubi regnavit Agamemnon.

**Lacedæmon**. Civitas in Peloponneso amplissima, alio nomine Sparta nuncupata, ubi regnavit Menelaus, Lycurgus floruit, & cives severissimis legibus instituit, ad omnium laborum in civili pariter, ac militari vitâ patientiam.

**Larissæ**. Civitatis in Thesalia, unde Achilles oriundus.

**Percussit**. Movit, affecit; non tam mihi placuit.

**Albunæ**. Nomen est fontis, & silvæ, in Italia prope fluvium Anienem; domus igitur Albunæ, vel est sedes ipsa fontis, & locus unde manat, vel villa ad fontem extructa.

**Anio**. Flumen Italiae, in agro Tiburtino, qui præceps ex edito loco desinit in subjectam vallem.

**Tiburni**. Viri nomen est, qui Tibur civitatem Italiae condidit, in amenissimo loco, ubi luci, & pomaria rivis errantibus rigata. Porro locus Tiburni est locus ad ipsum Tiburno confitus, vel in Tiburni herois memoriam de more consecratus.

AL

Albus ut obscuro detergit nubila Cœlo  
 Sæpe Notus, neque parturit imbres  
 Perpetuos sic tu sapiens finite memento  
 Tristitiam vitæque labores  
 Molli, Plance, mero; seu te fulgentia signis  
 Castra tenent, seu densa tenebit  
 Tiburis umbra tuæ. Teucer Salamina patremque  
 Cum fugeret, tamen uda Lyæo  
 Tempora populea fertur vinxisse corona,  
 Sic tristes affatus amicos:  
 Quo nos cumque feret melior fortuna parente,  
 Ihimus, o socii, comitesque;  
 Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.

*Albus.* Cœlum serenum, & candidum efficiens.

*Plance.* Plancus iste ab Antonio, quem secutus fuerat, rediit ad Augustum, circa ann. U. C. 732. a quo eum negligenter, & a rebus gerendis amoveretur, eum Horatius in Tiburtina sua villa degentem consolatur, Extant Planci litteræ ad Ciceronem plurimæ.

*Signis, &c.* Vexillis militariibus, sive militis, sive domi tuæ eris.

*Teucer.* Telamonis filius, Ajacis frater, qui cum Troja capta, rediret in patriam Salamina, indignatus Telamon quod Teucer Ajacis fratris sui, qui inimicorum injuriis exagitatus, & in furorem versus sibi violentas manus attulerat, necem non ultus esset, eum Salamina expulit; unde in Cyprum navigans ibi confedit, urbemque condidit, quam Salamina etiam appellavit.

*Salamina.* Salamin, sive Salamina, est insula, & urbs maris Ægæi, e regione Atticæ, Telamonis regia.

*Lyæo.* Bacchus dicitur est

Lyæus, quia solvit curas, a verbo Græco, quod solvere significat.

*Tempora.* Caput.

*Populea.* E frondibus populi arboris contexta; quam arbor cum Herculi sacra esset, a viris fortibus, aut ab iis, qui rem periculosam suscipere, adhiberi solebat; quasi ad invocandum Herculem. Is, devicto Cerbero, ab Inferis populum arborem ex Acheronte secum detulisse primus fertur, eaque se coronasse; unde illius exemplo victores populea fronde coronati fuerunt.

*Melior.* Mihi amicior, & æquior, quam ipse pater, a quo pellimur patria; a fortuna enim ductus est in Cyprum, ubi regnum tenuit diu, ac suis posteris reliquit.

*Auspice.* Auspex ille dicebatur a Romanis, qui sumebat auspicia: vel cujus ductu, nomine, auspiciis, aliquid gerebatur: erant autem auspicia signa quædam Deorum voluntatis, & favoris, ut quidam putabant Ethnici, & præfagia futurorum sumpta ex avium cantu, volatu;

Certus enim promittit Apollo,  
 Ambiguam tellure nova Salamina futuram.  
 O fortes, pejoraque passi,  
 Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas:  
 Cras ingens iterabimus æquor.

*Ita, passu: quasi avispicia,*  
*seu aviam inspectiones.*

*Certus. Verax, qui certa,*  
*& eventura promittit.*

*Ambiguam, &c. Condem-*  
*dam a nobis in regione no-*  
*va (nempe in insula Cypro)*  
*Salaminam urbem, quæ am-*  
*bigua erit, idest, quæ quia*  
*nomen idem habebit atque*  
*illa, ubi pater meus regat,*

dubios homines faciet, cum  
 de Salamina urbe sermo erit,  
 utra sit ambarum, an hæc,  
 quæ est in insula Salamina,  
 an quæ in Cypro.

*Tellure. In Cypro.*

*Pejora. Graviora pericula.*

*Iterabimus, &c. Iterum*  
*nos æquori commitemus,*  
*navigationem repetemus.*

## O D I V I I.

*Incipit Lydiam, quod Sybarim juvenem ab*  
*omnibus honestis, quæ illum decerent,*  
*occupationibus revocet.*

**L**Ydia dic, per omnes  
 Te Deos oro, Sibarim cur properes amando  
 Perdere? cur apricum  
 Oderit campum, patiens pulveris atque Solis?  
 Cur neque militaris  
 Inter æquales equitet; Gallica nec lupatis  
 Temperet ora frænis?

*Apricum, &c. Solt expo-*  
*situm; Significatur campus*  
*Mæthæ: erat ingens quadam*  
*planities Marti sacra, sub*  
*mœnibus Roma, ubi juvenus*  
*Romana se exercebat.*

*Oderis. Non vacet operci-*  
*tationibus usitatis in isto*  
*campo.*

*Patiens, &c. Qui pati*  
*potest Solem, & pulverem,*  
*vel qui deberet pati ob ata-*  
*tem & robar;*

*Militaris, &c. Militum*

in morem: ut hominem mi-  
 litarem decet.

*Æquales. Eiusdem ætatis*  
*Adolescentes.*

*Gallica, &c. Neque equo-*  
*rum Gallicorum (erant illi*  
*præstantissimi) ora habenis*  
*hæret, ac regat.*

*Lupatis. Lupatum, vel*  
*lupatus est frænum asperri-*  
*imum, ab lupinorum dentium*  
*similitudine dictum, quia acu-*  
*ti sunt, & inæquales.*

*Tibe-*

Cur timet flavum Tiberim tangere; cur olivam  
Sanguine viperino

Cautius vitat; neque jam livida gestat armis  
Brachia, sæpe disco,

Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito?  
Quid latet, ut marinæ

Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Trojæ  
Funera, ne virilis

Cultus in cædem, & Lycias proriperet catervas?

*Tiberim tangere.* Erat campus Martius prope Tiberim: abluabant autem se in Tiberi, ad abstergendum sudorem, post illas exercitationes collectum.

*Olivum.* Luctaturi nuda corpora oleo tingeabant, vel unguento quodam ex oleo, & cera facto, quod ceroma vocabatur: ut essent robustiores, nitidiores, & minus idomei captantibus.

*Livida, &c.* Livor est color pallidum inter, & sanguineum, sensus est: cur non gestat arma, quorum pondere brachia essent illi trita, & livida? posset enim ea commode gestare, qui tam sæpe jaculum, aut discum expedit, id est projecit, trans finem, hoc est, ultra metam, nobilis, idest, spectandus ob eam rem cum magna roboris, & industria laude. Possunt etiam isti versus ita exponi. cur non gestat amplius, sive movet agitatque brachia livida armis? Discum, & jaculum intellige, quæ ludantium arma sunt. Livida autem vocat, idest Sole perusta, & subnigra, sudore diffuentia &c. nudabant enim brachia in ejusmodi ludis. cur non est nobilis disco, & jaculo trans finem expedito, hoc est, cur palmam, & laudem inter æquales non

refert, vibrando discum, & jaculum ultra terminum?

*Disco.* Discus erat circulus quidam solidus e plumbo, ære, ferro. Quem ope loræ circumvoluti ad certum terminum vibrabant.

*Quid latet, &c.* Cur abditus domi sedet, ut Achilles, qui sub, idest, paulo ante bellum Trojanum, quæ Troja excisa est & extincta, delituit muliebri veste occultatus (nempe in aula Lycomedis Regis Insulæ Scyri) ne virilis vestis eum proderet, atque ita protraheretur ad bellum Trojanum, ubi cum Lyciis cohortibus dimicaret; eum abdidit Mater Thetis, maris Dea, cum in fatis esse cognovisset, peritarum si Trojam peteret. Ovid. 13. Met. Detexit autem Achillem Ulysses in hunc modum: venit in aulam Lycomedis, habitum usque mercatoris gerens, & inter tæniæ, armillas, & alias id genus merces puellis idoneas, enses & arma miscuit, quæ Achilles cum avide attriisset, agnitus est.

*Lycias.* Lycia est regio Asia minoris, cujus populi opem tulere Trojanis contra Achillem, & Græcos. Lyciorum duces erant Sarpedon, & Glaucus, ab Homero celebrati.

O D E

## O D E V I I I.

*Hæmæm esse: indulgendum genio;*

**V**ides ut alta fiet nive candidum  
 Soracte, nec jam soffineant onus  
 Sylvæ laborantes; geluque  
 Flumina constiterint acuto?  
 Dissolve frigus, ligna nuper foco  
 Large reponens; atque benignius  
 Deprome quadri-num Sabina,  
 O Thaliarche, merum diota;  
 Permite Divis cætera, qui simul  
 Stravere ventos æquore fervido  
 Depræliautes, nec cupressi,  
 Nec veteres agitantur orni.  
 Quid sit futurum cras, fuge querere, &  
 Quem fors dierum cumque dabit, lucro

*Soracte.* Totum sit candidum multa nive, vel, totum sit opertum nive, & quasi rigescat?

*Soracte.* Mons est non procul Roma; cujus in spelunca dicitur latuisse S. Sylvester Pontifex Maximus, a quo Constantinus M. sacro fonte tinctus esse dicitur. unde nunc mons S. Sylvestri vocatur.

*Onus.* Nivis, pruina: ut arborum ramipræ nive deprimantur, ac frangantur.

*Constiterint.* Immota sint, gela contracta non fluant.

*Dissolve.* Mitiga frigus; quod quasi contractum, & constrictum est: solve igne multo, & laxa: calor laxat omnia, frigus astringit.

*Benignius.* Largius, liberalius. Large apponi ligna jubet, largius vina, facete pro suo more.

*Quadri-num.* Quatuor an-

nos natum, a quatuor annis conditum.

*Sabina.* Vasa fictilia maxima fiebant apud Sabinos in Italia.

*O Thaliarche.* Quis iste Thaliarchus fuerit, & quare amicus Horatii, obscurum est.

*Diota.* Vox Græca est: significat vas duabus ansis, quasi duabus auribus instructum.

*Permite.* Relinque alia negotia Superum curæ: tu id unum cura, quomodo beatus, & hilaris vivas.

*Qui simul.* Qui statim arque compressere, composuere ventos antea decertantes inter se in mari turbido; alta quoque pax terras tenet, & sylvarum arbores agitari desinant: ita providentiam notat.

*Quem fors.* Quicumque dies dabitur tibi a fortuna, hanc numeram in lucro, & ad fam-



Appone: nec dulces Camœnas  
 Sperne, puer, neque tu choreas;  
 Donec virenti canities abest  
 Morosa, nunc & campus, & aræ,  
 Lenefque sub noctem susurri  
 Composita repetantur horâ.

summam aliorum vitæ die-  
 rum appone, adde.

*Camœnas*. Musæ, & stu-  
 dia litterarum poni possunt  
 inter oblectationes honestæ  
 juventutis.

*Virenti*. Tibi adhuc juveni,  
 & viridem ætatem agenti.

*Campus*. Martius, vide  
 Od. 7.

*Aræ*. Urbis plateæ: apræ-  
 ca loca, & potentia.

*Susurri*. Intellige confu-  
 lationes vespertinas cum  
 amicis.

*Composita*. Præfixita, con-  
 dicta, & constituta.

*Repetantur*. Iterentur,  
 frequententur.

## O D E I X.

### *Laudes Mercurii.*

**M**ercuri, facunde nepos Atlantis,  
 Qui feros cultus hominum recentura  
 Voce formasti catus, & decoræ  
 More palæstræ:  
 Te canam magni Jovis, & Deorum  
 Nuntium, curvæque lyræ parentem,  
 Callidum quidquid placuit jocosæ

*Mercuri*. Erat Mercurius  
 filius Jovis, & Maia Atlan-  
 tis filie; eloquentis, com-  
 mercii, & furum præses,

*Cultus*. Mores barbaros  
 hominum recens natorum, in  
 mundi primordiis.

*Voce*. Eloquentiæ arte, que  
 est ars vocis, & sermonis.

*Catus*. Ingeniosus, vaser,  
 catus.

*Mores palæstræ*. Inducendo  
 consuetudinem palæstræ, que  
 fugit corpora ad motus de-  
 coros, & habiles. Itaque ani-  
 mos eloquentia; corpora pa-  
 læstra formasti.

*Palæstra*. Est palæstra exer-  
 citatio quælibet corporis in  
 cursu, luctatione, &c. vel lo-  
 cus ejusmodi exercitationi ad-  
 dictus.

*Curvæque*, &c. Quia ly-  
 ram primo confecit Mercu-  
 rius ex incurvo testudinis ter-  
 go.

*Parentem*. Auctorem, in-  
 ventorem.

*Callidum condere*. Græca  
 locutio; qui callidus ea ad  
 abscondendum quidquid libuit  
 furari per jocum.

*Jocosæ*. Non quia indiges  
 rebus, quas furaris, sed quia sic  
 inge-

Condere furto.

Te, boves olim nisi reddidisses  
Per dolum amotas, puerum minaci  
Voce dum terret, viduus pharetra  
Risit Apollo.

Quin, & Attidas, duce te, superbos  
Ilio dives Priamus relicto,  
Theffalosque ignes, & iniqua Troje  
Castra scellit.

Tu pias lætis animas reponis  
Sedibus, virgaque levem coerces

ingenium, & calliditatem o-  
rendis.

*Te, &c.* Apollo, quum olim te puerum asperioribus verbis terrere conaretur, minitans aliquid mali, nisi sibi redderes vaccas, quas ipsi furto abdideras, non potuit risum continere, quum se quoque vidit exutum sagittis, & pharetra sua, quam ipsi clam surripueras.

*Boves.* Apollo iratum Jovem fugiens in terras venit, ubi, quum premeretur inopia, coactus est boves Admeti Regis Theffalia mercede pascere.

*Attidas.* Menelam, & Agamemnonem, Atræi filios, qui si vidissent Priamum subeuntem Græcorum castra, gravius aliquid in eum sorte statuisent.

*Duce te, &c.* Priamus, ut Hectoris filii sui, ab Achille capti, corpus pretio redimeret, duce Mercurio, qui eum obscura nebula sepsit, profectus est in Græcorum castra, & per medias excubias ad Achillis tentorium penetrans, eum precibus inflexit, eodemque duce quo venerat, Trojam incolumis se recepit. Vide Homerum lib. Iiad. ultim.

*Ilio.* Troja.

*Divos.* Curram auro, & muneribus onustam agens.

*Theffalos &c.* Græcos excubitores. Solent vigiles, ubi excubant, ignem excitare. Est Theffalia regio Græciæ.

*Iniqua.* Inimica.

*Scellit.* Latuit; a nemine visus, detectusque penetravit. Græco more, *fallere*, sumitur quo *ignorari*.

*Pias.* Animas piorum corpore solutas, morte obita.

*Lætis, &c.* In Elysiis campis collocas; huc eas deducis.

*Virga.* Caduceo; est bacillus quidam, medius inter duos angues hinc inde implexos, & sibi obversos: insigne est pacis. Ajunt Mercurium, quum iter faceret, incidit: in duos angues inter se pugnantem humi: eum virgam, quam gestabat manu, mediam inter illos posuisse, statimque serpentes a pugna destitisse. Hæc origo Caducei; nisi malis ad veram Moyse virgam illam portentorum artificem referre constat enim Ethnicos multa e Sacris Libris imitando duxisse.

*Levem.* Animas corporis mole exutas.

*Coerces, Cogis, & compellis* in eundem quasi gregem: ut oves pastor pedo congregat.

Supra

Aurea turbam, superis Deorum  
Gratus, & imis.

*Superis, &c.* Superis, ut Jovi; imis, ut Plutoni, &c.

O D E X.

*Leuconoen curiosam mulierem, admonet, ut  
omissa inani futurorum cura, presentibus  
bonis fruatur,*

**T**.U ne quaeris (scire nefas) quem mihi,  
quem tibi  
Finem Dii dederint, Leuconoe, nec Babylonios  
Tentaris numeros, ut melius, quidquid erit, pati,  
Seu plures hyemes, seu tribuit Jupiter ultimam,  
Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare.

*Tu ne quaeris, Cave ne  
curiose inquiras,*

*Scire nefas.* Legendae sunt  
hae duae voces intra parenthe-  
sin: hoc enim, inquit, ne-  
fas est scire, sciri nequit.

*Finem.* Vitae metam.

*Babylonios numeros.* Noli  
adhibere numeros, & calcu-  
los, quibus utantur Babylo-  
nii mathematici ad astrorum  
cursus metiendos & suas di-  
vinationes peragendas. Chal-  
daeï, seu Babilonii, erant  
astrologiae peritissimi, & di-  
vinandi scientiam profiteban-  
tur. Porro scientia illa divi-  
nandi maxime continetur  
numeris, sive computationi-  
bus, quibus astrorum cursus,  
& motus numeratur, &c.

*Ut Melius, &c.* Ut melius  
patiaris quidquid eveniet.  
Graeca est locutio: particula  
enim non una ex iis, quae  
significant *us*, apud Graecos.  
jungitur cum infinitivo. Alii  
accersunt e versu sexto vo-  
cem, *sapias*, & sic explicant,  
ut melius sapias pati, &c.

idest, ut sapientius patiaris.  
Quidam sic explicant eas vo-  
ces, ut melius pati, idest quan-  
doquidem est melius, & con-  
sultius pati quidquid erit,  
idest, ferre animo a quo quid-  
quid eveniat.

*Hyemes, &c.* Plures annos  
ad vivendum dederit. De hye-  
me porro tunc saviente plu-  
ribus differit Horatius, quod,  
quum esset forte asperior, ab  
ea sibi Leuconoe magis ti-  
meret, quae vivendi desiderio  
tenebatur, & astrologos de  
suae vitae diuturnitate consu-  
luerat.

*Quae nunc, &c.* Per Pu-  
mices intelligit scopulos ma-  
ris fluctibus exesos, intar  
pumicis, & excavatos. Sen-  
tentia est; quae hyems fran-  
git fluctus maris Tyrrheni,  
qui alliduntur, & concidunt  
ad oppositos scopulos. Porro  
Italia porrigitur intra duo  
maria Tyrrhenum, & Adria-  
ticum. Tyrrhenum est illud,  
quod Galliam, & Hispaniam  
respicit, vocatur etiam mare  
infe-

Tyrrenum, Sapias; vina liques; & spatio brevi  
Spem longam reseces; dum loquimur, fugerit in-  
vida

*Ausculte* diem, quam minimum credula postero:

*infern*: Adriaticus vero si-  
nus illi oppositus, mare su-  
perum.

*Sapias*. Sapienter utere prae-  
senti hora.

*Liques*. Percoles. Perco-  
lare vina, est ea per colum,  
hoc est, sacculum, seu tenue  
linum, transmittere, ut quid-  
quid est crassius, secernatur:  
ita siebant vina leniora, &  
delicatiora.

*Et spatio, &c.* Cogitatio-  
ne tam brevis spatii ad vi-  
vendum nobis concessi, am-  
puta spem longioris vitae, &  
felicitatis: vel, in tam bre-  
vi spatio vitae, noli sperare

diuturnam esse posse volupta-  
tum usuram; quam vita bre-  
vis adeo sit.

*Dum loquimur, &c.* Dum  
hac tecum loquor: dum hac  
ad te scribo, aetas, & tem-  
pus invidens nostris felicitati  
jam effugit; vita pars ali-  
qua transit, mors propior est  
facta.

*Corpe*. Hoc die, sintque  
voluptatibus, nulla interpo-  
sita mora, frueri; parum si-  
dens diei crastinus, quo in-  
certa. Metaphora ducitur a  
floribus, aut fructibus, qui  
non omnes simul, sed pau-  
latim singuli loquuntur.

## O D E XL.

*Priscos Heroes, maxime Romanos, laudat;*  
*quibus Caesarem Augustum anteponit.*

**Q**uem virum, aut heros lyra, vel acrl  
Tibia sumis celebrare Clio?  
Quem Deum? cujus recinet jocosa  
Nomen imago

Aut in umbrosis Heliconis oris,  
Aut super Pindo, gelidove in Hæmo?  
Unde vocalem temere infecuta

*Quem virum, &c.* Ordo  
est: o Clio, quem virum,  
quem heros, quem Deum,  
tibi celebrandum sumes ly-  
ra, vel tibia, &c. Clio est  
una e Musis.

*Acrl*. Cujus sonus est ac-  
tior.

*Recinet*. Canendo iterabit.  
*Jocosa imago*. Echo, qua  
imago quaedam vocis est, eam

reddens, & emissam repræ-  
sentans, quasi ludendo, &  
garriendo cum eo, qui lo-  
quitur.

*Helicon*. Helicon est mons  
Bœotia in Græcia, musis sa-  
cer; ut Pindus, & Hæmus;  
ille in Thessalia, hic in  
Thracia.

*Unde vocalem, &c.* Quo  
ex Hæmo voce inavissima ca-  
nat.

B

nat.

Orphea filvæ.

Arte materna rapidos morantem  
Fluminum lapsus, celeresque ventos,  
Blandum, & auritas fidibus canoris  
Ducere quercus.

Quid prius dicam solitis parentis  
Laudibus? qui res hominum, ac Deorum,  
Qui mare, & terras, variisque mundum  
Temperat horis?

Unde nil majus generatur ipso,  
Nec viget quidquam simile, aut secundam:  
Proximos illi tamen occupavit  
Pallas honores.

Praeliis audax neque te fitebo,  
Liber; & saevis inimica virgo

mentem Orpheum filvæ cet-  
tatim, & ordine nullo sunt  
secutæ.

*Orpheus* porro est accusativus  
græcus tertis contractorum.

*Arte materna*. Musica.  
Erat filius Calliopes, unius  
e Musis, quæ canendi perli-  
tissima.

*Blandum ducere*. Græcum  
idioma; idest, potentem du-  
cere blanda voce, & canora  
citharæ nervis, quercus auri-  
tas, hoc est, sentientes vo-  
cis suavitatem, quasi si fuis-  
sent auribus præditæ.

*Parentis*. Jovis, qui Deum,  
hominumque pater vocabatur;  
quem initio suorum carminum  
solebant poætæ laudare, &  
invocare: vel *solitis*, idest,  
motis, & prævagatis.

*Temperat*. Moderatur.

*Horis*. Horæ sæpe signifi-  
cant quatuor anni tempesta-  
tes, unde Homerus appellat  
horam veris, pro vere, &c.  
Possunt etiam hic intelligi  
horæ diurnæ, & nocturnæ,  
quæ quasi mundum dividunt,  
ac temperant.

*Unde*. Ex quo Jove, nul-  
lus ipsius liberorum est patri  
æqualis. Vel, *unde*, id est,  
quare, itaque: hoc sensu,  
quia rerum est summus opi-  
fens & moderatur, ideo ni-  
hil est ipsi simile, aut par.

*Viget* Existit, vivit.

*Secundam*. Prope par.

*Occupavit*, &c. Etsi om-  
nia infinito prope intervallo  
distant a Jove, tamen post  
illum proxime, & maxime  
laudatur Pallas. Legunt ali-  
qui, *occupabis*, idest, in  
hac ode mea, obtinebit lo-  
cum a Jove proximum, &  
honorem; post Jovem prima  
laudabitur.

*Praeliis*, &c. Ordo est, nec  
vero te fitebo, o Liber, idest,  
Bacche, qui es in præliis  
audax. Bacchus Liber appel-  
latur, quia vinum libertatem  
magnam affert dicendi quid-  
libet, ac faciendi. Celebratur  
apud poetas Bacchi contra Gi-  
gantes pugnantis audacia, &  
fortitudo.

*Virgo*. Diana, quæ vena-  
tione ferarum delectatur.

Ger.

Belluis; nec te, metuende certa,

Phœbe, sagitta:

Dicam & Alcidem, puerosque Ledæ,

Hunc equis, illum superare pugnis.

Nobilem: quorum simul alba nautis

Stella refulsit,

Defluit faxis agitatus humor,

Concidunt venti, fugiuntque nubes,

Et minax (Dii sic voluere) ponto

Unda recumbit.

Romulum post hos prius, an quietum

Pompili regnum memorem, an superbos

Tarquini fasces, dubito, an Catonis

*Ceras.* Quæ semper scopum  
ferit.

*Alcidem.* Herculem, sic appellatur a voce Græca, quæ robor significat, vel ab Alceo ejus avo.

*Pueros Leda.* Castorem, & Pollucem, Ledæ Tyndari uxoris filios; ita tamen, ut Castor patrem Tyndarum; Pollux Jovem haberet. Hic nempe Castor nobilis fuit superare, id est, celebris fuit, quia superabat omnes equestri, & curruli certamine. Hæc vero, nempe ejus frater Pollux, cestu, & pugnis: crudos enim pugnos ad luctam adhibebant Græci pugiles.

*Quorum, &c.* Castor, & Pollux inter astra relati a Jove fuerunt, & nunc *Gemini* dicuntur ab Astrologis, estque illud signum e duodecim Zodiaci signis tertium. Nautis favere, & præesse mari putabantur, adeoque apparere sub figura stellarum duarum, seu potius erraticorum ignium, qui e marinis vaporibus concreti apparent aliquando navigantibus, & serenitatem portendens creduntur.

*Simul.* Simul atque.

*Alba.* Serenitatis index: prospera, & felix.

*Defluit, &c.* Aqua, vi tempestatis agitata, & scopulis injecta, ex illis defluit.

*Minax.* Intumescens, ac tempestatem, naufragiumque veluti minitans unda residet, sternitur, ac in mare recidit.

*Pompili.* Numæ Pompilii Rex secundus Romanorum fuit, pacis, & religionis amator.

*Tarquini.* Duo fuerunt Tarquini, reges Romani, alter Priscus, sive senior dictus; alter superbus, & Regum Romanorum ultimus, homo nequam, & crudelis, quem proinde Horatius hic laudatum nolit. De Peisbo igitur sermo est, qui quum Reges Etruscorum vicisset; ab iis sumpsit Regiæ dignitatis insignia, trabeam, fasces, & Romanis Regibus utenda dedit. Superbos vocat fasces, quia Regis potentiam, ac majestatis insignia sunt.

*Fasces.* Sunt collecti in fasciculum bacilli, in quibus mediis extat securis. Romanis Regibus, ac postea Consulibus, Prætoribusque præ-

Nobile lethum .

Regulum , & Scauros , animæque magna  
Prodigum Paulum , superante Pœno ,  
Gratus insigni referam Camœna

Fabriciumque :

Hunc , & incomptis Curium capillis  
Utilem bello tulit , & Camillum  
Sæva paupertas , & avitus apto  
Cum Lare fundus ,

seriebantur a liſtore , ſignifi-  
cabant poteſtatem animad-  
vertendi in reos , vel poena  
leviori , quam notabant vir-  
gæ , ſeu bacilli teretes , &  
minuti , vel graviori , quam  
ſecuris indicabat .

*Catonis* . Catonem Uticen-  
ſem intelligit , M. Porcii Ca-  
tonis nepotem , ita dictum ab  
Utica , urbe Africæ , ubi ma-  
nus ipſe ſibi violentas attulit  
ne veniret in manus Cæſa-  
ris , poſtquam audivit Pom-  
pejanos ab eo proſtigatos .

*Regulum* . Dux fuit Ro-  
manorum , qui captus ab Car-  
thaginenſibus , & Romam de  
captivis permutandis miſſus  
ſuaſit ne id fieret , ipſeque ,  
ut promiſerat , rediit ad Pœ-  
nos , qui eum reſectis palpe-  
bris , diuturna vigilia nece-  
verunt .

*Scauros* . Illuſtres illi fue-  
runt ob magna in Rempu-  
blicam merita .

*Paulum* . Æmilius Paulus ,  
Conſul Romanus , ad Cannas  
cum Hannibale pugnavit :  
caſo collega ſuo Varrone , &  
Romanorum milibus fere 50.  
ipſe fortiter perire cum illis  
maluit , quam fuga vitam  
ſervare .

*Pœno* . Hannibale viſtore .

*Gratus* . Memor illorum  
virtutis , aut etiam Romanis

non injucundus , qui me ſe-  
benter audient de illis heroi-  
bus dicentem .

*Fabriciumque* . Ille ter Con-  
ſul fuit ; inſigni frugalitate ,  
& abſtinentia , bella gravia  
cum Pyrrho geſſit .

*Hunc* . Fabricium .

*Incomptis* . Neglectis , &  
impexis , ut viros militans  
debet .

*Curium* . Unus e præcis Ro-  
manis fuit ; inſigni abſtinen-  
tia , & frugalitate , aurum a  
Samnitibus oblatum repulſit ,  
cum diceret , malle ſe  
divitibus imperare , quam di-  
vitem eſſe .

*Camillum* . Is Gallos , in-  
cenſa Roma Capitolium ob-  
ſidentes fugavit ; eodem Ro-  
mam redeuntes magna ſtrage  
ad fluvium Anienem cecidit ;  
quintus Dictator fuit .

*Tulio* . Prætulit , eduxit ad  
Reip. gloriam , educavit .

*Sæva* , *Æſpera* , fortis , &  
laborioſa .

*Avitus* . Ab avis , & ma-  
joribus relictus .

*Apto* . Qui conveniret exi-  
guo fundo , arvis frugalibus ,  
& parvis ; minime ſumptuoſa  
domo .

*Lars* . Domo : Lar propriè  
eſt Deus domesticus , cuſtos  
domus .

*Fundus* . Prædium , Villa .  
Ævo .

Crescit occulto, velut arbor, ævo  
 Fama Marcelli: micat inter omnes  
 Julium fidus, velut inter ignes  
 Luna minores.

Gentis humanæ pater, atque custos;  
 Orte Saturno, tibi cura magni  
 Cæsaris fatis data: tu, secundo  
 Cæsare, regnes.

Ille, seu Parthos Latio imminentes  
 Egerit iusto domitos triumpho,  
 Sive subjectos Orientis orbem  
 Seras, & Indos;

*Ævo.* Temporis progressu:  
 Nemine sentiente crescit arbor.

*Marcelli.* Non videtur Horatius Marcellum hunc laudare, qui cum Hannibale pugnavit, Syracusas cepit, &c. ejus enim fama non crescebat sensim instar arboris: creverat sane, & corroborata erat vetustate; neque dici potest crevisse in ejus posteris, qui profecto illius Marcelli, quinquies Consulis, totque rebus præclare contra Carthaginenses gestis inclyti, laudes non æquaverant. Celebrat igitur hoc in loco Marcellum, Octavii filium, nepotem, & generum Augusti, qui cum esset admodum adolescens, & omni dote ornatissimus, sensim, ut arbor, ad veterum Marcellorum gloriam, & famam surgebat. Oblit ille paucis post Actiacam pugnam annis, vix annum vigesimum ingressus, anno ab U. C. 731. Augusti, & Romæ luctu incredibili.

*Julium fidus.* Julium Cæsarem significat, sub cujus mortem apparuit in Cælo stella crinita per dies septem, & anima ejus esse credita est, quæ Cælo recepta foret. Nota gradationem. Incipit lau-

dare Augusti familiam a Marcello, egregio spei Principe; pergit ad Julium Cæsarem, quem Marcello, ut par est, imo cæteris heroibus superioribus anteponebat: demum in Augusto ipso definit, quem a Jove secundum dicit. Non poterat Augustus laudari splendidius, quod unum hac in Oda videtur spectavisse.

*Ignes.* Stellas.

*Pater.* Jovem intelligit, Saturni filium, &c.

*Fatis data.* A fatis commissa; Fato enim subesse Jovem credebant.

*Secundo.* Secundum a te locum obtinente, ita ut tu primus orbis moderator sis, ille sit subjectus uni tibi, & secundus, te solo minor, major cæteris Regibus, &c.

*Latio.* Romano Imperio, cujus prima sedes Roma, in Latio. Parthi autem diuturna cum Romanis bella gesserunt. Vide Indicem Odarum Chronologicum.

*Egerit.* Repulerit, vel in triumpho duxerit.

*Seras.* Seres populi erant, ubi nunc fere Sina ponitur; apud eos bombyces multi; hinc tela Sericæ.

B 3

Qua-



Te minor latum reget æquus orbem ;  
 Tu gravi curvæ quatiens Olympum ;  
 Tu parum castis inimica mittes  
 Fulmina lucis .

*Quatiens* . Fulminabis , &  
 tonabis .

*Lucis* . Silvis Sacris , quas  
 impii profanas fecerint .

O D E XII.

*Sub allegoria navis , Remp. alloquitur , & eam  
 a bello civili renovando deterret*

**O** Navis , referent in mare te novi  
 Fluctus ! o quid agis ? fortiter occupa  
 Portum : nonne vides , ut  
 Nudum remigio latus ,  
 Et malus celeri saucius Africo ,  
 Antennæque gemant ? ac sine funibus  
 Vix durare carinæ  
 Possint imperiosius

*O Navis* . Quidam recentiores interpretes existimant Horatium alloqui navim eam , qua rediens e Macedonia , naufragium fecerat ad Palinurum , Italiz promontorium , & in qua nonnulli e suis amicis redituri erant in Græciam ad reliquias pugnz Philippenfis colligendas , & civile bellum instaurandum : sed nihil afferunt , quare videatur discedendam a Quintiliani , & veterum pene omnium sententia , qui censent navim hanc mere allegoricam esse . Ac sane si ageretur de vera navi ; quis vectoream malo , remis , &c. destitutam voluisset conscendere ? Nonne merito nugari Horatius censeretur , qui tanto verborum apparatu persuadere illi conaretur , ut saucia , & lacera in portu se contineret ? eam ab antiquitate , & nobilitate lau-

daret , &c. quæ si allegotici accipiantur : nempe pro Roma , & republica , plena sunt dignitatis , & elegantiz .

*Novi fluctus* . Nova bella civilia . Ergone , o Romani , de instaurando bello cogitatis ? Casis Bruto , & Cassio in Macedonia , nondum penitus extinctum fuit civile bellum : vide 2. Odsrum In. dicem Chronologicum .

*Portum* . Pacem , concordiam , Augusti clementiam .

*Nudum , &c.* Destituti estis militibus , ut navis remigibus .

*Gemant* . Laborent , ac fatiscant , venti vim non ferentes .

*Durare* . Perferre diutius .

*Carinæ* . Trabes , e quibus ima pars navis conficitur , pro ipsis navibus sumuntur .

*Imperiosius* . Impotensius .  
 gra-

**Æquor? Non tibi sunt integra lintea:**  
**Non Dii, quos iterum pressa voces malo,**

**Quamvis pontica pinus,**

**Silvæ filia nobilis**

**Jactes, & genus, & nomen inutile:**

**Nil pictis timidus navita puppibus**

**Fidit: tu, nisi ventis**

**Debes ludibrium, cave.**

**Nuper sollicitum quæ mihi tædium;**

**Nunc desiderium, curaque non levis,**

**Interfusa nitentes**

**Vites æquora Cycladas.**

Graviter agitata, & navim  
 pro arbitrio huc illuc tra-  
 hens, jactansque.

Quos, &c. Quos Deos op-  
 pressa malis invocare possis:  
 duces exercituum, & Reip.  
 Principes inquit, qui omnes  
 serme casu.

*Pontica.* Pontus est Regio:  
 Asia minoris, in qua opti-  
 mæ arbores ad naves con-  
 struendas nascebantur. Sen-  
 sus est: quamvis sis navis  
 optima, & facta ex arboribus  
 sylvæ celeberrimæ, tamen con-  
 tra tempestatis vim nihil ista  
 tua nobilitas valet.

*Nil, pictis, &c.* Nihil pi-  
 ctæ Deorum statuæ, nihil  
 sculptæ, & cælatæ rerum  
 aliarum imagines, quibus tua  
 puppis ornatur, nihil, in-  
 quam, securitatis hæc inania  
 ornamenta afferunt timidis  
 nautis. Hoc est: Romanos  
 antiquitas, & nobilitas sua  
 non potest jam a servitute,  
 & Augusti dominatu vindica-  
 re. Solebant in puppibus ima-  
 gines Deorum pingi, quo-  
 rum in tutela navis foret;  
 necnon aliæ res quædam, ut  
 Tritones, Syrenes, &c.

*Debes ludibrium.* Locutio  
 est Græca: nisi velis esse ven-  
 tie ludibrio. Illi debere ri-

sum, & ludibrium, a Græ-  
 cis dicuntur, qui ridendi, &  
 illudendi sunt.

*Nuper.* O Roma, o Resp.  
 qua mihi tantum dolorem  
 nuper attulisti, quam ego  
 pro tua libertate pugnarem  
 (contra Octavium enim ste-  
 terat Horatius, & Pompe-  
 janas partes amplexus fuerat)  
 at nunc, quam esse quietam  
 velim, & sub Augusto pa-  
 catam desidero, curaque non  
 leviter, fuge, quæso, arma,  
 & civiles motus; ut scopu-  
 los maris, & Cycladas, nau-  
 tæ fugiant.

*Tedium.* Quasi ipsum tæ-  
 duisset, ac porro nunc po-  
 niteret, arma tulisse contra  
 Augustum.

*Interfusa, &c. Equora fu-  
 sa,* & currentia inter niten-  
 tes Cycladas. Cyclades insu-  
 læ sunt maris Ægæi, sic di-  
 ctæ, quia in orbem, & cir-  
 culum videntur esse disposi-  
 tæ, sunt autem scopulis ple-  
 næ, ad quos alii fluctus  
 edant spumam albicantem,  
 hinc nitentes dicuntur. Re-  
 ctè autem de Cycladibus, &  
 Ægæo meminit; non solum  
 quia pars ista maris est ad-  
 modum periculosa, propter  
 scopulos, & frequentes insu-  
 læs.

les; verum etiam, quia Græcis adjacet, ubi prima belli

civillæ ales quæ facta fuerat.

## O D E XIII.

*Nerei vaticinium de Trojæ excidio.*

**P**astor cum traheret per freta navibus  
 Idæis Helenam perfidus hospitam,  
 Ingrato celeres obruit otio  
 Ventos, ut caneret fera  
 Nereus fata. Mala ducis avi domum,  
 Quam multo repetet Græcia milite,  
 Conjurata tuas rumpere nuptias,  
 Et regnum Priami vetus.  
 Eheu, quantus equis, quantus adest viris  
 Sudor! quanta moves funera Dardanæ

*Pastor.* Paris; ita vocatur hic ab Horatio, quia Priamus eum in silvis exponi jussit, quum admonitus fuisset ipsum aliquando patriæ exitialem fore, tamen Hecuba ejus mater illum clam inter pastores educari, & servari jussit; jam grandior a patre agnitus, & acceptus, in Græciam missus est, ut Hesionem, Sororem suam, a Menelao repeteret.

*Traheret.* Trojam abduceret.

*Idæis.* Fabricatis in Ida, monte prope Trojam.

*Helenam.* Jovis seu Tyndari, & Leda filia fuit, Menelai Græcorum Regis uxor, a Paride rapta, & Trojam abducta.

*Perfidus.* Quia quum fuisset Paris exceptus amice a Menelao, uxorem illi suam blanditiis deceptam abstulit.

*Ingrato otio.* Idest, otio molesto, vel Paridi festinanti,

vel ipsis ventis, qui gaudent perpetuo motu.

*Obruit otio.* Silere invitos jussit, & quiescere.

*Fera.* Luctuosa, feralia.

*Nereus.* Deus maris præses, Oceani, & Thetydis filius, Doridis maritus, pater Nympharum maris, quæ ab eo Nereides vocantur.

*Mala, &c.* O Paris, ducis tuam domum Helenam malis avibus, idest, insauis auspiciis. Sumebantur enim auspicia ex avium cantu, volatu, &c. Vide Od. 6.

*Conjurata, &c.* Solenni sacramento se obligatura ad Helenam a te divellendam, & evertendam Trojam (ubi Priamus jamdiu regnat) nisi eam reddas.

*Adest, &c.* Instat, imminet: idest quantum laboris subeundum brevi erit!

*Moves.* Pæparas, machinatis.

*Dardanæ.* Trojanæ. Dardanæ.

Gēti ! Jam galeam Pallas, & Ægida ;

Currusque, & rabiem parat.

Nequidquam Veneris præsidio ferox

Pectus cæsariem, grataque sœminis

Imbelli cithara carmina divider:

Nequidquam thalamo graves

Hastas, & calami spicula Gnosii

Vitabis, strepitumque, & celerem sequi

Ajacem: tamen, heu serus, adulteros

Crines pulvere collines,

Non Laertiaden, exitium tuæ

Gentis, non Pylum Nestora respicis?

danus, Jovis, & Electræ filius ab Italia, ubi fratrem interfecerat, in Phrygiam veniens, Trojam cepit condere.

*Pallas*. Minerva eadem & scientiarum, & belli præfes. Græcis præcipue favebat, ut Venus Trojanis.

*Ægida*. Ægis erat scutum, caprinis pellibus tectum, cujus in medio visebatur Medusæ caput, horridum anguibus: Diis valgo tribuitur, maxime Jovi, & Palladi.

*Rabiem parat*. Concipit bellicum furorem.

*Veneris præsidio*. Orta inter Deas Junonem, Palladem, & Venerem controversia de præstantia formæ, Paris adhuc inter pastores degens, judex adhibitus, causam Veneri adjudicavit. Hinc odium Junonis, & Palladis in Trojam, & Veneris favor erga eisdem.

*Ferox*. Audax, seditiosus.

*Divides*. Aliud carmen uni sœminis, aliud canes alteri; vel, carmina, percussis aliis, atque aliis citharæ nervis, modulaberis; vel nunc voce, nunc lyra canes.

*Thalamo, &c.* Frustra continebis te in cubiculo tuo, & thalamo, ut fugias, & vites

hastas hostium, & jacula:

*Calami*. Arundinis, sagittæ, ~~Gnosii~~ *Gnosii*. Gnosus est urbs in Creta insula; erant autem Cretenses periti jaculandi.

*Strepitum*. Belli tumultum.

*Sequi*. In te persequendo.

*Ajacem*. Duplex Ajax fuit, alter a Patre Telamone, dictus Telamonius, qui quam Achilles a Paride cæsi arma peteret, victus est Ulyssis eloquentia, & in furorem actus, gladio se confodit. Lege Ovid. 13. Metam. Alter Ajax, ab Oileo Patre, Oileus cognominatus est. Ejus crimina, & necem vide lib. 5. Od. 9. 5.

*Collines*. Fodabis; interemptus ferius, quam deceret ad Trojæ utilitatem, in terra volutaberis. Adulteros crines vocat, nempe comptos, cultosque studiosius, ut parum casti solent. Paris a Pyrrho Achilles filio interfectus est.

*Laertiadem*. Ulysses, Laertæ filium, qui ad expugnandam Trojam momentiplurimum attulit suis consiliis, & dolis, ut Nestoris sapientia.

*Pylum*. Oriundum ex Pyllo urbe Peloponnesi.

B 5

Satis



GANSEVOORT-LANSING  
COLLECTION

*given to the New York Public Library  
Astor Lenox and Tilden Foundation*

BY VICTOR HUGO PALTSITS

*under the terms of the last will and testament*

CATHERINE GANSEVOORT LANSING

*granddaughter of*

*General Peter Gansevoort, junior*

*and widow of the*

*Honorable Abraham Lansing*

*of Albany, New York*

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to blurriness and low contrast.

Urgent impavidi te Salaminius

Teucens, & Sthenelus sciens

Pugnæ; sive opus est imperitare equis

Non auriga piger. Merionem quoque

Nosces: ecce furit te reperire atrox

Tydides, melior patre;

Quem tu, cervus uti vallis in altera

Visum parte lupum graminiis immemor,

Sublimi fugies mollis anhelitu,

Non hoc pollicitus tux.

Iracunda diem proferet Ilio,

Mationisque Phrygum, classis Achillei.

Post certas hyemes uret Achaicus

Ignis Iliacas domos.

"

*Pequamey*

*Salaminius.* Oriundus e Salamina, insula, & urbe prope Athenas, de qua plura vide Od. 6.

*Sthenelus.* Dux unus Græcorum, Diomedis socius, vir fortissimus.

*Sciens pugna &c.* Pugnant Græci vulgo e curribus, alter in curru stans, alter equos flectens, ac regens, utrumque a Sthenelo egregie fieri Nereus dicit, sive pugnandum e curru sit, sive equis imperitandum.

*Merionem.* Vide Od. 5.

*Furit, &c.* Ardet, vehementer cupit te reperire, ac tecum pugnare.

*Tydides, &c.* Diomedes, Tydeo patre fortior, Supra Od. 5.

*Immemor.* Omittens gramen, lupum fugit.

*Sublimi, &c.* Anhelitum ex alto pectore vix trahens, pro metu, & identidem caput, ut sit, attollens.

*Tux.* Helensæ, cui te fortem, & impavidum jactaveras.

*Iracunda, &c.* Achillis classis, quæ ob iram sui ducis ab Agamemnone dissidentis, recusabit pugnare contra Trojanos, in causa erit, cur in plures annos, Ilii ruina, & Iliadum differatur: Achillei autem est genitivus, ab Achilleus, Achillei: hic triam sylabarum: alius duarum est. Achilli Briseidem eripuerat Agamemnon: hinc Achillis ira, & otium a bello. Quam tamen amicum suum Patroclum ab Hectore interemptum vidisset, ad bellum se retulit, Hectorem occidit, quo casu, capta, & incensa fuit Troja. Ipse quomodo perierit, leges in Ode 5. lib. 4.

*Post certas &c.* Post certum annorum numerum.

*Achaicus.* Græcus, a Græcis immixtus. Achaja pars est Græciæ.

Quem,

## O D E X I V.

*Tyndaridem, quam satyricis quibusdam versibus  
offenderat, placare conatur; causam iræ,  
qua fuerat abreptus, tribuens.*

**O** Matre pulchra filia pulchrior,  
Quem criminosis cumque voles modum.  
Pones Jambis: sive flamma,  
Sive mari libet Adriano.  
Non Dindymene, non adytis quatit  
Mentem sacerdotum incola Pythius,  
Non Liber æque: non acuta  
Sic geminant Corybantes æra,  
Tristes ut iræ: quas neque Noricus

*Quem &c.* Abolebis, quemque voles poena, scriptos in te jambos, eos tolles e medio, quocumque modo libuerit, statues de illis, ut libebit. Quem criminosis cumque, pro quemcumque criminosis.

*Criminosi.* Maledicis.

*Modum pones.* Finem, exitum.

*Libes, &c.* Subaudi, eos punire, & multare, seu ignem, seu in aquam libet conicere. De Adriano mari. vide Odi 3.

*Non &c.* Excusat, se quia blatus iracundia scripsit istos versus: offensus forte ab ipsa Tyndaride. Sententia est; non ita suos sacerdotes Cybele, Apollo, Bacchus, agitant, ut iracundia homines quatit.

*Dindymene.* Cybeles, sic dicta a Dindymio, Phrygia monte, ubi colebatur a Corybantibus, qui æra, sive æreæ pelvès, ac lebetes, æneæ tympana, pulsabant, rotabantque corpus saregentium instar.

*Adytis.* In adytis: adyta sunt templi penetralla, quo profanis hominibus adire non licet. Intelligitur templum Delpicum, quod incolebat, & ubi reddebat oracula Apollo, Pythius dictus a serpente Pythone, quem interemerat: hinc Apollo dicitur hic *Incola Pythius.*

*Quasit.* In furorem agit. *Liber.* Bacchus.

*Æque.* Similiter, tanto furore.

*Geminant.* Istis repetitis quatunt. Corybantes porro erant sacerdotes Cybeles, quem Jovem recens natum, ut Saturno filios devoranti subduceret, alendum his in Creta insula tradidit. Ne vero Saturnus vagientem audire Jovem posset, pulsabant æræ, &c.

*Noricus.* Noricum regio est Germaniæ, ubi nunc sunt Bavaris, in ea regione producebantur enses optimi, obpressantis ferri venas uberes.



Deterret ensis, nec mare naufragum ;

Nec sævus ignis, nec tremendo

Jupiter ipse ruens tumultu .

Fertur Prometheus addere principi

Limo coactus particulam undique

Defectam, & insani leonis

Vim stomacho apposuisse nostro .

Ira Thyesten exitio gravi

Stravere, & altis urbibus ultimæ

Stetere causæ, cur perirent

Funditus, imprimeretque muris

Hosile aratrum exercitus insolens .

Compesce mentem : me quoque pectoris

Tentavit in dulci juvena

Fervor : & in celeres Jambos

Misit furentem . Nunc ergo mitibus

*Deterret.* Exterret, sistit, ac retinet. Iratum hominem non retardat metus periculi, & mortis.

*Tumultu.* Quem tonitru excitat.

*Fertur &c.* Dicitur Prometheus, quum homines e limo fingeret, coactus fuisse addere ad lutum illud princeps, sive primigenium, unde illorum corpora compegerat, particulam ab omnibus animalibus defectam, & defectam, & a leone sumpsisse vim, hoc est, iracundiam, & rabiem, eamque in hominis stomacho posuisse.

*Principi limo.* Vel nobiliori, vel melliori, & exquisitiori.

*Coactus.* Quia dotes omnes naturæ in fingendis animalibus consumpserat : itaque coactus est ab iisdem animalibus aliquid veluti refecare, quod homini tribueret.

*Insani.* Furiosi, præter modum iracundi.

*Ira Thyesten, &c.* Gravi

exitio perculit Thyesten fratris ipsius Atrei : dolens enim Atreus a Thyeste oblatum uxori suæ stuprum, ipsius filium coctum patri epulandum apposuit, &c.

*Et altis, &c.* Eadem iracundia fuit causa postrema, & gravissima, cur celeberrimæ urbes penitus everterentur, & victor miles, ac insolens aratrum duci, & sulcos imprimi juberet in eo loco, ubi moenia illarum steterant. Ita everse sunt Troja, Numantia, Carthago, &c. Idcirco autem urbis everse solum jubebant arari, ut intelligeretur ibi non amplius fore urbem, sed agrum, ut spes omnis restituenda urbis tolleretur.

*Compesce, &c.* Iram mitiga.

*Me quoque, &c.* Astus iracundiz, me, utpote juvenem, impulit, &c.

*Misit, &c.* Suasit mihi, ut jambos scriberem. Celere vocat, quia jambos ex brevi,

Mutare quero tristia : dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobriis , animumque reddas :

& longa constat , atque adeo  
celeriter pronuntiatur ,

*Mutare , &c.* Loco trisium  
versuum , & maledicorum ,  
placidos , & mites cupio scri-  
bere , & retractare probra ,  
quæ in te dixi .

*Recantatis.* Retractatis , re-  
vocatis . Recantare interdum

est eadem canere iterum , in-  
terdum , ut hoc in loco , con-  
traria cantare , & prius dicta  
condemnare .

*Amica.* Benevola , placata .  
*Animum reddas.* Bonamque  
animo esse iubeas : impropria  
meam detergas .

## O D E XV.

*Tyndaridem invitat in suam villam , in Lucretiæ  
monte sitam .*

**V** Elox amœnum sæpe Lucretilem  
Mutat Lycæo Faunus , & igneam  
Defendit æstatem capellis  
Usque meis , pluviosque ventos .  
Impune tutum per nemus arbutos  
Quærun latentes , & thyma devia  
Olentis uxores mariti ,  
Nec virides metuunt colubros :  
Nec martiales hæduli lupos ;

*Fælon , &c.* Faunus sæpe ,  
relictæ monte Arcadiæ Lyceo  
venit in Lucretilem ,—Sabi-  
norum in Italia montem .

*Faunus.* Idem ac Pan , Sa-  
tyrorum , ac Deorum rustico-  
rum princeps : velox dicitur ,  
quia caprinos habebat pedes ;  
cursumque , ac saltu delectari  
serebantur Fauni , ac Satyri .

*Defendit.* Arcet , prohibet  
ne vitas immodico vitu meas  
capellas vexet .

*Usque.* Semper .

*Impune.* Sine latorum ,  
aut rei alterius noxiæ metu .

*Arbutos.* Est arbutus qua-  
dam arbor humilior .

*Devia.* Hac illuc temere  
vagantes .

*Olentis mariti.* Capri , qui  
vir gregis a Virgilio vocatur ,  
estque olidum animal , & fo-  
tens .

*Uxores.* Capellæ .

*Martiales.* Audaces , cru-  
deles , adeoque in Martis fi-  
de , ac tutela .

*Hæduli.* Pro hæduli , te-  
neri , ac recentes hædi ; sic  
hædulus ab Horat dicitur  
alibi pro hædulus . Mendo-  
se legitur in quibusdam hæ-  
dulis , hædorum ovilia : se-  
cunda quippe sillaba produ-  
citur , quam hic ratio car-  
mi-

Utcumque dulci, Tyndari, fistula  
 Valles, & Usticæ cubantis  
 Lævia personere saxa.  
 Dii me tuentur: Diis pietas mea,  
 Et Musa cordi est: hinc tibi copia  
 Manabit ad plenum benigno  
 Ruris honorum opulenta cornu;  
 Hic in reducta valle canicula  
 Vitabis æstus; & fide Teja  
 Dices laborantes in uno  
 Penelopem, vitreamque Circen:

minis brevem esse jubet: licet hanc lectionem aliquo modo defendat Lambinus. Legi etiam potest; *bedulia*, sive *bedilia*, ut in veteribus fere omnibus codicibus legi docet idem Lambinus, ab *bedilia*, sive *bedulia*, *bedulia*, idest stabulum hœdorum.

*Utrumque*. Quotiescumque, ubicumque.

*Fistula*. Fauni.

*Ustica*. Mons, seu collis fuit, Lucretii vicinus: cubans dicitur, hoc est, leniter declivis, & fere jacens. Altissimi enim montes videntur stare; humiles, & demissi jacere.

*Lævia*. Polita, atque adeo ad vocem fistulæ geminandam idonea.

*Dii me tuentur*. Atque adeo nihil timebis domi meæ.

*Hinc, &c.* Ex hac mea villa fluet tibi ad plenum, id est, ad satietatem, copia, & abundantia omnium frugum, & fructuum, (qui sunt honores opulenti ruris, & ornamenta) veluti ex uberrimo Amaltheæ cornu.

*Cornu*. Fabulis proditum est, Jovem a Nymphis nutritum esse lacte cujusdam capræ, Amaltheæ nuncupatæ. Eas, ut remuneraretur Jugi-

ter, edidit ut ex illius capræ cornu resecto, omnes fruges, & fructus in perpetuum manarent. Hinc cornu copiarum vocatum est.

*Reducta*. Separata tantisper a reliqua villa, secretior, & solitaria.

*Canicula*. Canicula, in cæcis minor, est sidus, quo oriente graviores æstus sentiunt: appellatur etiam *Sirius*.

*Fide, &c.* Fides aliquando significat citharæ chordam, & nervum; estque tunc declinationis tertiæ. *Teja*, id est, Anacreontica composuerunt versus, quales scripsit Anacreon poeta Græcus venustissimus; oriundus Teo urbe Joniæ.

*Laborans in uno*. Viri magis, nempe Ulyssis, amore implicatas. Circen, qua illam retinere frustra conatus est, & Penelopem ejusdem amoris, castitatis fama notam.

*Vitream*. Dolosam, & instar vitri fragilem; vitrum enim veneno peremerat.

*Circen*. Veneticam famosam, qua Ulysses tempestate jectatus excepit in Italia, ejusque facies in porcostransformavit. Virgil. lib. 7. *Æneid.* lib. 10. *Odys.*

Inq-

Hic innocentis pocula Lesbii  
 Duces sub umbra: nec Semelejus  
 Cum Marte confundet Thyoneus  
 Prælia; nec metues protervos.

*Innocentis.* Vini e Lesbo, insula Ægzi maris, adveſti, quod sine periculo ebrietatis largius potatur.

*Duces.* Hæries ex amphora, educes.

*Nec Semelejus, &c.* Bacchus vocatur Semelejus, quia ejus mater fuit Semele; Thyoneus, quia ipse furorem & ebrie-

tatem provocat: Græca enim ea vox est *Thyoneus*, & significat furentem, ac præcipitatem. Sententia est: non Mars cum Baccho prælia committet: non venietur a poculis, & ebrietate, & ad arma, & vulnera.

*Protervos.* Vicos parvos, modestos, & continentes.

## O D E X V I.

Vino utilius nihil: moderate tamen eo  
 utendum:

**N**Ullam, Vate, sacra vite prius severis arborem

Circa mite solum Tiburis, & mœnio Catili.

Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque Mordaces aliter diffungiunt sollicitudines.

Quis post vina gravem militiam, aut pauperiem crepat?

Quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus?

*Vate.* Quintilius Varus Horatii amicus fuit: is forte, qui cum suis legionibus in Germania cæsus est, aut aliquis Poeta, ejusdem nominis.

*Sacra.* Baccho consecrata: vel sacram vitem vocat, id est, egregiam divinam.

*Prius severis.* Potius plantaveris: noli arborem aliam potius plantare, & serere, quam vitem.

*Mœnia Catili.* Hoc est circa Tibur. Catilius enim, Amphiarum Thebani filius, hanc Italiam urbem fundavit cum

fratribus Tiburno, vel Tibure, & Corace: Tiburnus natus maximus nomen urbi dedit: in ea Varus habitabat, aut villam habebat non procul.

*Siccis.* Qui vino non utuntur; abstemiis Sententia est; Superi voluerunt, ut omnia succederent infelicitè hominibus siccis.

*Aliter.* Quam vino.

*Crepas.* Quæritur; cum dolore commemorat.

*Quis non te, &c.* Subaudi, *crepas.* Quis non potius lau-

At, ne quis modici transfiliat munera Liberī  
 Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero  
 Debellata: monet Sithoniis non levis Evius,  
 Cum fas atque nefas exiguo sine libidinum  
 Discernunt avidi. Non ego te, candide Bassa-  
 reu;

Invitum quatiā, nec variis obīta frondibus

laudat Bacchum? Crepare ali-  
 quid, est de illa re loqui cum  
 vehementiori cupiditate, &  
 affectu, seu doloris, seu læ-  
 stitiz.

*At ne; &c.* Vērūm admo-  
 net homines pugna Centau-  
 rorum cum Lapithis com-  
 missa in vino, & ebrietate,  
 ne quis transfiliat modum in  
 Liberi, seu Bacchi muneribus  
 sumendis, hoc est in vino po-  
 tando; nequis immodice bi-  
 bat, & iusto largius.

*Lapithis.* Lapithæ, & Cen-  
 tauri erant populi Thessa-  
 liæ, qui quum Pirithous Hip-  
 podamiam duceret, invitati  
 ad epulum, rixam ebrii mo-  
 verunt, in qua multi utrin-  
 que periere.

*Super mero.* Inter vina,  
 & pocula.

*Debellata.* Pugnata, con-  
 fecta.

*Monet.* &c. Docet etiam  
 nos modice vino utendum es-  
 se Evius, idest Bacchus non  
 levis, hoc est gravis, noxius,  
 exitialis Sithoniis, Thracis  
 populis. Mala per vinum  
 Thracibus importata nos ad-  
 monent cavendum esse ab  
 ebrietate.

*Evius.* Bacchus ita voca-  
 tus est a gemina voce Græca,  
 quæ significat, *Buge fili*:  
 quam a Jove tum pronuntia-  
 tam volunt, quum Bacchus  
 in Gigantes rem strenue gere-  
 ret, eosque, mutatus in leo-  
 nem, e Cœlo detruderet.

*Cum fas, &c.* Cum illi  
 Sithonii, sive Thracis, ebrii,  
 & avidi explendam libidi-  
 num, discernunt exiguo sine  
 fas, & nefas, hoc est ponunt  
 exiguum limitem, & discrim-  
 men inter fas, seu quod lici-  
 tum est, & nefas, seu quod  
 est illicitum; honestum, &  
 turpe confundunt, & exiguo  
 limite utrumque separant.

*Non ego te, &c.* O Bacche,  
 non movebo tuas statuas, ac  
 diripiā e suo loco, te in-  
 vito, ac repugnante.

*Bassaræu.* Est vocativus  
 Græcus, a *Bassaræus*, quod  
 Bacchi est nomen voce He-  
 bræa, *Bassar*, quæ viade-  
 miam sonat. Candidus appel-  
 latur, idest, liber, sincerus,  
 verax.

*Quatiā.* Quatere, mo-  
 vere, commovere sacra, ut  
 Terentius, Turnebus, & alii  
 interpretes notant, est, sta-  
 tuas Deorum e templis pro-  
 ferre, & alia, quibus opus  
 erat in sacrificando. Quatio-  
 hic sumitur pro executio, pro-  
 pello, effero. Terentius ait,  
*quatiā se fotas*, pro *expel-  
 lam*. Quis vero Bacchantes  
 erant furiosæ fœminæ, non  
 placide movebant illa sacra,  
 sed cum tumultu, & saepe  
 calathos, ac cistas, in qui-  
 bus, ne paterent, obvoluta  
 erant pampini, & hedera foli-  
 is, humi effundebant. Quod  
 invito certe Baccho, & con-  
 tra ritum, ac morem sacro-  
 rum

Sub divum rapiam; siva tene cum Berecynthio  
Cornu tympana, quæ subsequitur cæcus amor suus,  
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,  
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.

rum fiebat. Ego igitur non  
illas imitabor, id est, non  
indulgebo ebrietati præter mo-  
dum.

*Obsta*. Testa, obducta,  
plena; subaudi, sacra myste-  
ria.

*Sub divum*. *Divum*, in  
hac locutione, significat Jo-  
vem, seu aerem, coelum aper-  
tum, ac patens. Rapere sub  
Divum, seu Diem: est in  
apertum proferre, ostendere,  
& patefacere.

*Tena*, &c. Comprime, co-  
hibe: noli me ad furorem  
& ebrietatem incitare, pul-  
sando tua cornua, & tympa-  
na, quæ tympana, quam ebie-  
ritatem, sequitur amor sui cæ-  
cus, inanis gloria sublime ca-  
put attollens, & temeritas in

prodendis arcanis.

*Berecynthio*. Simili cornu-  
bus, quæ insunt Sacerdotes  
Cybeles. Cybele colebatur in  
monte Phrygiæ Berecyntho:  
in Cybeles autem sacris pul-  
sabantur incondito strepitu  
gravia cornua, seu tubæ cot-  
næ a Sacerdotibus furiose.  
Vide Oden 14. Idem fiebat a  
Bacchantibus in Orgiis.

*Vacuum*. Levem, arrogan-  
tem, prudentiæ expertem.

*Plus nimio*. Plus iusto.

*Fides*, &c. Fides arcani  
prodiga, quæ temere arcanum  
essuit, id est, infidelitas, quæ  
perspicua est magis, quam vi-  
trum, quod res ita non te-  
git, quin trans illud appa-  
reant.

## O D E X V I I.

*Mæcenati, qui se apud Horatium cenare velle dē-  
xerat, vini sui tenuitatem belle excusat.*

**V**ile potabis modicis Sabinum  
Cantharis, Græca quod ego ipse testa  
Conditum levi, datus in theatro.

*Sabinum*. Subaudi vinum.  
Sabina regio non procul Ro-  
ma erat, ubi vinum leve,  
ac vile nascebatur: ibi vil-  
lam habebat Horatius.

*Cantharis*. Scyphis, pocu-  
lis minoribus.

*Testa*. Amphora fictili, e  
Græcia in Italiam cum vino  
advecta: Samiæ testæ maxi-  
me laudabantur: vel, Cumis

factæ, quæ Græcorum erat  
Colonia in Italia.

*Levi*. Præteritum est ver-  
bi, *lino*. Solebant Romani  
suas amphoras oblinere, &  
obducere pice, vel cera, in  
eaque imprimere nomen Con-  
sulis, & anni, quo vinum  
in dolls, vel amphoras fuan-  
debant.

*Datus*, &c. Eo tempore  
vi-

Q. HORATII FLACCI

... placidus,  
... ut paterna  
... & jocosa  
... Vaticani  
...  
... & prolo domitam Caleno  
... mea nec Falernæ  
... vites, neque Formiani  
... collis.

... reddi in am-  
... potest. Ita factum  
... commendat, ac  
... Thea-  
... significat eam  
... ad spe-  
... stantem  
... in semicir-  
... : haere  
... sive  
... ubi  
... . Cumque  
... gratas in  
... , solebat  
... voce, ac

... hac ap-  
... . quæ ip-  
... significabat  
... com-  
... ad sitjorem  
... facile po-

... Tiberis,  
... Moe-

O D E X V I I I .

... Apollinis , ac Dianæ .

... dicite Virgine;  
... ueri , dicite Cynthium

... A- Delo insula: intonsus  
... , in pingebatur, imberbis

*Jocosa imago*  
... laudes tibi a p-  
... te, quam in the-  
... datas reddebat  
...  
... Jocari porro vi-  
... quam extrema

*Vaticani.* N-  
... est vicinus Ty-  
... tro Pompeji .

*Carubum.*  
... num, a cogn-  
... tum in Carr-  
... Romam .

*Domitam.* F-  
... catam .

*Caleno.* Cale-  
... num urbs .

*Falerna.* Fal-  
... Campania Italia  
... tes optima: Fo-  
... dem Italiae opp-  
... suo nobile, quod  
... collibus erat lau-

*Temperans.* I-  
... tantisper mista . I-  
... domi tuæ bibes,  
... vina generosissima  
... iis utor domi meæ



ODARUM LIB. I.

Latonaemque supremo  
 Dilectissimam penitus Jovi,  
 Ixtamque Arvis, & nemorosam cœta,  
 æturamque aut gelido promissat Algido,  
 Nigris aut Erymanthi  
 Sylvis, aut viridis Cragi,  
 Tempe totidem tollit hincibus,  
 Italemque, maris, Dæon Apollinam,  
 Insignemque phœtra,  
 Fraternaque humerum Iyæ.  
 bellum lacrymosam, hic miseram famam  
 nemque a populo, & Principe Cæsar in  
 Persas, atque Britannos  
 Vestra motus ager pace.

Latonaem, Matrem Dianæ,  
 & phœtra.

Lætas. Dianam significat,  
 & quædet sylvis, & amni-

Quantumque, &c. Quæcumque loca  
 montium prominent, pro-  
 ceptæ ex arboribus, ac pro-  
 ceptæ, sive in Algido, &c.  
 Crago. &c.

Algido. Algido est sylvæ,  
 nemus, quæ vocatur hæc  
 illans, Diana hæc, & sylvæ  
 ita vocatur; hæc  
 hæc sylvæ sunt frigida.

Nigris. Umbrosa, pro-  
 ceptæ arborum humilitatem.

Erymanthi, ut Erymanthi  
 hæc est nemus humilis in  
 præcia; Cragi Iyæ, in  
 hæc ætatori; sive hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc, & Dia-  
 hæc hæc.

Tempe. Vællæ hæc hæc hæc  
 hæc in Thæssaliæ Apollinæ  
 hæc, quæ post hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc, hæc hæc

hæc, hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc, hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc

Nemus. Temus hæc hæc hæc  
 hæc; hæc hæc.

Mors. hæc hæc, hæc hæc hæc  
 Dæon. Temus hæc hæc hæc  
 hæc, hæc hæc. Dæon hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc

Phœtra. Quæ hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc

Iyæ. Iyæ hæc hæc hæc hæc hæc

Britannos. Phœtra hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc

Apollinam. Quæ hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc  
 hæc hæc hæc hæc hæc hæc



Q. HORATII FLACCI

tibi plausus,  
cenas Eques; ut paterai  
ripæ, simul & jocosa  
laudes tibi Vaticanæ  
tis imago.  
, & prælo domitam Caleno  
uvam; mea nec Falernæ  
at vites, neque Formiani  
la colles.

n condidi in am-  
tibi applausit po-  
eatro. Ita suum  
e commendat, ac  
dulatur. Thea-  
n significat eum  
sedebant ad spe-  
aliquod scenicum  
gerat in semicir-  
factum; & e re-  
atur scena, five  
e, ac editior, ubi  
rentur. Cumque  
populo gratus in-  
ccedebat, solebat  
plaudere voce, ac

Gaudebat hac ap-  
iceenas, quæ ip-  
am significabat:  
enim ordine con-  
am ad altiozem  
adere facile po-

yminis. Tiberis,  
Etruria; Mos-

*Jocosa ima-*  
laudes tibi a  
te, quam in th  
datas reddebat  
Jocari porro  
quam extrema  
*Vaticanæ.* I  
est vicinus Ty  
tro Pompeji.  
*Cacubum.*  
mum, a cog  
stum in Ca  
Romam.

*Domitam.*  
catam.

*Caleno.* Cal  
num urbe.

*Falernæ.* Fa  
Campania Itali  
tes optimæ: Fa  
dem Italiæ op  
suo nobile, qu  
collibus erat la

*Temperanz.*  
tantisper mista.  
domi tuæ bibes  
vina generosissim  
iis utor domi me

O D E X V I I I .

*Laudes Apollinis, ac Dianæ.*

dicite Virgine;  
ri, dicite Cynthium.

A. Delo insula; intoni  
in pingebatur, imberbi



Q. HORATII FLACCI

tibi plausus,  
nas Eques; ut paterni  
ipse, simul & jocosa  
laudes tibi Vaticanis  
s imago.  
& praeulo domitam Caleno  
ivam; mea nec Falernae  
vites, neque Formiani  
colles.

condidi in ambulo  
bi applausit potro.  
Ita suum commendat,  
ac alatur. Theatrum  
significat eum sedebant  
ad spectandum quod  
scenicum erat in semicir-  
factum: & eretur  
scena, sive scaenae  
frons, ac editior, ubi  
spectabatur. Cumque  
populo gratus in  
spectabatur, solebat  
laudare voce, ac

laudebat hac ap-  
ecenas, quae ipse  
significabat: in  
ordine con-  
n ad altiore  
dere facile po-

minis. Tiberis,  
Etruria, Mos-

*Jocosa imago*  
laudes tibi a  
te, quum in the-  
atrum reddebat  
Jocari porro  
quum extrema

*Vaticani.* l  
est vicinus Ty-  
atro Pompeji.

*Caecubum.*  
num, a cognom-  
inum in Ca-  
Romam.

*Domitam.*  
catam.

*Caleno.* Cal-  
num urbs.

*Falernae.* Fal-  
Campania Italiae  
tes optima: Fal-  
dem Italiae op-  
suo nobile, quo  
collibus erat la-

*Temperantem.*  
tantisper mista.  
domi tuae bibes  
vina generosissima  
his utor domi me-

O D E X V I I I .

laudes Apollinis, ac Dianae.

dicite Virgine;  
ri, dicite Cynthiae

A. Delo insula: intonsa  
in plangebatur, imberbi

Lunaticque supremo

Dilectum penitus Iovi.

Iuxta ferus, &amp; nemorum cœna,

Cœnæ aut felida proximaet Alcido,

Nigri aut Hymanthi

Spiri, ut viridis Cragi,

Tempus totidem talium lustralium,

Cœnæque, matris, Dea Apollinæ.

Ishænetique phœnæ,

Fraternaque humerum Iyæ.

Sædem lacrymosam, hic tandem hæretis-

timæ a populo, &amp; Principe Cœloris

Fœdis, æque Hymanthi

Vestra motus æger pota.

in hâc, tam ut ver-

dam, tam quæ voluit

est Solis talia hâc re-

miti.

Hymanthi. Matris Diana,

lustralium.

Cræta. Dianæ Epithetæ,

quædæ Iyæ, & anti-

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

quædamque sit. Quædam

Tempus. Vallis erat ant-

ica in Thessaliæ Apollinæ

et, quæ post ætatem Py-

thæam hæretis, in loco-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

et, in Thessaliæ quædam hâ-

Cum tibi plausus.

Care Mœcenas Eques; ut paterni  
Fluminis ripæ, simul & jocosa  
Redderet laudes tibi Vaticanæ.

Montis imago.

Cacubum, & prælo domitam Caleno  
Tu bibes uvam; mea nec Palernæ  
Temperant vites, neque Formiani  
Pocula colles.

vinum meum condidit in amphoris, quo tibi applausit populus in Theatre. Ita suum vinum argute commendat, ac Mœcenati adulatur. Theatrum autem significat eum locum, ubi sedebant ad spectandum, aliquod scenicum spectaculum; erat in semicirculi figuram factum: & e regione visabatur scena, sive locus planus, ac editior, ubi actores versarentur. Cumque vir aliquis populo gratus in theatrum accedebat, solebat illi populus plaudere voce, ac manu.

*Eques.* Gaudebat hac appellatione Mœcenas, quæ ipsius modestiam significabat: In Equestri enim ordine constitit, quum ad altiorem ordinem ascendere facile posuisset.

*Us.* Ita ut.

*Paterni fluminis.* Tiberis, qui fuit ex Etruria, Mœcenatis patriæ.

*Jocosa imago.* Echo, quæ laudes tibi a populo plaudente, quum in theatrum sabires, datas reddebat ac geminabat. Jocari porro videtur Echo, quum extrema verba repetit.

*Vaticanæ.* Mons Vaticanus est vicinus Tyberi, & theatro Pompeji.

*Cacubum.* Vinum optimum, a cognomine loco dictum in Campania, prope Romanam.

*Domitam.* Pressam, calcatam.

*Caleno.* Cales, seu Calenum urbs.

*Falerna.* Falernus ager in Campania Italiæ est, ubi vites optimæ: Formis, ejusdem Italiæ oppidum, vino suo nobile, quod in vicinia collibus erat laudatissimum.

*Temperans.* Implent, aqua tantisper mista. Id est; tu domi tuæ bibes, ut soles, vins generosissimis; ego non his utor domi meæ.

## O D E XVIII.

*Laudes Apollinis, ac Dianæ.*

**D**ianam teneræ dicite Virgine;  
Intonsum, pueri, dicite Cynthium:

*Cynthium.* Sic vocatur Apollo, a monte Cyntho, in

Delo insula: intonsus semper pingebatur, imberbis, ac juveni

Latonamque supremo

Dilectam penitus Jovi.

Vos lætam fluviiis, & nemorum comas,  
Quæcumque aut gelido prominet Algido,

Nigris aut Erymanthi

Sylvis, aut viridis Cragi,

Vos Tempe totidem tollite laudibus,  
Natalemque, mares, Delon Apollinis.

Insignemque pharetra,

Fraternaque humerum lyra.

Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem,  
Pestemque a populo, & Principe Cæsare in

Persas, atque Britannos

Vestra motus aget prece.

veni similis, tum ad venu-  
statem, tum quia prolixa ca-  
series Solis radios belle ex-  
primit.

*Latonam*. Matrem Dianæ,  
& Apollinis.

*Lætam*. Dianam significat,  
cuæ gaudet sylvis, & amni-  
bus.

*Quæcumque, &c.* Quæcum-  
que comas, quæcumque fron-  
tes arborum prominent, ger-  
minant ex arboribus, ac pro-  
sunt, sive in Algido, sive  
Crago, &c.

*Algido*. Algidus est sylva,  
mons, paucis leucis Roma  
distans, Dianæ sacer, a fri-  
gore ita vocatur; montes  
sui fere sunt frigidiores.

*Nigris*. Umbrosis, pro-  
pter arborum densitatem.

*Erymanthi, &c.* Eryman-  
thus est mons Arcadiæ in  
Græcia; Cragus Lyciæ, in  
Asia minori: ambo celebres  
veterum sigmentis, & Dia-  
e sacri.

*Tempe*. Vallis erat am-  
plissima in Thessalia Apollini  
sacra, quia post occisum Py-  
thone serpentem, eo seces-

sit, ac sacrificia piacularia fe-  
cit, &c. Erat ibidem ara e-  
dem Deo dicata; indeidem lau-  
rem coronæ petebantur coro-  
nandis victoribus in Pythiis  
ludis.

*Natalem*. Terram nata-  
lem; Patriam.

*Mares*. Id est, vos pueri.

*Delon*. Terminatio est Græ-  
cæ, pro Delum. Delus est in-  
sula Maris Ægei: Cycladum  
(supra Od. 12.) clarissima.

*Humerum, &c.* Apollinis  
humerum laudare, insignem  
pharetra, & lyra, seu Apol-  
linem pharetram humero ge-  
stantem, & lyram.

*Fraterna*. Quam ipsi Mer-  
curius frater, lyram inventor,  
& artifex, dedit.

*Hic*. Apollo a vobis roga-  
tus.

*Persas*. Populum Asia Ro-  
manis infestum, Supr. Odar. 2.

*Britannos*. Angliam non-  
dum a Romanis domitam.

*Ages*. At populo, & Cæ-  
sare avertet; convertetque in  
hostes Romani nominis, Per-  
sas nempe, & Britannos.

ODE

*Vir probus ubique tutus.*

**I**neger vitæ, scelerisque purus,  
Non eget Mauri jaculis, nec arcu;  
Nec venenatis gravida sagittis,  
Fusce, pharetra.

Sive per Syrtes iter æstuosas,  
Sive facturus per inhospitalem  
Caucasum, vel quæ loca fabulosus  
Lambit Hydaspes.

Namque me silva lupus in Sabina,  
Dum sequor calles dubios, & ultra  
Terminum, curis vagor expeditus;  
Fugit inermem:

Quale portentum neque militaris

*Integer vita.* Cujus vita, & mores integri, & sine crimine sunt. Græci, & Latini eos imitati, solent genitivos cum adjectivis quibusdam jungere. Sic dicitur, felix animi, fortunatus laboris.

*Mauri.* Jaculis Maurorum: Inermis esse potest. Legunt aliqui, *Mauris*. Mauri populi sunt Africae, in mittendis jaculis exercitatissimi.

*Venenatis.* Solebant ferrum sagittæ, & acumen imbuere veneno.

*Gravida.* Plena, referta.

*Fusce.* Scribit hanc Oden ad Aristium Fuscum, amicum suum, Poetam & Oratorem egregium.

*Syrtes.* Sunt æstuaria quædam in Africæ littore: dum vulgo numerantur, major, & minor. Igitur potest iter illud intelligi de navigatione, aut, si de terrestri itinere sermonem esse velis, accipe

littus Syrtibus vicinum.

*Æstuosas.* Arentes, arenosas.

*Inhospitalem.* Nullis hospitibus habitabilem, ob frigus, & asperitatem Caucasi.

*Caucasum.* Est mons Scythiæ, ubi Prometheus relegatus fuisse dicitur.

*Hydaspes.* Indis fluvius de quo multa fabulosa narrantur; v. g. quod aurum inter arenas volvat. Potest etiam hoc epithetum in bonam partem accipi; fabulosus, de quo multa dici solent, famosus.

*Lambit.* Alluit, rigat.

*Ultra terminum.* Ultra fines mihi notos, ac vias tritas; ultra terminum solitæ deambulationis.

*Expeditus.* Liber ad omni cura, & solutus.

*Quale, &c.* Qualem lupum monstri, & portenti similem, neque Daunia (pars est Apuliæ, plena viris bellicosis) in silvis quercuum plenis nutrit

Daunia in latis alit æsculetis;  
 Nec Jubæ tellus generat, leonum  
 Arida nutrix.  
 Pone me, pigris ubi nulla campis  
 Arbor æstiva recreatur aura,  
 Quod latus mundi nebulæ, malusque  
 Jupiter urget:  
 Pone sub curru nimium propinquum  
 Solis in terra domibus negata;  
 Sola me virtus dabit usque tutum,  
 Sola beatum.

et vire solet; nec Mauritania,  
 in qua Juba regnavit.

*Æsculetum.* Locus esculis  
 frequens. Æsculus est species  
 quercus.

*Juba.* Juba fuit rex Mau-  
 ritaniz, Pompejanis partibus  
 addictissimus: superato Pom-  
 pejo sibi necem conscivit: de  
 eo Jul. Cæsar triumphavit.

*Arida.* Æstiosa, siticu-  
 losa.

*Pigris.* Ubi omnia inert  
 frigore constringuntur, & ne  
 levis quidem aura calidior  
 aspirat.

*Latus mundi.* Regionem.  
 Sane Zone frigidæ sunt ad  
 latera Spheræ rectæ.

*Jupiter malus.* Aer incle-  
 mens, frigidus, nebulosus.

*Urget.* Vexat, contristat.

*Sub curru, &c.* Sub Zona  
 Torrida, ubi Sol hominum  
 vertici velut incumbit; ubi  
 nulla sunt domus propter  
 gravitatem æstus. Illas tamen  
 terras incolis non carere de-  
 cet experientia.

*Sola me virtus.* Vera vox,  
 Ad eam totius Odæ senten-  
 tia collineat.

## O D E XX.

*Virgilium de Quintilii Vari, postæ sibi charissimi;  
 obitum marientem consolatur.*

Quis desiderio sit pudor, aut modus  
 Tam chari capitis? Præcipe lugubres  
 Cantus, Melpomene, cui liquidam pater

*Quis, &c.* Quis in defen-  
 da morte tam chari capitis,  
 idest hominis, modum ser-  
 vet? quem lugere pudeat?  
 Desiderium proprie est, lu-  
 ctus de alicujus absentia, vel  
 morte conceptus. Eusebius  
 mortem hujus Quintilii, qui

Cremonensis a patris vocaba-  
 tur, adscribit an. U. C. 730.

*Præcipe.* Doce me, impe-  
 ra mihi.

*Melpomene.* Una Musarum.

*Liquidam.* Claram, cano-  
 ram.

Pa-



Vocem cum cithara dedit.

Ergo Quintilium perpetuus sopor  
Urget? cui Pudor, & Justitiæ soror  
Incorrupta Fides, nudaque Veritas,

Quando ullum invenient parem?  
Multis ille bonis flebilis occidit;  
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili:  
Tu frustra pius, heu! non ita creditum  
Potcis Quintilium Deos.

Quod si Threicio blandus Orpheo  
Auditam moderere arboribus fidem;  
Num vanæ redeat sanguis imagini,  
Quam virga semel horrida  
Non lenis precibus fata recludere

*Pater.* Jupiter, Musarum parens.

*Sopor.* Somnus æternus; ita mortem Poetæ appellant.

*Fides.* Fidelitas, quæ præcibus, & pretio corrumpi non potest.

*Nuda.* Sine fæco, doll expers.

*Flebilis.* Deplorandus: multi viri boni debent dolere ejus mortem, tu præter cæteros; licet ista tua pietate, & lacrymis, nihil sis illi profuturus, vel tibi.

*Frustra.* Quia eum non revocabis ab interitu.

*Non ita creditum.* Non ita commissum tibi a Diis, & veluti depositum, ut nunquam repeteretur, ut nunquam moreretur. Scilicet vita nulli propria datur ac perpetua: est instar pecuniæ creditæ, quæ reddenda est arbitrio creditoris.

*Potcis Deos.* Rogas ut eum vitæ, ac tibi reddant.

*Quod si, &c.* Atque licet caneres suavius Orpheo Threicæ vate, quem ipse arbores canentem audierunt, ac secutæ sunt, non tamen reddes vitam umbræ inani.

*Arboribus.* Ab arboribus.

*Fidem.* Fides, hujus fidis, significat cordam, & nervum citharæ.

*Sanguis.* Ponebant veteres vitam in sanguine.

*Imagini.* Umbræ, sive animæ suo corpore soluta, quam cogitamus, ut formam & imaginem quamdam hominis viventis, sed tenuem, & vento, ac fumo similem, & ut ait Major, vitam sine corpore. Triæ quædam veteres in homine ponebant, corpus, animam, & imaginem, sive umbram, aut manes. Corpus in tumulum, ac cineres redibat: anima interdum evolebat in Coelum, interdum ad Inferos deferebatur: imago, sive umbræ, & simulacrum, semper in Inferis versabatur. Vide Cerdanum hæc erudite explicantem lib. 6. Æneid. ver. 293.

*Virga.* Caduceo Vid. Od. 9.

*Non lenis, &c.* Non facile exorabilis ad recludenda fata, id est, ad ea solvenda, & resignanda, quæ fatorum lege, ac decretis veluti clausa, & obstrata sunt.

*Com-*

Nigro compulerit Mercurius gregi?  
 Durum, sed levius fit patientia  
 Quicquid corrigere est nefas.

*Compulerit, &c.* Addiderit nigro gregi; conjecerit in turbam umbrarum, & mortuorum.

*Durum, &c.* Est certe durum, quod dico, & quod patris: sed quod mutari non

potest, patientia est mitigandum.

*Patientia.* Moderate illud ferendo.

*Est nefas.* Non licet, quod corrigi non potest.

## O D E XXI.

*Musas laudat, & ut Lamiam celebrent, rogat.*

**M**Uſis amicus, triftitiam & metus  
 Tradam protervis in mare Creticum  
 Portare ventis; quis ſub Arcto  
 Rex gelidæ metuatur oræ,  
 Quid Tyrīdatem terreat, unice  
 Securus. O, quæ fontibus integris  
 Gaudes, apricos neſte flores,  
 Neſte meo Lamiaē coronam,  
 Pimplea dulcis: nil ſine te mei

*Muſis, &c.* Dum ero Muſis charus, deponam omnem triftitiam, & metus meos dabo ventis deportandos in mare, &c. id eſt, longe amandabo, oblivioni tradam.

*Protervis.* Improbis, inquietis.

*Creticum.* Creta eſt inſula in Mari Mediterraneo, prope Peloponneſum.

*Quis ſub, &c.* Sententia eſt: ſecurus, ſeu nihil admodum ſollicitus ſcire, quiſquam Rex in oris ſeptentrionalibus metuatur, & quid illud fit, quod maximum Tyrīdati metum incutiat.

*Arcto.* Arctos vox eſt Græca, Urſam ſignificans. Eſt

antem Urſa ſidus ſeptentrionale.

*Tyrīdatem.* Quis ille fuerit, vide Iudicem 2. Odarum Cronologicum, ad annum U. C. 731. Adi etiam Od. 12. lib. 131.

*Gaudes, &c.* Quæ amas fontes integros, id eſt, e quibus nondum quiſquam libavit: vel plenos, & puros.

*Apricos.* Soli expoſitos; nocet umbra floribus.

*Lamia.* Elius Lamia nobilis Romanus erat. Vide Oden. 12. lib. 3. ubi de illo fuſius agit.

*Pimplea.* Muſa; ita vocabantur Muſæ a Pimpla, Græciæ, ſeu Thraciæ, ut alii volunt.

Profunt honores. Hunc fidibus novis,  
 Hunc Lesbio sacrare plectro,  
 Teque tuasque decet sorores.

lunt, fonte, Musis consecra to.

*Sine te, &c.* Sine tuo Numine, mei versus, quibus honorem amicis impertior, nihil profunt, vim nullam habent.

*Hunc.* Lamiam. Ordo est: decet te, & tuas sorores, nempe alias Musas, sacrare hunc novis fidibus, & plectro Lesbio.

*Fidibus novis.* Lyricis versibus Latinis, quos a se primum Italici monstratos gloriatus saepe Horatius; veteres

erant, & pridem noti Graecis, novi Romanis.

*Lesbio plectro.* Carmine Lyrico Alcaico: ejus enim repertor fuit Alcaeus, oriundus e Lesbo, Aegaei maris insula. Plectrum autem est tenue bacillum leviter inflexum, & incurvum, equinifeta instructum, quo lyrae chordas tangimus. Vide Od. i. lib. 2. nota ult. Apud antiquos erat instar dentati pectinis.

*Sacrare.* Sacrum reddere, immortalitati consecrare.

## O D E K X I I.

*Ad sodales convivias, ne inter vino rixentur,  
 & pugnent.*

**N**atis in usum latitiae scyphis  
 Pugnare, Thracum est: tollite barbaram  
 Morem, verecundumque Bacchum  
 Sanguineis prohibete rixis.  
 Vino, & lucernis Medus acinaces  
 Immane quantum discrepat. Impium  
 Lenite clamorem, sodales,

*Natis, &c.* Convenit tantum barbaris, quales sunt Thracum, uti scyphis, hoc est cyathis & poculis, tanquam armis ad pugnam committendam: nata enim sunt pocula, & instituta ad hilaritatem, non ad bellum.

*Verecundum.* Modestum, alienum ab rixa, & tumultu, modice sumendam.

*Prohibete.* Defendite, vel per hypallagen, prohibete rixas, & removete a Baccho

verecundo.

*Vino.* &c. Mirum quantum est discrimen inter vinum, & enses Medorum recurvos, inter convivium, & certamen; non bene ista conveniunt inter se.

*Lucernis.* Bibebant, epulabanturque ferre noctu, & accensis lucernis.

*Acinacis.* Gladius incurvus, & latior; eo utebantur Persae, & Medii.

*Immane, &c.* Incredible di-

Et cubito remanete presso.

*Si* Estu est quantum discrepet .  
*Presso* . Idest , demisso , de-  
 presso , non erecto ad istus ,  
 & ad rixam non sublato . Ja-  
 cebat in lectulis Romani ,  
 cuius accumberent mensæ ,  
 & laevo cubito , ac sinistra

manu nitentibus , caputque  
 sustentabant , altera manu el-  
 bos ori admovebant . Igitur  
 presso cubito remanere , est  
 quiete ad mensam accumbere ,  
 non stare , non expedire spa-  
 nus , ut sit in rixa ;

## O D E XXIII.

*Archytas Tarentinus , ejus cadaver inspultum nau-  
 ta quidam in littoreprehenderat , fingitur cum eo  
 loqui , & illum rogare , ut sibi terram injiciat .*

**T**E maris , & terræ , numeroque carentis arena  
 Mensorem cohibent , Archyta ,  
 Pulveris exigui prope littus parva Matinum  
 Munera ! nec quidquam tibi prodest  
 Acrias tentasse domos , animoque rotundum  
 Percurrisse polum morituro !  
 Occidit & Pelopis genitor , conviva Deorum ;

*Te maris , &c.* Sunt hæc  
 verba nautæ , quasi subsisten-  
 tis ad aspectum cadaveris Ar-  
 chytæ , & præ commiseratio-  
 ne exclamantis .

*Mensorem . &c.* Sic Geo-  
 metram vocat , cujus est ter-  
 ram , maria , & littora metiri .

*Cohibens , &c.* Negatum se-  
 pulchrum munus prohibent , ne  
 Stygem transmittas ; inspul-  
 ti enim in Charontis cymbam  
 non admittebantur . Vel : an-  
 tea , qui terram omnem inge-  
 nio , & scientia veluti com-  
 plexus eras , continere poter-  
 rit , & includere angustum se-  
 pulchrum ? quo sepulchro ,  
 tanquam summo beneficio ,  
 licet parvi sumptus , donan-  
 dus es ? tu ne etiam , ut cæ-  
 teri , mortuus jaces , & in-  
 jiciendam cadaveri tui ter-  
 ram expectas ?

*Archyta .* Fuit Archytas pa-

tris Tarentinus , celeberrimus  
 philosophus , & mathemati-  
 cus . Quamvis autem ille an-  
 te hanc Oden ab Horatio scri-  
 ptam tribus fere jam sæculis  
 obiisset , fingi tamen ab Ho-  
 ratio potuit nauta ejusdem ,  
 quo vixit Archytas , tempo-  
 ris hæc dixisse .

*Matinum .* Matina est sep-  
 glo , & ora Italici ad mare ,  
 sic dicta a Matino monte ,  
 Calabria vicino .

*Acrias , &c.* Cælum quasi  
 penetrasse mente .

*Morituro .* Siquidem eras  
 moriturus .

*Occidit , &c.* Respondere  
 fingitur illi Archytas . Noli ,  
 o bone , mirari , quod mor-  
 tuus sim : mortuus est ipse  
 Pelopis genitor , Tantalus ,  
 qui Deos convivio exceperat ,  
 mortuus Tithonus , &c .

C

Ti

Tithonusque remotus in auras :  
 Et Jovis arcanis Minos admissus ; habentque  
 Tartara Panthoiden , iterum Orco  
 Demissum ; quamvis clypeo Trojana refixo  
 Tempora testatus , nihil ultra  
 Nervos , atque cutem morti concesserat atræ ;  
 Judice te , non sordidus auctor  
 Naturæ , verique . Sed omnes una manet nos  
 Et calcanda semel via lethi .  
 Dant alios Furæ torvo spectacula Marti :  
 Exitio est avidis mare nautis .

*Tithonus* . Aurora maritus , qui uxoris arte vitam longissimam vixit , ac demum senio exsiccatas in vaporem tenuem evanuit , ut hic indicat Horatius his verbis , *remotus in auras* ; vel , ut alii fabulantur , in cicadam mutatus est .

*Minos* . Cretæ Rex fuit , ac Jovis filius , cum quo interdum colloqui , & ab eo arcana multa discere putabatur ; ab eodem iudex Inferorum creatus , ob summam æquitatem & severitatem .

*Panthoidem* . Pythagoram , olim Panthoi filium , ut ipse dicebat ; licet enim Mnesarchi filius esset , tamen narrabat se annis , antequam esset Pythagoras , fere 700. fuisse Euphorbum Panthoi filium , qui Trojano in bello perierat : idque , ut probaret , refixerat , idest detraxerat e templo Junonis Argivæ clypeum , quem Menelaus Euphorbo a se interfecto ereptum in eo fixerat , ac suspenderat , & quem a se , tunc Euphorbo , gestatum Trojani belli temporibus idem Pythagoras agnoscebat . Ordo igitur est : quamvis , detracto e poste templi clypeo Euphorbi , testatus se Trojani belli temporibus Eu-

phorbum fuisse , nihil dedet morti præter corpus . Le Ovid. lib. 15. Metamorph.

*Iterum* . Nempe primo casus esset Euphorbus , secundo casus esset Pythagoras .

*Orco demissum* . Mortuus Pars inferorum piis destinatus erat , Elysios campos vocabant : pars impiis , Tartarus dicebatur .

*Nihil ultra , &c.* Corpore solo mortuus veluti erat , anima superstitis , & in aliud corpus transeunte : quæ opinio Pythagoræ , & famosa Metempsychosis erat .

*Judice te &c.* Tu ipse ignoras illum Pythagoram non contemnendum , idest optimum auctorem , seu magistrum philosophiæ , quæ rerum naturalium veritatem indagat . Tum celebris enim anima Pythagoræ , & doctrix erat ; ut hoc scire nauta , nec alioquin imperitus , possit .

*Manes* . Expectat , omnis malus imminet .

*Nox* . Mors , tenebrosa tunc .

*Dant alias , &c.* Alii moriuntur in bello , in quo Furæ præbent quasi lumbrium & spectaculum Marti , qui cruenta ista tragœdia gaudet .

Den

Mixta senum, ac juvenum densantur funera: nullum

Sæva caput Proserpina fugit.

Me quoque devexi rapidus comes Orionis

Illyricis Notus obruit undis.

At tu, nauta, vage ne parce malignus arens

Offibus & capiti inhumato

Particulam dare. Sic, quodcumq; minabitur Eurus

Fluctibus Hesperiiis, Venusianæ

Plectantur silvæ; te sospite: multa que merces,

Unde potest, tibi defluat æquo

Ab Jove, Neptunoque sacri custode Tarenti:

Negligis immeritis nocituram

Postmodo te natis fraudem committers? forsan

Debita jura, vicesque superbæ

*Densantur.* Cumulantur, coacervantur.

*Proserpina.* Plutonis uxor, quæ jus quoddam habet in mortuos, utpote Inferorum regina, & mortuorum.

*Fugit.* Præterit, excipit.

*Devexi, &c.* Proni, cadentis, vel in Australem Cœli partem ad polum vergentis.

Orion est sidus in fronte Tauri e stellis 7. conflatum, quod

quum oritur, & occidit ventos & procellas excitat: hinc

Notus ejus comes dicitur.

*Illyricis.* Illyria, seu Dalmatia, est regio opposita Italiae Orientali.

*Vage.* Quæ huc, & illuc volvitur.

*Parce.* Ne omitte.

*Malignus.* Avarus, parcus.

*Dare,* Ingerere.

*Sic &c.* Particula ista precantis est. Ita faxint Superi,

inquit Archytas, ut quæcumque procellam Eurus, Orientalis ventus, minabitur

se excitaturum in mari Italo, ea procella omnis recidat, ac detonet in sylvas Venusianas, te salvo, ac tuis navibus.

*Hesperiiis,* Italia vocata est

Hesperia magna, a quodam Hespero. Vide Od. 3.

*Venusianæ.* Venusium est civitas Apulias.

*Merces.* Lucrum, laboris fructus & industria.

*Unde potest.* Quæcumque ex causa tibi evenire poterit.

*Æquo.* Favente.

*Custode.* Patrono. Ibi celebratur; est autem Tarentum civitas Italiae in Calabria.

*Negligis, &c.* An tu id non curas, quod ego te oro?

negligis arenam injicere meo corpori? non vereris fraudem,

id est, flagitium committere, quod ex te natis, hoc est,

tuis filiis, postmodo, id est, longo post intervallo, putas nociturum, non tibi?

*Forсан &c.* Fortasse tu ipse tolves præmia isti tuæ

crudelitati jure debita, poenas tuis istis superbis factis dignas; fiet ut vicissim ab

aliis insepultus superbe negligaris, ut nunc me negligis.

Jura vocat debita, quia jus est, ut ita cuique eveniat, uti de aliis est meritis, & suo ipse exemplo puniatur.

*Vices superba.* Poena facti  
C 2 aori

Q. HORATII FLACCI

Te maneant ipsum; precibus non linguar inultis  
Teque piacula nulla solvent.  
Quamquam festinas, non est mora longa; licebit  
Injuncto ter pulvere curras.

noni superbo, & crudeli vicissim debita.

*Precibus, &c.* Eveniet illud, quod imprecor: me Superi ulciscantur.

*Piacula, &c.* Nulla sacrificia impedient, quominus luas penam; ea te non solvent, ac liberabunt. Piaculum significat crimen, & sacrificium etiam, quod fit ad illud expiandum.

*Licebit, &c.* Poteris navigationem institutam absolvere, & quamvis festinas, id te non diu morabitur, si ter pulverem meo cadaveri injeceris. Erat autem numerus ternarius sacer, & in hac caeremonia, injiciendus utrotuis terræ, solitus adhiberi. Vide Cardanum, palmarium illum Virgilii interpretem in lib. 6. *Æneid.* vers. 366.

O D E XXIV.

*Miratur, & irridet Iccium quemdam, a philosopho militem factum.*

Icci, beatis nunc Arabum invides  
Gazis, & acrem militiam paras,  
Non ante devictis Sabæ  
Regibus, horribilique Medo  
Nectis catenas. Quæ tibi virginum,  
Sponso necato, barbara serviet?  
Puer quis ex aula capillis  
Ad cyathum statuetur unctis,  
Doctus sagittas tendere Sericas

*Arabum.* Est Arabia regio Asia, ad mare rubrum; ejus pars remotior, quæ Sabæa vocatur, nondum domita fuerat a Romanis; itaque anno U. C. 710. eo cum exercitu profectus est Ælius Lælius; Iccius illum secutus est.

*Gazis, &c.* Opibus. Gaza nomen est Persicum; inhiat hostium spoliis.

*Horribili.* Feroci, bellicoso.

*Medo.* Lege finem Od. 2.

*Serviet.* Captivas mulieres sibi famulas jubeant esse.

*Ex aula.* Medorum, aut Arabum.

*Ad cyathum.* Ut vina tibi in poculum fundat.

*Unctis.* Delibutis odorato unguento.

*Serica.* Seres sunt Indiarum populi, ad mittendas sagittas egregie instituti. Significat igitur illum puerum, vel ex ea regione ortum, vel peritum esse jaculandi, & Sericas

Arctæ paternæ? Quis neget ardua

Pronos relabi posse rivos

Montibus, & Tyberim reverti;

Cum tu coemptos undique nobiles

Libros Panæti, Socraticam & domum,

Mutare locis Iberia,

Pollicitus meliora, tendis?

icas sagittas ponit pro qui-  
buslibet allis.

*Pronos relabi, &c.* Qui  
antea proni, & præcipientes de-  
surrebant e montibus arduis,  
tunc mutato cursu, retro  
posse labi ad ipsa montium  
acumina. Sententia est: ni-  
hil est tam arduum, tam præ-  
ter naturam ordinemque re-  
rum, quod fieri jam posse non  
credamus, quum te videamus  
e Philosopho militem esse fa-  
ctum.

*Panæti.* Fuit Panætius

Stoicus Philosophus celeberrimus,  
Scipionis & Laelii præceptor.

*Domum.* Familiam, scho-  
lam, Philosophos a Socrate  
derivatos; eorum libros in-  
telligit. Socrates pariter fuit  
Atheniensis Philosophus, Pla-  
tonis magister.

*Iberis.* In Hispania fabri-  
catis, ubi ferrum præstans.

*Meliora.* Qui te melioribus  
studiis addixerat, nempe  
Philosophia.

*Tendis.* Cogitas, parat.

## O D E XXV.

Rogat Venerem, ut sacrificanti Glyceræ adstet:

**O** Venus, Regiæ Cnidi, Paphique,  
Sperte dilectam Cypron, & vocantis  
Thure te multo Glyceræ decoram

Transfer in ædem.

Fervidus tecum Puer, & solutis

Gratiæ zonis, properentque Nymphæ;

Et parum comis sine te Juventas,

Mercuriusque.

*Cnidi.* Est urbs Asia, ubi  
Venus colebatur, in Cypro  
insula ut & Paphus.

*Sperte, &c.* Desere, & ve-  
ni in facellum elegans, seu  
domum Glyceræ te vocantis,  
multo thure incenso.

*Gratiæ.* Pingebantur veste  
discincta. vide Od. 4.

*Comis.* Hilaris.

*Juventas.* Dea præter ju-  
ventutis. Hebe vocabatur,  
uxor Herculis.

*Mercurius.* Deus est elo-  
quentis; ponitur in comita-  
tu Veneris, quia nihil est  
eloquentius amore.



*Horatii preces ad Apollinem.*

**Q**uid dedicatum poscit Apollinem  
 Vates? Quid orat, de patera novum,  
 Fundens liquorem? Non opimas  
 Sardinia<sup>s</sup> segetes feracis:  
 Non æstuosa grata Calabria<sup>s</sup>  
 Armenta; non aurum, aut ebur Indicum,  
 Non rura, quæ Liris quieta,  
 Mordet aqua, taciturnus amnis,  
 Premant Calena falce, quibus dedit  
 Fortuna vitem; dives, & aureis,  
 Mercator exsiccet culullis,  
 Vina Syra reparata merce,  
 Diis carus ipsis: quippe ter & quater.

*Dedicatum Apollinem.* Dedicato templo ornatum: vel statuam Apollinis dedicatam, & consecratam. Vide 2. Indicem Odarum, ad an. 726.

*Vates.* Horatius; de se loquitur in tertia persona.

*Novum.* Recens; haustum e dolio, vel recena ex uvâ pressum.

*Liquorem.* Vinum, hoc effundebant, vel in aram, vel in humum, ac veluti sacrificabant: perit enim, & veluti immolatur liquor fusus.

*Sardinia.* Est: insula prope Siciliam, frumenti ferax.

*Calabria.* Est Italiae regio, prope Siciliam; hodie pars Regni Napolitani.

*Indicum.* Ex India deportari solitum in Europam.

*Liris.* Campaniæ in Italia fluvius, altus, & quietus.

*Mordet.* Alluit, lambit.

*Premans.* Amputent vitis ramos inutiles. Ita Virgilius dixit *falce premere umbras.*

pro refecare ramos umbrosos.

*Calena falce.* Hoc est caltello falcia instar incurvo. Cales oppidum est Sabinorum in Italia, cujus in agro vina erant optima.

*Dives, &c.* Patior etiam, ut mercator dives, exhaustis aureis poculis vina, quæ comparavit, sive emit mercibus Syris, e Syria ab ipso advectis. Syria est regio Asiae continens Phœniciam, Palæstinam, Judæam, Idumæam, &c. omnium rerum ferax.

*Culullis.* Cyathis. Culeus est aliquando mensura 20. amphorarum, hinc ducta vox, *culullus.*

*Reparata.* Permutata, vicissim parata, permutatione scilicet facta Syriæ mercis cum vino; vel, quia singulis annis, quum priora vina consumpta sunt, nova emit.

*Charus.* Mercator felix ita ut appareat ipsos Deos ejus curam gerere.

AN-

Anno revisens æquor Atlanticum  
 Impune . Me pascunt olivæ ,  
 Me cichorea , levesque malvæ .  
 Frui paratis , & valido mihi  
 Latœ dones , & ( precor ) integra  
 Cum mente : nec turpem senectam .  
 Degere , nec cithara carentem .

*Anno.* Per annum , in anni unius spatio .

*Revisens.* Navigando .

*Atlanticum.* In Africa . ubi mons Atlas ; ibi ferme orbis fines Romani ponebant , versus Occidentem .

*Impune.* Sine periculo , securâ , & felici navigatione .

*Levesque.* Quæ gravem alvum levant , ac solvunt .

*Paratis.* &c. Opibus , & bonis , quæ paravi : seu quæ facile parari possunt , quæ obvia sunt , & parvi sumptus , atque adeo semper parata , &

prompta . Est autem hic ordo : O Latœ , dones precor mihi valido , & mente integra utenti , frui paratis , & degere senectam non turpem , nec citharæ expertem .

*Valido.* Valenti , sano .

*Latœ.* Apollo Latonæ filius .

*Integra.* Rationis compositæ , sana .

*Turpem.* Inertem , & ingloriam .

*Nec carentem cithara.* In qua possim lyricis versibus me oblectare .

## O D E X X V I I .

*Suam lyram , alloquitur , & laudat :*

**P**ossumus , si quid vacui sub umbra  
 Lusimus tecum , quod & huic in annum  
 Vivat , & plures , age , dic Latinum ,  
 Barbite , carmen ,  
 Lesbio primum modulate civi :

*Possumus , &c.* Ordo est : hoc a te posco , age , o barbite , si quid alias tecum lusi , cane aliquod Latinum carmen , quod carmen vivat in hunc , & plures annos .

*Vacui.* Soluti omni cura .

*Lusimus.* Cecinimus .

*Vivat.* Duret : Laudetur .

*Barbite.* Græca vox est , lyram significat .

*Lesbio civi.* Alcæo , qui Poeta lyricus fuit , e Lesbo insula oriundus .

*Modulate.* Pulsate . Tu , quem pulsavit , & modulâ certis temperavit Alcæus . Indicat autem Alcæum primum inter Græcos Poetam lyricum fuisse ; se primum inter Latinos .

C 4 Qui

Qui ferox bello, tamen inter arma;  
Sive jactatam religaret udo

Littore navim:

Liberum, & Musas, Veneremque, & illi

Semper hærentem Puerum canebat:

Hæ Lycum nigris oculis, nigroque

Crine decorum.

O decus Phœbi, & dapibus supremi

Grata testudo Jovis, & laborum

Dulce lenimen, mihi cumque salve

Rite vocanti.

*Qui ferox, &c.* Quiquamvis esset bello assuetus, quod homines feroces, & a Musis alienos reddere solet; tamen, sive inter arma degeret, sive post longam, & periculosam navigationem versaretur in otio & pace, barbitō utebatur. Omissum est ab Horatio hic, ut aliàs, primum *sive*, sive esset inter arma.

*Religares.* In littore, in portu post tempestatem ligaret.

*Liberum.* Bacchum.

*Puerum.* Cupidinem.

*Hærentem illi.* Veneri assiduum; perpetuum ejus comi-

tem.

*Lycum.* Alcibi amicum.

*Dapibus, &c.* Apud conviviis, quæ Jupiter celebrat.

*Testudo.* Lyra. Primum enim lyram e squama, & dorso testudinis, & chordis aliquot compegisse fertur Mercurius: est autem cava hæc squama, & sonora.

*Cumque, &c.* Semper, ubi cumque. Salve mihi, adea mihi quocumque loco, & tempore te appellavero.

*Mihi salve.* Id est; te veneror, amo te, atque amplector. Est formula bene precantis.

## O D E XXVIII.

*Suam impietatem pristinam detestatur:*

**P**arcus Deorum cultor, & infrequens;  
Infanientis dum sapientiæ  
Consultus erro, nunc retrorsum

*Parcus, &c.* Ego, qui antea fueram parcus, seu negligens, & parum assiduus in colendis Superis, dum errores Epicureorum philosophorum infanientium sequer; nunc, &c. Cum Epicuræi negarent a Diis huma-

na curari, eos negligentius colebant.

*Sapientiæ.* Philosophiæ.

*Consultus.* Peritus, & quasi doctor, ac Magister. Vulgo *consultus*, est vir peritus juris, quem imperitiores, consilii petendi causa, conveniunt.

*Re-*

Vela dare, atque iterare cursus  
Cogor relictos. Namque Diespiter,  
Igni corusco nubila dividens,

Plerumque per purum tonantes  
Egit equos, volucrumque currum;  
Quo bruta tellus, & vaga flumina,  
Quo Styx, & invisi horrida Tanari  
Sedes, Atlanteusque finis  
Concutitur. Valet ima summis  
Mutare, & insignem attenuat Deus,  
Obscura promens: hinc apicem rapax

*Retrosusum, &c.* Mutare  
sententiam: aliam viam in-  
ire: Deos colere. Ducta est  
metaphora a re nautica.

*Cursus.* Iter, navigatio-  
nem.

*Relictos.* Referre me ad  
pristinam pietatem, quam  
profitebar, quam Stoicos se-  
querer.

*Diespiter.* Jupiter, dei  
pater.

*Igni.* Fulmine.

*Nubila dividens, &c.* Ju-  
piter, qui plerumque divi-  
dit nubila, quum tonat, id  
est, qui solet tonare Caelo  
nubilo, idem ille per seren-  
um caelum equos tonantes  
aliquando agit: ex quo in-  
tellexi Deum aliquem revera  
esse, & mihi malum, ni re-  
sistcerem, impendere. To-  
nat interdum caelo nubilo,  
interdum sereno, utrumque  
ex eadem causa, nempe ob  
exhalationum, & vaporum  
collisionem, qui vapores, &  
exhalationes, si densiores sunt,  
in nubes coguntur, si subti-  
liores, & aethiores, non im-  
pediunt, quominus caelum  
serenum, purumque videatur.  
Porro autem, quia rarius  
sunt tonitrus caelo sereno,  
& eorum causa est occultior,  
quam illorum, qui sunt con-

lo nubilo, et tonitrus, &  
fulmina veteres accipiebant  
tamquam a Deo praecipue im-  
missa, & mali aliquid por-  
tendere putabant. Sic Virgi-  
lius, de bello civili agens:  
*Non alias caelo ceciderunt  
plura sereno fulgura.* Homen-  
Odiss. lib. 19. &c.

*Per purum.* Per Caelum  
serenum.

*Bruta.* Gravis, stupida,  
sensus & motus experta.

*Styx.* Inferorum palus.

*Tanari sedes.* Inferi. Est  
Tanarus promontorium, &  
antrum quoddam in Laco-  
nia, ex quo Poetae fingebant  
descendi ad Inferos. Itaque  
pro ipsis Inferis sumitur.

*Finis.* Non totam Afric-  
am norant veteres, sed or-  
bem finiri putabant paulo  
post Mauritaniam, ubi est  
mons Atlas.

*Vales.* Potest. Est omnino  
Deus aliquis, qui humana  
gubernat.

*Ima.* Res, & homines in-  
feros ponere in summo rerum  
loco.

*Attenuat.* Abjicit, tennet,  
& contemptum facit.

*Obscura, &c.* Homines ob-  
scuros, & ignotos in luce  
honorum collocat, e tenebris  
educit.

Fortuna cum fridore acuto.

Suffulit; hic posuisse gaudet.

*Hinc, &c.* Ex hoc regno, ex hac domo, fortuna tollit spicem, id est, opes, & honores, quæ sunt quasi fastigia humanarum rerum, eaque hic ponit, id est, in hoc

regnum, in aliam domum, transfert.

*Fortuna.* Videtur hic illam Horatius cum Deo confundere.

*Suffidore.* Tumultu, mare ingenti.

## O D E X X I X.

*Preces ad Fortunam, pro Cesare ad bellum in Angliam proficiscente.*

**O** Diva, gratum, quæ regis Antium, Præsens vel imo tollere de gradu

Mortale corpus, vel superbos

Vertere funeribus triumphos:

Te pauper ambit, sollicita prece

Ruris colonus; te dominam æqueris,

Quicumque Bithyna laceffit

Carpathium pelagus, carina.

Te Dacus asper, te profugi Scythæ.

*Antium.* Urbs est Latii maritima, ubi templum erat Fortunæ celeberrimum. Dicitur autem Fortuna illud regere, hoc est, illi præesse, ibi coli præcipue.

*Præsens &c.* Potens, quæ hanc vim habes, ut tollas, &c. quæ ita ea præsens in omnibus locis, & negotiis, ut possis tollere, &c. Deos præsentem Latini vocant, qui auxilium opemque afferunt.

*Imo de gradu.* Hominem ex infimo statu attollere ad summum.

*Mortale corpus.* Mortalem hominem; pars pro toto.

*Vertere, &c.* Mutare in funera.

*Ambit.* Ambire precibus, est, rogare blandiendo, suppli-

cando, &c. ut solebant candidati, qui honores ambiebant.

*Colonus.* Agricola.

*Te dominam.* Refer ad ambit, vel ad metuens, quod sequitur.

*Quicumque, &c.* Omnes nautæ. Bithyna navis est navis, vel Bithyni mercatoris, vel facta in Bithynia, regione Afiz minoris.

*Carpathium.* &c. Est maris Mediterranei pars ad Ægyptum vergens: ita dicitur ad insula Carpatho, inter Rhodum, & Cretam sita.

*Dacus.* Gens bellicosa, ubi nunc Moldavia, Servia, & Bulgaria.

*Scythæ.* Populi Septentrionales, quorum plaustra vagas rite trahunt domos, ut ait

Urbesque, gentesque, & Latium ferox;

Regumque matres barbarorum, &

Purpurei metuunt Tyranni:

Injurioso ne pede proruas.

Stantem columnam; neu populus frequens;

Ad arma cessantes, ad arma.

Concitet, imperiumque frangat.

Te temper anteit sava Necessitas,

Clavos, trabales, & cuneos manu.

Gestans athena; nec severus.

Uncus abest, liquidumque plumbum;

Te spes, & albo rara Fides colit.

Velata panno, nec comitem abnegat,

ait lib. 3, Od. 18: in sua patria velut exules, & profugi.

*Matres.* Quæ liberis timerent solent.

*Purpurei.* Vestiti purpura.

*Tyranni.* Interdum ea vox Reges significat.

*Ne proruas, &c.* Metuunt ne evertas suum Imperium, & *Temp.* florentem; ac instar columnæ firmæ stantem. Cave putes esse hanc Horatii precationem; ea enim *Oda.* extremæ reservatur, & æque pro Cæsare tota.

*Neu populus, &c.* Neu fiat aliqua seditio, in qua populus congregatus cives otiosos, & quietos ad arma sumenda impellat. Reges cessantes cogat arma capere, & excutiat jugum imperii, se in libertatem efferat.

*Necessitas.* Hæc præcedere semper fortunam dicitur ab Horatio, quia necessarium credebant. Fortunæ morem gerere, neque fieri posse, ut aliquis ejus imperium excuteret.

*Trabales.* Clavi trabales sunt, quibus trabes compinguntur, ac proinde majores, & crassiores.

*Cuneos.* Cuneus est ferrum: in acumen latum desinens, quo immisso lignum finditur.

*Athena.* Forti, dura, instar æris.

*Severus.* Tenax, premens.

*Uncus, &c.* Uncus, & plumbum serviunt rebus inter se jungendis, & committendis. Pertinent hæc, ad exprimendam necessitatis vim, ac potentiam, vel potius ad significandam firmitatem, ac stabilitatem rerum, quæ moveri, labefactari, ac resigi nequeunt. Videtur his versibus Horatius describere tabulam Fortunæ pictam, quæ viseretur Antii.

*Te spes, &c.* Spes additur Fortunæ, quia homines in adversa fortuna sola spe sustentantur: Fides, quia veri ac fideles amici, ne fortuna quidem adversa, deserunt amicos.

*Albo, &c.* Candidis induta vestibus: fides enim pura, & simplex debet esse.

*Rara.* Quia paucorum est.

*Colit.* Amat, ac sequi gaudet.

*Comitem abnegat.* Te comitem non aspernatur, una hæc non recusat.

Ut cumque mutata potentes

Veste domos inimica linquis.

At vulgus infidum, & meretrix retro

Perjura cedit: diffugiunt cadis

Cum face ficitia amici,

Ferre jugum pariter dolosi.

Serves isurum Cæsarem in ultimas

Orbis Britannos, & juvenum recena.

Examen Eois timendum

Partibus, Oceanoque rubro.

Heu! cicatricum, & sceleris pudet,

Fratrumque, Quid nos dira refugimus

*Ut cumque. Quodcumque.*

*Mutata.* Fortuna felix albis, adversa nigris vestibus induitur.

*Linquis.* Per fortunam abeuntem, & avolantem, significatur adversa; per manentem, secunda.

*Potentes.* Florentes, opulentas.

*At vulgus, &c.* Fideles amici domus a Fortuna relictas, & amicos infelices, non deserunt: sed populus, qui solam utilitatem suam spectat, &c. discedit.

*Cadis frossis.* Ubi vident exhaustos ad imam usque focem cados, nihil superesse, quod rapiant, & ligulant.

*Jugum.* Adversam fortunam prementem.

*Dolosi ferre.* Dolosi in ferendo jugo, & societate invidiarum rerum, & malarum, quia socii & participes bonarum volunt esse, non malarum.

*Serves.* Servat igitur, o Fortuna, Cæsarem.

*Ultimos, &c.* Angliam, & vicinas quasdam Angliæ insulas esse orbis finem a Septentrione veteres putaverunt.

*Examen.* Exercitum e recentibus copis collectum, ab apibus ducta metaphora.

*Eois.* Orientalibus. Parthos, & Medos intelligit, qui exercitum hunc ducendum in Orientem contra se arbitrabantur, ob Crassum a se ante annos aliquot interfectum. Non ivit Augustus in Angliam; quia legatos Angli misere ad illum de pace. Vide 2. Indicem, in libri limine.

*Rubro.* Erythræo, Arabico. Meditabatur enim Augustus bellum in Arabes, quod iis anno post tertio intulit.

*Heu &c.* Ex eo, quod Cæsar ducat exercitum in Barbaros, & disjunctos populos, occasionem sumit belli civilis descendendi, & externi belli laudandi.

*Sceleris.* Belli civilis foederati; quod ante annos 12 ortum sub Julio Cæsare, vitium bene sopitum erat.

*Fratrumque.* In civili bello a fratribus occisorum.

*Quid nos, &c.* Quid sceleris non suscepimus nos etate hac dico, & prope ferrea nati?

Me

*Ætas?* quid intactum nefasti  
 Liquimus? unde manus juventus  
 Metu Deorum continuit? quibus  
 Pepercit aris? O utinam nova  
 Incude diffingas retusum in  
 Massagetis, Arabasque ferrum!

*Nefasti.* Nefarii.

*Juventus.* Milites; a quo scelere nostros exercitus religio deterruit?

*Metu Deorum.* Pietate, ac religione adversus Deos.

*Diffingas.* Id est recudas, de novo fingas, & resfrices.

ferrum (retusum in bello civili) quo in Massagetis atque Arabas utamur.

*Retusum.* Hebetatos enses in bello civili, & attritos.

*Massagetis.* Sunt Scythis populi; Arabes vero Aſia.

## O D E XXX

*Plotio, Numidæ felicem ex Hispania reditum gratulatur.*

**E**T thure, & sidibus juvat  
 Placare, & vituli sanguine debito  
 Custodes Numidæ Deos;  
 Qui nunc Hesperia sospes ab ultima  
 Caris multa sodalibus,  
 Nulli plura tamen dividit oscula,  
 Quam dulci Lamia, memor  
 Actæ non alio rege puertis,  
 Mutatæque simul roge.

*Sidibus.* Carminibus lyricis.

*Placare.* Diis satisfacere, quibus sacrificium voti, si amicus rediret.

*Debito.* Votivo.

*Hesperia ultima.* Hispania, quæ appellatur ultima Hesperia, id est, in ultimo orbe posita, ad Occidentem versa, ut distinguatur ab Italia, quæ vocatur etiam Hesperia; sic autem vocatur, vel ab Hespero Atlantis filio, vel ab Hespero stella, quæ occiden-

te Sole apparet.

*Sospes.* Reverfus, incolentis.

*Multa, &c.* Quamvis amicis de ejus reditu lætam amplectatur, omnes suavissime, ac deosculetur, nullum ex iis tamen suavius, quam Lamiam; quippe meminit se eodem rege puertam egisse, sub quo eam egit Lamia.

*Rege.* Moderatore, magistro, gubernatore.

*Mutare.* Totam præteritam, id est, purpureo cinctam.



Cressa ne careat pulchra dies nota ;  
Neu promptæ modus amphoræ ;

Neu morem in Saliū sit requies pedum ;  
Neu multi Damalis meri.

Bassum Threicia vincat amysside ;  
Neu desint epulis rosæ ;

Neu vivax apium , neu breve lilium .

Umbo, exuebant anno ætatis 17. quo sumebant virilem togam, ac moderatores pueritiæ dimittebant.

*Cressa.* Cretensis, hoc est, Alba. Cres, vix Cretensis, Cressa, Cretensis foemina, ut Phoenix, Phœnissa. Effoditur autem in Creta insula terra candida.

*Nota.* Lapillo albo. Thraeces notabant felices dies albis calculis, infaustos nigris. Jubet igitur hanc diem Horatius albo lapillo, ut fortunatam, notari.

*Neu, &c.* Idem, bibatur sine modo, sine requie; large utrumque, & assatim, fiat.

*Promptæ.* Quæ cito, & sine mora petenti, detur, vel depromptæ & eductæ e cella vinaria.

*Saliū in morem.* Ut so-

lent saltare Salii, Martis Sacerdotes, qui certis diebus saltationem quamdam exercebant in honorem Martis, ter pedes terram percutientes agilitate summa.

*Multi meri.* Ebriosa mulier.

*Bassum.* Potorem egregium.

*Amysside.* Amyssis poculum est capax, ita dictum a Græca voce, quod sine interspiratione haurendum, erat. Sententia est, caveat Bassus, ne ipsum vincat Damalis potans amyssidem totam. Threiciam vocat, vel quia revera erat Threicia, vel quia Thraeces ebriosi ferebantur, & ejusmodi calices uno haustu sicabant.

*Apium.* Herba diu vivens, & vivens.

*Breve.* Cito marcescens.

## Q. D. E. X. X. X. I.

*Mors Cleopatra ab Augusto victæ navali bello.*

**N**unc est bibendum, nunc pede libero  
Pulsanda tellus: nunc Saliaribus.  
Ornare pulvinar Deorum,

*Pede, &c.* Saltandum est: libere, ac temere.

*Saliaribus dapibus.* Quas nempe apponant, & intrant Salii Sacerdotes, de quibus dictum est Ode superio-

ri, vel exquisitis dapibus, qualibus isti Salii solebant vesci, qui magnifice & optare epulabantur.

*Pulvinar.* Est sacculus pluma, vel tomento fartus, qua capi-

Tempus erat dapibus, sodales à  
Antehac nefas depromere Cœcubum.  
Cellis. avitis, dum Capitolio,

Regina dementes. ruinas,

Funus, & imperio parabat,  
Contaminato cum grege turpium  
Morbo. virorum, quidlibet impotens.

Sperare, fortunaque dolci

Ebria. Sed minuit furorem.

Vix una sospes. navis. ab ignibus:

Mentemque lymphatam Mareotico.

capitibus, aut cubitis accumbentiam in lectulis subiciebatur. Post victoriam insignem aliquam, solebant Romani. Diis suis quasi epulum præbere. Itaque mensas in templis struebant, ac dapibus cumulabant, circa mensas stuebant lectulos cum pulvinaribus, iisque Deorum, quasi convivarum, statuas imponebant.

*Tempus erat.* Tempus est, imperfectum: pro presenti, Græco more.

*Antehac.* Antequam victa, imo extincta fuisset Cleopatra.

*Cœcubum.* Vinum generosum, natum in Cœcubo Campaniæ monte.

*Avitis.* In quibus illud avi, majoreq; nostri condiderant.

*Dum, &c.* Interea dum Regina Cleopatra dementi, & irrito conatu pararet evertere Capitolium, & Imperium Rom. extinguere.

*Capitolio.* Templum erat Jovis, in divo Tarpejo sic dictum ab hominis capite ibi invento, dum fundamenta effoderentur.

*Turpium. virorum.* Eunuchorum, qui solent fedis morbis laborare, & contaminati, olentesque esse.

*Impotens sperare.* Adeo demens, & vecors, ut auderet

omnia sperare, etiam illa, quæ fieri nulla ratione poterant, v. g. Romanorum Imperium delere. Impotens proprie est ille, qui effrenata animi motibus imperare non potest, qui fræna laxat iræ, libidini, &c. Impotens autem sperare, &c. Græca locutio est: in eo impotens, quod speraret, &c. quæ se continere non poterat, quin speraret quidlibet.

*Minuit, &c.* Ejus potentiam & audaciam fregit accepta clades ab Augusto, qui vix unam ex ejus navibus ab incendio sospitem reliquit, & ejus animum furiosum & vino ebrium Mareotico, quod in conviviis cum Antonio celebratis sæpe hauserat, veris timoribus implevit, non falsis, ut ejus spes erant falsæ. Porro Cleopatras naves, alim statim post Actiacam victoriam sunt a Cæsarianis incensæ, aliæ ab Arabibus, qui in Erythæo sinu erant. Vide 2, Indicem Odarum ad annum 722, ab Urb. Cond. 723.

*Lymphatam.* Furiosam. Quos canis rabiosus momordit, ii lymphas fugiunt, & horrent, hinc lymphatus pro furioso ponitur.

Ma

Redegit in veros timores

Cæsar, ab Italia volantem

Remis adurgens, (accipiter velut

Molles columbas, aut leporem citus

Venator in campis nivalis

Æmoniz) daret ut catenis

Fatale monstrum: quæ generosius

Perire quærens, nec muliebriter

Expavit enssem, nec latentes

Classe cita reparavit oras.

Ausa & jacentem visere Regiam

Vultu sereno fortis, & asperas

Tractare serpentes, ut atrum

Corpore combiberet venenum;

Deliberata morte ferocior:

Sævis Liburnis scilicet invidens

Privata deduci superbo

*Mareotico*. Mareotis est palus, & regio Ægypti, ubi optimum vinum nascebatur.

*Volantem*. Fugientem ab Græcia, quæ non longe abest ab Italia.

*Adurgens*. Celerrime persequens.

*Æmonia*. Thessalix. Ita dicta est ab Rege quodam suo Æmone.

*Monstrum*. Cleopatram furentem instar bellæ. Fatale vocat, idest, fato quodam, & ira Superum exortam. Exitiale.

*Generosus*. Quam in catenis, & in triumpho.

*Nec expavis enssem*. Voluit sibi ferro vitam adimere, neque dubitavit enses multos suorum custodum petere, qui mortem illi tamen negant.

*Nec, &c.* Non ivit Cleopatra classe cita, & prope-rante in oras Ægypti latentes, & ultimos Regni sui fluss, ut eos repararet, ac

muniret ad bellum instaurandum.

*Latentes oras*. Ægypti recessus, & urbes intimas.

*Jacentem*. Profligatam, & inermem.

*Deliberata*. Quam sibi inferre statuerat: idco ferox, quia modi certa.

*Liburnis*. Navibus angustioribus, in Liburnia, Illyrici regione factis; quales erant illæ, quibus Augustus in prælio navali contra Antonium usus erat. Vide Od. 1. libri Epodon.

*Invidens, &c.* Indignata, & nolens, ob superbiam, hunc honorem navibus Liburnis, a quibus victa erat, & quæ ideo sævas appellantur, tribuere, ut in eis Romam duceretur.

*Deduci, &c.* Duel ex Ægypto in Italiam, ut privata mulier, ipsa, quæ non obscura & infimo loco nata, sed nobilis, & Regina erat. Explicat etiam Lambinus.

Non humilis mulier triumpho:

*non humilis*, non parvo animo, & fracto. Est autem ordo, scilicet invidens hanc Cæsari gloriam, ut ipsa, tanti nominis, tantæ dignitatis ma-

lier, capta, et regno spoliata; inftar feminæ privatæ, in Liburnis navibus, tanquam in triumpho, reduceretur.

## O D E XXXII.

*Apparatum convivii frugalem, & minime sumptuosum sibi placere.*

**P**erficos odi, puer, apparatus;  
 Displicent nexæ philyra coronæ;  
 Mitte sectari, rosa quo locorum  
 Sera moretur.  
 Simplici myrto nihil allabores  
 Sedulus cura: neque te ministrum  
 Dedecet myrtus, neque me sub arcta  
 Vite bibentem.

*Perficos.* Magnificos, quales a Persis adhibebantur, v. g. odores, unguenta, &c. Persæ in conviviiis erant imprimis sumptuosi, et multarum deliciarum.

*Puer.* Servule.

*Philyra.* Est cortex interior, ac tenuissimus, ex arbore illa decerptus, qui ductus in ténias, nectendis floribus inservit.

*Mitte.* Omitte, noli in-

vestigare, ubi nascantur rosæ tardories.

*Simplici, &c.* Ordo est: cura sedulus, ut nihil labores addere pro convivii apparatu ad simplicem myrtum: nihil nisi coronas e myrto volo. Myrtus adhibebatur in conviviiis boni odoris causa, et quia fumos vini discutere credebatur.

*Arcta.* Densa, umbrosa.



Q. HORATII FLACCI  
**O D A R U M**  
 LIBER SECUNDUS.

Q. D. E. I.

*C. Asnium Pollionem monet, ut, omiſſa, quam ſcribebat, de bello civili tragædia, vel hiſtoria, in Rempub. potius ordinandam, incumbat. Bellum civile, deplorat.*

**M**otum ex Metello. Conſule civicum,  
 Bellique cauſas, & vitia, & modos,  
 Ludumque Fortunæ, gravesque  
 Principum amicitias, & arma  
 Nondum expiatis unctis cruoribus,  
 Periculæ plenum opus alex.

*Motum, &c.* Ordo eſt: o. Pollio, inſigne mœſtis præſidium reis, &c. tractas, ſive, ſcribis motum civilem, belli civilis varios ac turbidos eventus, ex Metello Conſule, id eſt, ab eo tempore, quo Q. Cæcilius Metellus Celer fuit Conſul, qui eſt annus ab U. C. 694. quo Cæſar, Cræſſus et Pompejus, inter ſe de invadenda Rempub. ſcelus injerunt.

*Cauſas, & vitia.* Similitatem ortam Cæſarem inter, et Pompejum, multorum ambitionem, odia, libidines, nimiam, ut ait belle Florus, felicitatem, &c. Vide Svet. c. 29. & 30. in Julio Cæſare.

*Modos.* Seditioes, pugnas, deliberationes partium.

*Ludum Fortune.* Varios caſus, quibus Romanam rem, ut pilam, jaſtare Fortune videbatur.

*Principum.* Cæſaris, Pompeji, et Cræſſi, qui ſocietatem junxerunt, Rempublicæ funeſtam.

*Arma, &c.* Arma unctis, id eſt, delibuta, et adhuc ſtillantia civium cruore, qui nondum expiatus eſt. Proprie non expiatur cruor, ſed arma expiantur, cruore per ſcelus infecta, vel miles geſtans hæc arma.

*Expiare,* autem eſt, rem aliquam, aut perſonam, ex impia et contaminata, piam et ſcelere ſolutam efficere, aliqua religioſa cæremonia. Ejusmodi cæremoniam uſurpabant Romani certis temporibus, et *armiluftrum* vocabant: eamque adhibuit Auguſtus, conſecto civili bello, quum luſtrum ſolemni ritu condidit, populumque expiavit.

*Plenum opus, &c.* Quæ tragædia a te ſuſcepta, opus eſt

Tractas, & incedis per ignea.

Suppositos cineri doloso.

Paulum severæ Musa tragœdiæ

Desit theatris: mox, ubi publicas

Res ordinariæ, grande munus.

Cecropio repetes cothurno,

Insigne mœstis præsidium reis,

Et consulenti, Pollio, Curia;

Cui laurus æternos honores.

Dalmatica peperit triumpho:

Jam nunc minaci murmure cornuum

Perstringis aures; jam litui strepunt;

Jam fulgor armorum fugaces

Terret equos, æquitumque vultus.

est alex. et periculi plenum: de multorum enim sceleribus qui jam rerum potiuntur scribi tuto, et impune vix potest. *Alex.* est proprie ludus talorum, qui periculosus, et incertus vulgo est, unde ad significandum casum quemlibet periculosum, ea vox adhibetur.

*Incedis, &c.* Idem facis, ac si incederes per cineres, qui tegerent ignem suppositum: quod nempe sine gravi periculo fieri nequit.

*Paulum, &c.* Omitte paululum res adeo tragicas theatro, et scenæ committere. Erat Pollio poeta optimus, teste Virgilio, & hoc de tragœdia aliqua, a Pollione inchoata, rectius quam de historia, intelligas.

*Publicas.* &c. Erat enim tunc Pollio Consul, cujus Magistratus munus est ordinare *Rempublicam*, quæ bello civili erat admodum perturbata.

*Grande munus.* Grande opus tragediæ faciendæ.

*Cecropio cothurno.* Tragico more, ac stylo. Cothurnus erat genua calcamenti

altioris, quo actores tragediarum utebantur. Cecropius appellatur, idest Atheniensis, a Cecrope Rege Athenarum primo; quia tragœdia maxime Athenis viguit, ubi Sophocles, Euripides, &c. floruerunt.

*Res.* Reus illum significat, quicumque causam dicit, sive sit nocens, sive innocens. *Curia.* Senatui.

*Cui laurus.* &c. Qui de Dalmatis triumphasti. Sunt autem Dalmatæ in Illyrico, quæ regio est in ora maris Adriatici, contra Italiam. Dalmatiæ urbs erat primaria Salona, quam Pollio cepit.

*Jam nunc, &c.* Laudat Horatius Carmina Pollionis de bello civili tam graphice, & ornate ab eo scribi cœpta, ut in iis res ipsæ geri & cerni, non narrari et audiri viderentur.

*Cornuum.* Buccinarum, quæ olim e cornu, postea ex æte factæ sunt. Proprie cornua sunt buccinæ breviores, et intortæ: litui vero sunt buccinæ longiores, et parum incurvæ.

*Perstringis.* Feris, tundis. Non

Audire magnos jam videor Duces  
 Non indecoro pulvere fordidos,  
 Et cuncta terrarum subacta,  
 Præter atrocem animum Catonis:  
 Juno, & Deorum quisquis amicior  
 Afris, inulta cesserat impotens.  
 Tellure: victorum nepotes  
 Rettulit inferias Jugurthæ.  
 Quis non Latino sanguine pinguior  
 Campus sepulchris impia prælia  
 Testatur, auditumque Medis  
 Hesperix sonitum ruinæ?

*Non indecoro.* Glorioso pulvere, quem lætæ in militari campo collegerunt.

*Cuncta terrarum.* Cunctas terras. Sic alio loco dixit, *amara curarum*, pro *amaras curas*, Græco more.

*Subacta.* A Cæsare domita.

*Catonis.* Dicitur esse ille Cato Uticensis ab Utica urbe Africæ, in quam quum se post pugnam Pharsalicam coniecisset, audiretque appropinquare Cæsarem, mortem asserre sibi maluit, quam se illi dedere.

*Juno, &c.* Sententia hujus loci hæc est; Juno, ere Diis alii, quicumque Afris olim fuerant amiciores in bello Jugurthino, coacti tamen Romanorum viribus, et fato fuerunt ex Africa inulta discedere impotentes, id est, quia non potuerunt ulcisci Afrorum cladem, et pœnas a Romanis fumere; illi, inquam, Dii Romanos, nepotes, et posteros illorum Romanorum, a quibus victi olim erant Afris, vicissim immolarunt in bello civili, tanquam victimas placandis Jugurthæ Manibus, et Afrorum umbris, atque ita pœnas Romanis regulerunt. ac

reposerunt, Afros ulci sunt Juno Carthagini, et Africam impense favebat. Virg. 1. Æneid.

*Inferias.* Erant inferiæ sacrificia, quæ fiebant mortuis, et inferorum umbris. Solebant autem præcis temporibus immolari aliquot e captivis hostibus, ad placandas cœorum tumulos umbras, et ad eorum tumulos mactari.

*Jugurtha.* Fuit Jugurtha Rex Numidia in Africa. In grave bellum gessit cum Metello primo, mox cum Marii; demum a Bocco Mauritaniæ Rege, ad quem confugerat, proditus, in Marii potestatem venit, a quo Romanam ductus et ostentatus in triumpho, in carcere necatus est, anno U. C. 648. Salust. & Justinum adi.

*Testatur.* Ostendit sepulchrorum multitudine, quam sæva fuerint illa bella, impietatis et crudelitatis plena, nempe civilia.

*Auditumque Medis, &c.* Clades et ruina Italix, quæ olim Hesperia magna dicta est, tanta fuit, ut a Medis, remotissimis videlicet Orientis hostibus, audita cum gaudio sit.

Gude

Quis gurgēs, aut quæ flumina lugubris  
Ignara belli? quod mare Daunia  
Non decoloravere cædes?

Quæ caret ora cruore nostro?  
Sed ne relictis, Musa procax, jocis;  
Cææ retrahes mupera nœnix;  
Mecum Dionæo sub antro  
Quære modos leviorē plectro,

*Gurgēs.* Qui locus, quæ freta?

*Daunia cædes.* Italorum. Daunus Rex fuit Apulie, quæ Italiz pars est.

*Decoloravere.* Sanguine infecerunt.

*Sed ne, &c.* Sed, o mea Musa, noli refricare veteres Illas querelas, relictis quæ te decent, amœnioribus argumentis.

*Procax.* Audacior.

*Cææ nœnix mupera.* Versus lugubres, qui olim a Simonide, lyrico poeta, vel inventi, vel præcipua cum laude facti sunt. Dicuntur illi nœnix Cææ; quia Simonides natus est in Cæo insula maris Ægæi, prope Eubœam. Est autem Nœnix carmen in fœneribus cani solitum: interdum sumitur pro puerili cantilena.

*Dionæo.* Veneri sacro. Veneris dicta est Dione: quo nomine appellata est quoque Veneris mater, Oceanus, et Tebyca filia.

*Modos.* Carmina.

*Leviore, &c.* Jocosa nempe argumenta levioribus modis, et numeris canenda; tragica severioribus, et fortioribus.

*Plectro.* Instrumento, quo fides lyra percipiatur; quod nunc ex equinis vulgo setis fit: alias, instar pectinis, ex ebore, aut buxo constabat.

Hanc totam Oden eruditus quidam ita explicant, ut velint ab Horatio invitari Pollionem ad absolvendam, quam inchorat, belli civilis historiam, omittendasque tragedias, quas, intermissa tantisper historia, scriptitabat. Hæc porro verba, *mox ubi publicas res ordinariis*, exponunt cum Turnebo, & aliis, postquam Republicæ historiam, & bellorum civilium ordinaveris, digesseris, et ordine conscripseris. Favet huic expositioni ultima pars Odæ, in qua Pollionis scripta laudat: non eum igitur deterret a scribendo.



## O D E I I.

*Contemptus pecuniæ ; laus liberalitatis ,*

**N**ullus argento color est , avaris  
Abditæ terris , inimice laminæ ,  
Crispe Sallusti , nisi temperato  
Splendeat usu .

Vivet extento Proculejus ævo ,  
Notus in fratres animi paterni ;  
Illum aget , penna metuente solvi ,  
Fama superstes .

*Nullus , &c.* Ordo est : o Crispe Sallusti , inimice laminæ abditæ in avaris terris , nullus est argento color , nisi usu temperato splendeat .

*Color .* Dignitas , pulchritudo : nihil juvat pecunia , nisi utaris .

*Avaris .* Avara terra dicitur ea , in qua argentum defoditur , quia illud celat , ut avari factitant .

*Abditæ &c.* Qui es inimicus laminæ defossæ in terra , qui non amas laminam , seu aurum abdere , et furtim terræ deponere ; qui ab avaritia es alienus . Legendum potus , *abditæ* , quam *abdito* , nempe , *argento* , quæ vox est in primo versiculo Odæ : hæc enim duo verba , *inimice laminæ* nec bonam , nec sat Latinam efficiunt sententiam , si legantur sola ; quæ laus enim est , si quis inimicus laminæ dicatur esse ?

*Laminæ .* Pro laminæ . Est autem lamina bractea metalli : sumitur hic pro ipso argento , vel auro .

*Crispe Sallusti .* Fuit iste Crispi Sallustii historici ex so-

rore nepos ; de quo agit Cornelius Tacitus , Annalium lib. 3. paulo ante medium , quem ab historico adoptatum , et magna potentia , summisque opibus modestissime usum ait .

*Extentæ ævo .* Longo tempore producto , usque ab ætate posteritatem ; immortalis erit Proculeii fama , et memoria .

*Proculejus .* Fuit Eques Romanus , Augusto charus : ejus fratres , Scipio , & Muræna , quum ob arma in bello civili contra Augustum gesta , patrimonio suo spoliati fuissent , Proculejus bona sua de integro æquis partibus tum ipsis divisit , instar patris amantissimi .

*Notus .* Nobilis , celebris .

*Animi .* Propter animum : Græca locutio . Subaudiunt Græci particulam propter , quæ apud illos signandi casum postulat .

*Aget .* Vehet , tollet .

*Metuente solvi .* Defatigari nescia , semper volante , & vigente .

*Superstes .* Post illius mortem adhuc vivens .

Rs.

Latius regnes, avidum domando  
 Spiritum, quam si Lybiam remotis  
 Gadibus jungas, & uterque Pœnus  
 Serviat uni.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops:  
 Nec sitim pellit, nisi causa morbi  
 Fugerit venis, & aquosus albo  
 Corpore languor.

Redditum Cyri solio Phraaten,  
 Diffidens plebi, numero beatorum  
 Eximit virtus; populumque falsis  
 Dedocet uti

*Regnes.* Regnabis, regnare possis. Rex est, qui sibi imperat.

*Avidum spiritum.* Avaritiam, cupiditatem majorum opum.

*Lib. am.* Regionem Africae.

*Remotis.* A Libya distantis.

*Gadibus.* Gades insula, & urbs est in ultima Hispania ad meridiem, *Cadice*, unde nomen freto Gaditano; per quod mare Mediterraneum in terras insinit; quodque patrio sermone, a loco vicino vocant Hispani, *Gibilterra*.

*Uterque Pœnus.* Tum qui est in Africa, tum qui in Hispania. Nam Carthaginenses Hispaniam partem diu obtinuerunt: urbemque nomine Carthaginē in ea condiderunt, quae Carthago nova dicta est.

*Crescit.* Morbum auget.

*Indulgens sibi.* Obsequens bibendi cupiditati.

*Hydrops.* Ita vocatur morbus, quo alimenta, imo ipsae aliquando carnes in aquam resolvuntur; unde intumescit corpus, & pallet: hic pro ipso hydroptico ea vox ponitur.

*Causa morbi.* Aquae intercus.

*Redditum, &c.* Ordo est

virtus, diffidens plebi, eximit numero beatorum Phraatem redditum Cyri solio. Sententia est: homines virtute praediti, ab stolta vulgi opinione dissentientes excerpunt e numero beatorum, felicem non putant idcirco Phraatem, quod in solium Cyri fuerit restitutus.

*Phraaten.* Phraates, Rex Parthorum, ob mores barbaros, ob patrem, & triginta fratres, cum filio suo nato maximo interfectos, in exilium a suis pulsus est, substituto illi Tiridate: postea tamen Scytharum ope in Regnum est restitutus. Consule Indicem 11. Odarum, ad an. U. C. 73. Vide etiam Justinum lib. 42. cap. 5. Dicitur autem, *Cyri solium*, quia Regnum Persarum a Cyro fundatum a Parthis postea occupatum fuit, non quod Phraates Cyri esset filius, aut haeres: Orodus enim filius fuit.

*Beatorum.* In hac dictione ultima syllaba eliditur ob vocalem postam in sequenti versu, ad quem ista syllaba pertinet: idem observare est in Ode 3.

*Dedocet uti.* Docet non uti falsi.

Vocibus, regnum & diadema tutum  
 Deferens uni, propriamque laurum,  
 Quisquis ingentes oculo irretorto  
 Spectat acervos.

falsis vocibus, eum felicem  
 vocando, qui felix revera  
 non sit.

*Deferens uni.* Illi nomen  
 Regis, felicitatem & glo-  
 riam tribuens uni, quis-  
 quis, &c.

*Laurum.* Coronam, lau-  
 dem, victoriam.

*Oculo irretorto.* Qui cumu-  
 los auri atque argenti ita

prætereundo aspectat, ut ne  
 oculos quidem reflectat, ac  
 retorqueat; idest, qui nulla  
 cupiditate illorum, ac desi-  
 derio commoveatur. Rursum  
 irretortus oculus dici potest,  
 non invidus; invidi enim  
 obliquis & limis oculis ea  
 solent aspiciere, quibus iavi-  
 dent.

## O D E I I I.

*Montis æquabilitas ubique servanda. Mortis  
 necessitas.*

**Æ** Quam memento rebus in arduis  
 Servare mentem; non secus in bonis  
 Ab insolenti temperatam  
 Lætitia, moriture Deli,  
 Seu inæstus omni tempore vixeris;  
 Seu te iam remoto gramine per dies  
 Festos reclinatum bearis  
 Interiore nota Falerni;

*Æquam, &c.* Ordo est.

*O Deli,* memento servare in  
 asperis, & arduis rebus men-  
 tem æquam, idest, modera-  
 tam et æquabilem, eam-  
 demque in rebus secundis ab  
 insolenti lætitia temperatam.

*Moriture, &c.* Siquidem  
 aliquando es moriturus, sive  
 semper vixeris inæstus, sive  
 aliquando genio indulseris,  
 maxime festis diebus.

*Deli.* Delius fuit historicus,  
 et orator insignis: a Dola-  
 bella ad Cassium, a Cassio

deinde transfivit ad Antonium  
 novissime ab Antonio tran-  
 fugit ad Cæsarem.

*Reclinatum.* Jacentem,  
 resupinatum.

*Te bearis.* Te exhilarave-  
 ris, genium curaveris.

*Interiore, &c.* Falerno op-  
 timo, & vetustissimo. Ampho-  
 ris vini, quas servatas Ro-  
 mani vellent, notam appone-  
 bant in operculo, quæ indi-  
 caret, quod vinum esset, quo  
 anno, et Consule conditum.

Quo

Qua pinus ingens, albaque populus  
 Umbram hospitalem consociare amant  
 Ramis, qua obliquo laborat  
 Lympha fugax trepidare rivo.  
 Huc vina, & unguenta, & nimium breves  
 Flores amœnæ ferre jube rosæ:  
 Dum res; & ætas, & Sororum  
 Fila trium patiuntur atra.  
 Cedet coemptis saltibus, & domo,  
 Villaque, flavus quam Tiberis lavit;  
 Cedet; & extractis in altum  
 Divitiis potietur hæres.  
 Divesne prisco natus ab Inacho  
 Nil interest, an pauper, & infima

Quo vinum erat generosius,  
 et servari dignius, eo interio-  
 re loco cellæ vinariæ conde-  
 batur, utpote frigidiore, et  
 ad servandum vinum aptiore.  
 Rursum, quis primæ quoque  
*amphoræ* bibebantur; ultimæ  
 in posteriori loco positæ erant  
 vetustissimæ.

*Falerni*. Falernus mons  
 Campaniæ in Italia; ab eo vi-  
 num Falernum nomen inve-  
 nit.

*Quæ*. Id est, in qua parte  
 hori tui, aut villæ. Legitur  
 etiam, *quo*, id est, quo in  
 gramine, loco.

*Alba*. Populi frondes, aver-  
 sa parte albicant, adversa vi-  
 rent.

*Umbram, &c.* Gaudet con-  
 sociatis ramis umbram effice-  
 re, quæ gratam epulantibus  
 hospitium præbeat.

*Laboras trepidare*. Cum la-  
 bore trepidat, propter lapillos  
 nimirum obstantes. Trepidare  
 autem, est agitare se huc il-  
 luc, & anxie commovere: st-  
 atinare ægre.

*Flores rosæ*. Rosas, quæ  
 nimis cito marcescunt.

*Res*. Opes, vel idoneum

tempus, Opportunitas, occasio.

*Soro: um trium*. Parcarum.  
 Dum vita tibi suppeditat.

*Atra*. Funesta; quibus vi-  
 velicet perfectis, mors obeun-  
 da necessario fit.

*Cedet*, Discedes, demigra-  
 bis.

*Coemptis*: Undique, aut  
 simul a te emptis.

*Flavus*. Pulcher, vel fla-  
 vas arenas volvens.

*Lavis*. Est in indicativo a  
 verbo *lavare*, quod ollam ulug-  
 pabatur pro *lavare*.

*Extractis in altum*. In  
 cumulum congestis.

*Divesne &c.* Ordo est,  
 nihil interest, an sis dives,  
 et ortus ab Inacho, an pau-  
 per, et obscuro loco natus,  
 ne lectum quidem et domum  
 quo te recipias, habeas: quip-  
 pe futuri sunt perinde victi-  
 ma Orci nil miserantis divi-  
 tes æque, ac pauperes dam-  
 nati letho.

*Inacho*. Fuit Inachus Rex  
 Argivorum, Abrahamo æqua-  
 lis, aut etiam illo superior;  
 cujus filia Io fabulis celebra-  
 ta est. Fioruit circa annum  
 mundi 2300.

De gente sub dio moreris,  
 Victima nil miserantis Orci.  
 Omnes eodem cogimur: omnium  
 Versatur urna, ferius, ocyus  
 Som exitura, & nos in aeternum  
 Exilium impositura cymbæ.

*Gente.* Stirpe, familia.  
*Sub dio.* Sub nudo, & aperto Cælo.

*Moreris.* Habites, degas.  
*Eodem cogimur.* Eundem in locum compellimur, Orcum nempe, ac tumulum.

*Versatur.* Agitur.

*Versatur urna, &c.* Suedet metri ratio vocem hanc in ablativo positam, ordinemque hunc esse: fors omnium, idest, moriendi fatalis hora, ferius, ocyus exitura, versatur & movetur in

urna, nempe Jovis, aut iudicium trium apud inferos, qui finguntur a Poetis tabellas nominibus omnium hominum inscriptas movere in urna, sive cista; ita, ut ii moriantur primi, quorum nomina priora educta sint.

*Et nos in aeternum, &c.* Et quæ nos impositura est cymbæ Charontis, ut in aeternum exilium ab eo deportemur, nempe ultra Stygem in Inferos.

## O D E I V.

*Tiburtinæ, & Tarentinæ regionis amantiam laudat.*

Septimi, Gades aditure mecum, &  
 Cantabrum indoctum iuga ferre nostra, &  
 Barbaras Syrtes, ubi Maura semper

*Septimi.* Fuit ille Romanus Eques, idemque poeta bonus, Augusto charus, amicus Horatii.

*Gades, V. Od. 2. hujus libri Aditure, &c.* Qui mecum iturus es in Gades, nempe cum Augusto, qui anno U. C. 728. bellum Hispanis intulit; quo secuturi eum erant Septimius, & Horatius. Vel qui paratus es me amicum tuum sequi in ultimas terrarum oras, etiam usque ad Gades, Syrtesque, &c. Et

vero Augustus, Cantabros petens, non videtur in Lybiam, aut Gades iturus fuisse.

*Cantabrum.* Cantabri sunt Hispaniæ populi, ubi nunc Biscaya, Hispanorum ultimi a Romanis domiti: eos Augustus debellavit, anno U. C. 741. Vide II. Indic. Odar.

*Indoctum, &c.* Qui parere Romanis nondum didicit.

*Syrtes.* Loca sunt arena; & periculosa, in Africæ litore.

*Maura.* Proprie dicendum est-

Æstuat unda ,

Tibur Argeo positum colono ,  
 Sit mex sedes utinam senectæ ,  
 Sit modus lasso maris , & viarum ,  
 Militiæque .

Unde si Parcæ prohibent iniquæ ,  
 Dulce pellitis ovibus Galefi  
 Flumen , & regnata petam Laconi  
 Rura Phalanto .

Ille terrarum mihi præter omnes  
 Angulus ridet , ubi non Hymetto  
 Mella decedunt , viridique certat  
 Bacca Venafro :

Ver ubi longum , tepidasque præbet  
 Jupiter brumas , & amicus Aulon  
 Fertili Baccho minimum Falernis

esse Lybica , quia Syrtes duas ,  
 major , & minor , procul ab-  
 sunt a Mauritania .

*Tibur* . Est urbs Italiæ a-  
 mœna , condita olim a Ti-  
 bare , homine Græco , qui  
 Argis profectus in Italiam ve-  
 nit .

*Argo* . Argivo . Argos est  
 urbs primaria Peloponnesi .

*Colono* . Colonus interdum  
 est , qui agrum colit , agri-  
 cola alias ; at hic eum si-  
 gnificat , qui ex urbe qua-  
 piam commigrat ad aliam ha-  
 bitandam .

*Lasso maris* . Fatigato ma-  
 ritimis itineribus ; quando  
 me satietas belli , & itinerum  
 ceperit . Erat itaque tunc id  
 ætatis Horatius , ut adhuc ge-  
 rere bella , & itinera longio-  
 ra posset suscipere ; nempe an-  
 nos admodum 40. natus .

*Unde , &c.* Quo ex loco ,  
 id est , a Tibure , si me Parcæ  
 prohibent arcentque , pe-  
 tam flumen Galefum , cele-  
 bre ob oves pellitas : petam  
 agros , ubi Phalantus Lacon

regnavit . Tarentum describit  
 prope Galefum flumen situm  
 in Calabria .

*Pellitis ovibus* . Oves Ta-  
 rentinas , propter lanæ boni-  
 tatem , pellibus & quasi ve-  
 stibus integebantur , ne ipsa-  
 rum lana inquinaretur .

*Phalanti* . Lacedæmonius  
 dux fuit , qui cum Spartanis  
 Italiam petens , Tarentum oc-  
 cupavit .

*Ridet* . Placet .

*Hymetto* . Mons est Græ-  
 ciæ , prope Athenas , ubi mel  
 optimum , apes lectissimæ .

*Decedunt* . Inferiora , de-  
 teriora sunt , nihil cedunt mel-  
 li Hymetto . Decedere , est  
 locum alteri , ut nobiliori ,  
 cedere , Inferiorem se fateri .

*Bacca , &c.* Oliva : ubi  
 olivæ nascuntur pares Vena-  
 franis . Est Venafrum Cam-  
 panicæ in Italia oppidum ,  
 ubi olivæ præstantes .

*Aulon* . Mons est vini fe-  
 rax in Calabria .

*Minimum &c.* Idest , uvas  
 fert non deteriores his , quæ

Invidet uvis.

Ille te mecum locus, & beatæ  
 Postulant arces: ibi tu calentem  
 Debita sparges lacryma favillam,  
 Vatis amici.

nascuntur in Falerno, monte  
 Campaniæ: invidetur enim  
 melioribus.

*Arces.* Colles, quibus Ti-  
 bur est impositum.

*Calentem favillam.* Med  
 cineres, cadaver recenti rog  
 usum.

*Debita.* Mihi propter au-  
 citiam.

O D E V.

*Pompejo Varo, in patriam post bellum civile  
 redeunti, gratulatur.*

**O** Sæpe mecum tempus in ultimum  
 Deducte, Bruto militiæ duce,  
 Quis te redonavit Quiritem  
 Diis patriis, Italoque Cælo,  
 Pompei, meorum prime sodalium?  
 Cum quo morantem sæpe diem mero  
 Fregi coronatus nitentes  
 Malobathro Syrio capillos.

*Tempus, &c.* Qui sæpe ad-  
 ductus es mecum in ultimum  
 vitæ diem, & periculum,  
 quando, Bruto & Cassio du-  
 cibus, contra Augustum ar-  
 ma ferebamus.

*Quiritem.* Civem Roma-  
 num. Veniam ab Augusto  
 impetraverat ille Varus; quam  
 nisi exoravisset, exul & privatus  
 jure civitatis, & hostis vixisset.  
 Merito igitur illi gra-  
 tulatur Horatius, quod civi-  
 tati, & patriæ redditus fue-  
 rit, & præclarum illud Qui-  
 ritis, seu Romani civis no-  
 men recuperaverit. Quirites  
 olim vocabantur Sabini a Cu-  
 ribus, eorum urbe primaria:  
 mox, ubi cum Romanis fœ-

derat inire, & in unum ut  
 que populum cosuere, Quir-  
 ritum nomen Romanis datum  
 est, Liv.

*Morantem.* Longiorem, ut  
 dies æstivi sunt: vel, qui mor-  
 hi tecum epulari cupienti longius  
 gi videbantur.

*Mero fregi.* Ita divisi,  
 meliorem partem vino tecum,  
 & poculis darem. Vide Ode  
 1. l. 1. *Nec partem solido &c.*

*Coronatus capillos.* Suba-  
 ditur secundum, ut sæpe  
 apud poetas, Græco morantem  
 habens caput floribus corona-  
 tum, & nitens, sive deliba-  
 tum unguento Syrio.

*Malobathro.* Est Maloba-  
 thrum folium quoddam, sive  
 fru-

Tecum Philippos, & celerem fugant  
 Sensu, relicta non bene parmula,  
 Cum fracta virtus, & minaces  
 Turpe solum tetigere mento:  
 Sed me per hostes Mercurius celes  
 Denso paventem sustulit aere:  
 Te rursus in bellum resorbens  
 Unda fretis tulit æstuosis.  
 Ergo obligatam redde Jovi dapem;  
 Longaque fessum militia latus  
 Depone sub lauru mea, nec  
 Parce cadis tibi destinatis.  
 Oblivioso lævia Massico  
 Ciboria exple; funde capacibus

frutex, preferens nardi odorem, cuius magna copia in Syria: exprimitur ex eo liquor, seu oleum odoratissimum.

*Tecum, &c.* Interfui tecum pugna commissa ad Philippos, urbem Theſſaliæ: tecum e prælio fugi, clypeo turpiter abjecto, Vide II. Iudicem Odarum ad annum Urbis Conditiæ 721.

*Cum fracta virtus.* Quando nostri exercitus vires fractæ fuerant.

*Et minaces, &c.* Cum duces nostri, qui minas in Octavianum & Cæsarianos iactabant, cæsi fuere, ac in terram proni cecidere. Milites generosi, quum cadunt, solent humum dentibus mandere; vel, præ dolore, & rabie; vel, ne quem gemitum sua fortitudine indignum edant.

*Merturius.* Virorum doctorum patronus. Horatius eruditionis suæ fama, carminibusque acceptam retulit veniam, quam illi ab Augusto Mæcenas impetravit.

*Denso aere.* Circumfusa nu-

be ætherum. Sic Horatius iungit servatam Æneam ab Apollino, Paridem a Venere, &c.

*Te rursus, &c.* Tu cæsi Bruto & Cæſio, ad Pompejum filium in Siciliam perrexiſti, reliquias belli civilis persequens. Metaphora dactur a Caribdi, quæ naves ejestas resorbet: vel a tempeſtate, quæ naves in littore tranquillo, & vado positas, aliquando in altum abripit.

*Dapem,* Epulum Jovi, si redires in patriam; promissum sacrificium.

*Latus.* Corpus: pars prototo.

*Laurus meu.* Aliquam sui horti arborem indicat; vel patrocinium Mæcenatis significat, quo protectus, ut lauru salutari, fulmen, idest, iram Augusti effugerat.

*Lævia.* Attrita sæpe bibendo; tersa & nitida.

*Massico.* Vino Campaniæ generoso; obliviosum appellat quia malorum oblivionem affert vinum.

*Ciboria.* Procula capaciora. Ciborium nomen Ægyptium est, significans proprie florem,



Unguenta de conchis. Quis udo  
 Deproperare apio coronas,  
 Curatve myrto? Quem Venus arbitrum  
 Dicit bibendi? Non ego sanius  
 Bacchabor Edonis: recepto  
 Dulce mihi furere est amico.

rem, aut folium fabæ Egyptiæ, quod folium instar galeri capax est, & ad cuius similitudinem pocula quædam facta, ciboria sunt appellata.

*Exple.* Exhausti, vel imple; utcumque enim vox ea significat.

*Conchis.* Vasculis e concha, vel in morem conchæ factis.

*Deproperare.* &c. Cito contexere. Quis ex humido apio, vel e myrto nobis coronas conficere properat, quibus utamur in conviviiis? Vocat apium adam; vel quia nascitur commodius in paludibus; vel quia vini fumos, caloremque mitigat.

*Quem Venus, &c.* Quis nostrum erit, quem iactus Veneris magistrum convivii creabit, qui regna vini tesseris fortiatur? Nam id moris erat, ut sortiretur tesseris, qui bibendi esset arbiter. Venus vocabatur tesserarum iactus se-

licissimus, ac tesseras tres, singulas punctis sex notatas, ponebat; infelicissimus contra, qui notatas afferebat singulas unico puncto, & canis vocabatur. In talis (quæ officula vocant Galli) Venus, seu iactus ille felix tum erat, cum tali quatuor (totidem enim vulgo mittebantur) singuli diversis notati punctis jaciebantur. Vide lib. I. Od. 4. Porro Romani sorte eligebant aliquem in conviviiis qui compositioribus velati præfideret, qui quid, quoties, quomodo biberetur, ediceret, & ille arbiter bibendi dicebatur.

*Dicit,* Designabit, constituet.

*Sanius.* Moderatius.

*Bacchabor,* Bibam.

*Edonis.* Thracibus, qui bibaciores erant. Edon mons est Thraciæ; unde vicini populi Edoni sunt vocati.

*Furere.* Largius potare.

## O D E VI.

*Monet amicum suum Vulgium, ut mortem filii sui deflere aliquando desinat.*

**N**ON semper imbres nubibus hospidos  
 Manant in agros, aut mare Caspium  
 Vexant inæquales procellæ

*Nubibus manant.* E nubibus funduntur.

*Hispidos.* Squallentes, tristes, pluviiis deformatos.

*Caspium.* Supra Persidem est in Asia ad Septentrionem.

*Inæquales.* Inconstantes, modo atrociores, modo lenio-

Usque, nec Armeniis in oris;  
 Amice Valgi, stat glacies iners  
 Menses per omnes; aut Aquilonibus  
 Querceta Gargani laborant,  
 Et foliis viduantur orni.  
 Tu semper urges flebilibus modis  
 Mythen ademptum; nec tibi, Vespere  
 Surgente, decedunt amores,  
 Nec rapidum fugiente Solem,  
 At non ter ævo functus amabilem  
 Ploravit omnes Antiochum senex  
 Annos; nec impubem parentes  
 Troilon, aut Phrygiæ sorores  
 Flevere semper. Desine mollium

mores: vel quæ maris æqualitatem turbant.

*Usque. Semper.*

*Armeniis oris.* Armenia est regio Asiæ, circa Taurum montem.

*Iners.* Vel quia glacies stat immobilis, & concretæ, vel quia frigus faciat inertes.

*Querceta.* Loca quercubus conlita.

*Gargani.* Mons est Apulie.

*Laborans.* Vexantur, agitantur.

*Viduantur.* Spoliantur, orbantur.

*Urges.* Prosequeris, desis lugubri carmine. Erat enim iste Valgius poeta insignis, de quo Tibullus ita canit; *Valgius, æterno propior non alter Homero.*

*Mythen.* Proprium est nomen pueri.

*Nec tibi, &c.* Nec tuus inctus, ab amore pueri profectus, decedit, cessat, quiescit, sero, nec mane, neque quam primum apparere Vesper incipit, neque quam apparere desinit, & fugit.

*Vespere.* Vesper, sive Ve-

spereus, aut Hesperus, Venus dicitur ab astrologis: Ea stella, quæ circa Solem in orbem vertatur, modo illum sequitur, id est, post Solem apparet, nempe *Vesper*, & tum proprie *Vesperus* dicitur; modo antecedit, nempe *maner* tuncque mutat nomen, & *Eous*, sive *Lucifer*, & *Phosphorus* appellatur. Fugere Solem dicitur hic ab Horatio, quia brevi obscuratur, Sole surgente, cui semper vicinus est.

*Ter ævo, &c.* Nestor, qui tres hominum ætates vixit, nempe annos trecentos, ut quidam volunt; vel nonaginta, ut alii, qui ætatem definiunt spatio annorum 30, vel 33.

*Antiochum.* Filium suum a Memnone interfectum in bello Trojano.

*Impubem.* Juvenem imberbem.

*Parentes.* Priamus, & Hecuba.

*Sorores.* Cassandra, Polyxena Trojana, sorores Troili.

Tandem querelarum ; & potius nova  
 Cantemus Augusti trophæa  
 Cæsaris , & rigidum Niphatem ,  
 Medumque flumen , gentibus additum  
 Victis , minores volvere vortices ;  
 Intraque præscriptum Gelonos  
 Exiguis equitare campis .

*Querelarum* . Verba defimendi apud Græcos , genitivo junguntur , quo more vocem *desino* hic Horatius posuit .

*Nova* , &c. Augustus circa annum U. C. 733. Armeniam a Parthis vindicavit , qui eisdem signa militaria , Marco Crasso & Antonio olim adempta , reddiderunt . Paulo post hunc annum scripta est hæc Ode .

*Trophæa* . Trophæum erat monumentum victoriæ , collocatum in eo loco , ubi hostes fugere ceperant : quænam esset ejus forma , docet Virgil. initio lib. XI. *Æneid.*

*Niphatem* . Armenia fluvium , & montem : rigidus vocatur , idest gelu confriktus , nivibus abundans .

*Medumque* . Medus est flumen Mediæ , quæ regio Persiæ vicina est . Alii volunt Euphratem hæc voce signifi-

cari , qui Medus quoque dictus fuit proprio nomine ; fortasse , quia apud Medos , sive Babylonios & Persas , erat celeberrimus .

*Gentibus* , &c. Victum , & domitum pariter cum Parthis , Scythiis , Armeniis .

*Volvere* , &c. Refert ad vocem , quæ præcessit , *cantemus* . Dicamus illud flumen , quasi pudore suæ cladis , & dolore affectum , lenius , & minori cum pompa fluere , nec tantos undarum vortices volvere .

*Intraque præscriptum* . Subaudi , spatium . Dicamus Gelonos , intra terminos sibi ab Augusto definitos se continere , neque ultra campos exiguos excurrere , & equitare , quos ne præterirent , vetuit . Geloni autem sunt Scythiarum Populi , qui se in Armeniam effuderant .

## O D E VII.

*Deligenda mediocritas : animi æquitas ubique  
 retinenda .*

**R**ectius vives , Licini , neque altum  
 Semper urgendo , neque , dum procellas

*Rectius* . Tutius , tranquillius .

*Licini* . Scripta fuit hæc Ode ad Licinium Varronem Muranum , ut habent opti-

mi codices . Is fuit frater Terentii , uxoris Mæcenatis , & Proculeji , de quo mentio fit Ode 2. hujus libri . Licinii bona fisco addicta fuerunt .  
 quod

**Cautus horrescis, nimum premendo**

**Littus iniquum.**

**Auream quisquis mediocritatem**

**Diligit, tutus caret obsoleti**

**Sordibus tecti, caret invidenda**

**Sobrius aula.**

**Sæpius ventis agitur ingens**

**Pinus, & celsæ graviore casu**

**Decidunt turres, feriuntque summos**

**Fulmina montes.**

**Sperat infestis, metuit secundis,**

**Alteram sortem bene præparatum**

**Pectus; informes hyemes reducit**

**Jupiter, idem**

**Summovet. Non, si male nunc, & olim**

**Sic erit. Quondam cithara tacentem**

quod partes Resp. contra Augustum secutus fuisset: eum Horatius prudenter consolatur. Idem postea in Augustum cum Fancio Crispione conjuravit, anno U. C. 731. Ita que circa hunc annum Oden istam fuisse scriptam apparet, paulo ante initam ab eo conjugationem.

*Altum urgendo.* Si navim in medium, & profundum mare propellas, idest, excelsa & magnifica confectis, honores ambias, &c.

*Procellas.* Idest, pericula, quibus honores obsepti sunt,

*Premendo.* Legendo, stringendo.

*Iniquum.* Asperum, periculosum, ob vada, & saxa, idest, non amplectendo semper humilia, & ablecta cum detrimento dignitatis, metu periculorum, quæ magnis opibus, & honoribus adjuvata sunt.

*Auram.* Pulchram, pretiosam.

*Ceres obsoleti, &c.* Ille

domum non habet sordidam, & neglectam, neque altam, & magnificam, cui invideri possit: sic ista tua sobrietas, ac temperantia tutum te, & ab invidiæ periculis, & ab avaritiæ sordibus, incommodisque præstat.

*Sperat, &c.* Pectus bene præparatum, idest, animus, sive homo ad utramque fortunam comparatus, moderatus, & sapiens in rebus infestis & adversis, sperat alteram sortem, hoc est, fortunam prosperam; & in secundis metuit alteram sortem, nempe fortunam adversam; eoque sibi metu ab insolenti lætitia temperat.

*Summovet.* Abigit, abducit, succedente vere.

*Non si, &c.* Si est tibi male nunc; non sic, idest, non eodem modo, non item male erit olim, idest, postea, in posterum.

*Quondam, &c.* Apollo non semper exitialem arcum tendit, ut hominem interficiat, sed

Suscitat Musam, neque semper arcum

Tendit A pollo.

Rebus angustiis animosus, atque

Fortis appare: sapienter idem

Contrahe vento nimium secundo

Turgida vela.

sed interdum cithara canit, & feriatur cum Musis. Sol, immodico calore pestem, & perniciem afferens terris, arcu lethali uti dicitur ab Homero.

*Suscitans Musam.* Silentes Musas, & quasi dormientes excitat, & ad canendum exemplo provocat.

*Contrahe, &c.* Debes contrahere, & colligere. Nautæ, quando ventum, licet secundum & faventem, vehementiorem tamen vident, contrahunt vela: sic tu si sapias, te comprimis in rebus secundis, nec plus justo intumesces, ac faventi fortunæ non nimis credes.

### O D E V I I I.

*Omittendæ curæ inutiles: genio tantisper indulgendum.*

**Q**uid bellicosus Cantaber, & Scythes,  
Hirpine Quinti, cogitet, Adria

Divisus objecto, remittas

Quærere; nec trepides in usum

Poscentis xvi pauca. Fugit retro

Levis juvenus, & decor, arida

Pellente lascivos amores

*Cantaber.* Hispania populus ab Agrippa domitus, anno ab U. C. 734. Octo post annis circiter, Scythæ bellum moverunt. Vide Oden. 4. hujus libri. Scythæ sunt populi Europæ, ad Septentrionem, ubi nunc est Polonia, Moscovia, &c.

*Objecto.* Mare Adriaticum, quasi vallum est objectum Scythis, ne impetum faciant in Italiam. Est Adria, sive Hadria, sinus maritimus inter Dalmatiam, & Italiam; ita dictus ab herbe ejusdem

nominis, in intimo sinu prope Venetias posita.

*Cogitet.* Moliatur in Romanos; quæ bella meditetur.

*Remittas.* Parcas, fugias: noli quærere.

*Nec trepides.* Ne trepide, & anxie sis sollicitus.

*In usum, &c.* Id est, ad comparandas res utiles, & necessarias vitæ, & naturæ, quæ pauca poscit, exiguo contenta est.

*Levis.* Inconstans, stare diu, ac durare nescia.

Canitie, facilemque somnum :

Non semper idem floribus est honos  
Vernis; neque uno Luna rubens nitet  
Vultu. Quid æternis minorem

Consiliis animum fatigas?

Cur non sub alta vel platano, vel hæc  
Pinu. jacentes sic temere, & rosa

Canos odorati capillos,

Dum licet, Assyriaque nardo;

Potamus uncti? Dissipat Evius

Curas edaces. Quis puer ocyus.

Restinguet ardentis Falerni.

Procula prætereunte lymphis?

*Canitie.* Senectute, que quia ficcior est, somnum diffusilloreum facit: is enim humidis vaporibus maxime afficitur & fovetur.

*Honos.* Pulchritudo.

*Quid æternis, &c.* Ordo est: quid fatigas, & vexas animum tuum æternis consiliis, quibus minor, & impar es? Vocat æterna consilia ea, quibus in futurum tempus infinitum prospiciunt homines, quasi semper victuri, cum vita, & mens humana illis impar, & minor sit: vita enim brevis est; animi vero consilia morte disturbantur.

*Sic temere.* Ut casus tude-

rit, ut cuique libuerit.

*Canos.* Eret enim jam senior Horatius, quem hæc scriberet; annos natus 50., aut amplius.

*Odorati.* Habentes capillos rosæ odoriferis coronatos.

*Dum licet.* Per valetudinem, per ætatem.

*Nardo.* Unguenti pretiosissimus est, confectum e nardo, planta Indica; que in Syriam advecta, inde Romam deferrebat.

*Evius.* Bacchus.

*Restinguet pocula.* Vinum Falernum temperabit, aqua admixta.

*Prætereunte.* Petita e vicino fonte, vel fuvio.

## O D E I X.

Mæcenatis Uxorem laudat.

**N**olis longa feræ bella Numantia;  
Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare.

*Nolis, &c.* Ne me jubent aptare modis citharæ, id est lyricis modis & versibus canere bellum Numantinum, nec

*Longa.* Quæ 9. annos tenuere.

*Numantia.* Urbs erat Hispaniæ a Scipione Africano

Pœno purpureum sanguine, mollibus

Aptari citharæ modis :

Nec sævos Lapithas, & nimium mero

Myzæum ; domitosque Herculeæ manu

Telluris juvenes, unde periculum

Fulgens contremuit domus

Saturni veteris. Tuque pedestribus

Dices historiis prælia Cæsaris,

Mæcenæ, melius, ductaque per vias

Regnum colla minantium,

Me dulcis dominæ Musa Lycimniæ

excisa, postquam omnes ejus cives, nullo superstitute, sibi necem conscivissent an. U. C. 622. ab eversa per eundem Scipionem Carthagine an. 24.

*Hannibalom.* Qui causam, & initium dedit bello Punico secundo, ann. U. C. 536. ac post varias clades Romanis illatas, redire coactus est in Africam, quo bellum Scipio transportaverat : ibi ab eodem victus, ad Antiochum Syriæ, tum ad Prusiam Bithiniæ Regem fugit, apud quem, quum ne se quidem tutum putaret, sibi veneno mortem attulit, an. U. C. 571.

*Sicisum mare, &c.* Siculi a Romanis sæpe, in primis bello primo Punico, victi navalibus præliis fuere.

*Lapithas.* Thessalici populos, de quibus vide libri primi Oden. 16.

*Nimium mero.* Vino largitus hausto ferum, & impotentem : erat Hyæus unus e Centauris.

*Telluris juvenes, Gigantes;* maxime vero duos. Othum, & Ephialtem, cæteris audacioribus. Videtur Brutum, & Cassium istis verbis adumbrare, de quibus iterum agit satius eadem allegoria in

lib. 3. Ode 4. de Gigantibus, & Saturno, vide lib. 1. Metamorph.

*Unde.* A quibus Gigantibus.

*Domus Saturni.* Coelum. Vetus dicitur Saturnus, qui Deorum antiquissimus.

*Pedestribus historiis,* Prosa scriptis. Oratio solata pedestris dicitur, quia, licet suorum quoque numeros & pedes habeat, non tamen habet ita sonantes, ac distinctos, ut Poetica, quæ non tam irrepedibus, quam cothurnis uti, & persultare quodammodo videtur.

*Per vias.* Romæ, maxime per viam sacram, per quam in Capitolium triumphantes vehebantur. Hinc intelligas hanc Oden non nisi post annum ab U. C. 723. fuisse scriptam, quo anno tertibus deinceps diebus Augustus triumphavit, prima die de Dalmatis; altera, de Antonio & Cleopatra; tertia, de Egypto.

*Dominæ.* Uxores vocari solebant dominæ, ut e sexcentis Ovidii, & aliorum locis patet. Fuit illa Lycimnia uxor Mæcenatis, Proculeii, & Murræ soror.

Me,

Cantus, me voluit dicere lucidum

Fulgentes oculos, & bene mutuis

Fidum pectus amoribus:

Quam nec ferre pedem dedecuit choris;

Nec certare joco, nec dare brachia

Ludentem nitidis virginibus, sacro

Dianæ celebris die.

Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,

Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,

Permutare velis crine Lycimniæ,

Plenas aut Arabum domos?

*Me, &c.* Ordo est: *Musa* me voluit dicere, & omnis bellicis argumentis, celebrare potius Licimniæ canoram vocem, formam, fidelitatem.

*Lucidum.* Pro, lucide: neutra enim adjectivorum apud Latinos, itidem ut apud Græcos, sæpe usurpantur pro adverbis; sic, dulce ridens, pro dulciter, torva tuens, pro torve, &c.

*Quam, &c.* Quæ maxima cum dignitate saltat in choris, jocatur in circulis, cum virginibus movetur ad nume-

rum, consertis in orbem brachiis, in Dianæ festis.

*Ludentem.* Saltantem. Sic Virgilius dixit, ludere in numerum, pro saltare.

*Nam tu, &c.* An velles dare, & permutare omnia, quæ Achæmenes (Rex Persarum ditissimus) olim obtinuit, & possedit, aut opes Mygdonis Regis Phrygiæ, aut Arabum divitias, pro uno Lycimniæ crine? Certe mallet unum ejus crinem, quam ille omnia. Phrygiæ, Arabiæ, regiones Asiæ.

## O D E X.

*Dire in arborem, cujus casu penè oppressus fuerat.*

**I**lle & nefasto te posuit die,  
Quicumque primum, & sacrilega manu

*Ille, &c.* O arbor, quicumque te sacrilega manu plantavit, in exitium & opprobrium pagi, ille & te infausto die posuit, & ut opinor, parentis sui cervicem fregit, &c.

*Nefasto die.* Infelici, funesto. Apud Romanos alii dies

fasti dicebantur, si scilicet, quibus lites agi fas erat, alii nefasti, quibus forum clausum, nec Prætor, seu Jdex Urbanus fari poterat, & uti suis illis solemnibus verbis, *do, dico, addico.* Nefastus dies sæpe accipiebatur pro funesto.

*Pro-*



Produxit arbos, in nepotum

Perniciem, opprobriumque pagi:

Illum & parentis crediderim sui

Fregisse cervicem, & penetralia.

Sparsisse nocturno cruore.

Hospitis: ille venena.

Colchica, & quidquid usquam concipitur nefas;

Tractavit, agro qui statuit meo.

Te, triste lignum, te caducum.

In domini caput immerentis.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis.

Cautum est in horas. Navita Bosphorum

Pœnus perhorrescit, neque ultra.

Cæca timet aliunde fata.

Miles sagittas, & celerem fugam.

Parthi; catenas Parthus, & Italusa.

Robur; sed improvisa lethi

Vis rapuit, rapietque gentes.

Quam pene furvæ regna Proserpinæ,

*Produxit*. Sevit, eduxit, protulit.

*Fregisse cervicem*. Galam fregisse, strangulasse.

*Penetralia, &c.* Interiorum partem domus nostræ inquinasse sanguine hospitis a se occisi. Jus hospitii maxime sanctum habebatur: itaque gravissimum erat scelus necare hospitem.

*Illum &c.* Istud &, refertur ad primum &, possum in primo versu primæ strophæ. Duo dicit Horatius: satam arbore die infauiste: deinde satam ab homine scelerato, parricida, venefico.

*Colchica*. Colchis est Asia regis, prope Pontum, ubi venena præstantissima nascuntur.

*Caducum*. Quod cecidisti.

*Cautum est*. Provisum est.

*In horas*, Horis singulis.

*Pœnus*. Carthaginensis: pro quolibet ponitur navita.

*Bosphorum*. Est fretum angustum, & periculosum, inter Mare Ægeum, & Propontidem: Hælespontus alio nomine. Non procul abest alius inter Propontidem, & Pontum Euxinum, Bosphorus Thracius dicitur. Denique est Bosphorus Cimmericus, inter Pontum Euxinum, & Mæotidem paludem.

*Utra*. Præterea.

*Cæca*. Inexpectata, ignota.

*Fugam*. Simulabant fugam Parthi, & inter fugiendum arcu converso in hostem, ex humeris tela jaculabantur, quibus persequentes enecabant.

*Improvisa*. Quam nemo certe potest prævidere, & prospicere.

*Quam pene, &c.* Nihil propius factum est, quam ut istius arboris casu interirem.

*Proserpina*. Uxor Plutonis, Cereris filia.

*Et*

Et judicantem vidimus Æacum,  
Sedesque descriptas piorum, &  
Æoliis fidibus querentem

Sappho puellis de popularibus!

Et te sonantem plenius aureo,

Alcæ, plectro, dura navis,

Dura fugæ mala, dura belli!

Utrumque sacro digna silentio

Mirantur umbræ dicere: sed magis

Pugnas, & exactos tyrannos.

Densum humeris bibit aure vulgus:

Quid mirum, ubi illis carminibus stupens.

Demittit atras bestia centiceps

Aures; & intorti capillis.

*Æacum*. Tres erant apud Inferos noti iudices: Minos, Æacus, & Radamanthus.

*Sedes piorum*. Campos Elysiæ.

*Descriptas*. Illis a Plutone attributas. Legitur etiam, *discretas*, id est, disjunctas, & separatas ab impiorum sedibus.

*Æoliis*. Sappho fuit Poëtria, oriunda e Lesbo insula, in qua urbes quædam Æolicæ ditionis erant, itaque idem est hic Æoliis atque Lesbii. Æoles autem Græciæ populi fuerunt, qui, relicta patria, transierunt in Mysiam, regionem Asiæ minoris, inter Troadem, & Joniam, ibique 12. urbes condidit.

*Sappho*. Est accusativus Græcæ: Sapphonem.

*Querentem*. Ab iis enim multa in Sappho dicta erant contumeliose.

*Popularibus*. Eiusdem populi, & loci.

*Sonantem. Canentem. Plenius*. Alcæus habet stylum grandiore, & plenior, quam Sappho; agit enim de

rebus bellicis, & ipse gravia cum patriæ suæ tyrannis bella gesserat, interdum victor, interdum coactus fugere, &c.

*Alcæo*. Fuit Alcæus Poëta Lyricus, ejusdem insulæ ac Sappho, & urbis Mitylenæ Civis, in eadem insula.

*Mala*, Quæ ipse vivus pertulerit.

*Utrumque*. Sapphonem, & Alcæum.

*Sacro*. Religioso, quædam res & sacra audiuntur.

*Exactos, &c.* Pulsos. Attentius audiunt Alcæum, propter argumenti, quod canit, gravitatem, cum describit pulsos e Lesbo Tyrannos, &c.

*Densum humeris*. Habens humeros densatos, & pressos, ut sit in conferta multitudine.

*Bibit aure*. Audit avidè.

*Quid mirum, &c.* Non est mirum illos audiri tam attentè ab umbris Inferorum, siquidem ipse Cerberus, &c.

*Centiceps*. Tria vulgo capita Cerbero assignant Poëtæ; interdum centena.

Eu-

Eumenidum recreantur angues?

Quin & Prometheus, & Pelopis parens

Dulci laborum decipitur sono;

Nec curat Orion leones,

Aut timidos agitare lyncas.

*Eumenidum*. Furiarum. Græca dictio Eumenides sonat *propitia*, *placabiles*, & per antiphrasim de furiis dicitur, quæ minime tales sunt, sed infestæ, & implacabiles.

*Prometheus*. Japeti filius qui quod ignem hominibus a Diis iratis ereptum restituisset, admota ad currum Solis tæda, detrusus est ad Inferos; ubi vultur ejus jecur immortale rodit.

*Pelopis parens*. Tantalus, qui mediis in aquis sitit. Od. 2. lib. 1.

*Dulci*, &c. Ordo est: la-

borum decipitur, id est, obliviscitur, seu nullo suarum pœnarum sensu afficitur, dulci sono, hoc est, ob dulcia Alcæi carmina. *Decipi laborum*, græca locutio est; apud Græcos enim verbum falli, decipi, sumitur pro oblivisci, & genitivo jungitur.

*Orion*. Venator, dum viveret, insignis, eandem artem apud Inferos agitare dicitur, quam tamen libenter omittit, ut Alcæum audiat.

*Lyncas*. Lynx, fera est cer-vo similis, varia & maculosa pelle, oculis acutissimis

## O D E X I.

*Brevitas vitæ; mortis necessitas:*

**E**heu, fugaces, Posthume, Posthume;

Labuntur anni; nec pietas moram

Rugis, & instanti senectæ

Afferet, indomitæque morti.

Non si trecentis, quotquot eunt dies,

Amice, places illacrymabilem

Plutona tauris; qui ter amplum

*Nec pietas*, &c. Tua virtus, et pietas senectutem, et mortem non retardabit.

*Non si*, &c. Non effugies mortem, vel si placare coneris Plutonem sacrificio quotidiano trecentorum bouum. Legendum autem, *trecentis*, non, *tricenis*: nam in, *tricenis*, prima syllaba est longa, ut in voce, *triginta*, ex

qua adjectivum *trecenti* formatum est.

*Illacrymabilem*. Activam ista vox habet hic significationem: nempe lacrymari nescium, indocilem flecti lacrymis.

*Ter amplum*. Tricorporum. Fuit Geryon Hispaniæ Rex, ut ajunt, qui, quod insulas tres, aut tres pro-

Geryonem, Tityonque tristi  
 Compescit unda: scilicet omnibus,  
 Quicumque terræ munere vescimur,  
 Enaviganda, sive Reges,  
 Sive inopes erimus coloni.  
 Frustra cruento Marte carebimus,  
 Fractisque rauci fluctibus Adriæ:  
 Frustra per autumnos nocentem  
 Corporibus metuemus Austrum.  
 Visendus ater flumine languido  
 Cocytus errans, & Danaï genus  
 Infame, damnatusque longi  
 Sisyphus Æolides laboris.  
 Linquenda tellus, & domus, & placens  
 Uxor: neque harum, quas colis, arborum  
 Te, præter invisas cupressos,

vincias obtineret, fictus est a poetis habere tria corpora inter se juncta; ab Hercule occisum ferunt.

*Tityon.* Fuit Tityus unus e Gigantibus, de quo Virg. lib. 6. Ejus præcordia semper renascentia aquila lancinare fingitur.

*Compescit.* Inclusos tenet, prohibetque ne ad superos emergant.

*Unda.* Nempe Styge, et aliis Inferorum fluviiis.

*Enaviganda.* Quam undam omnes debemus enavigare.

*Coloni.* Agricolarum.

*Terræ munere.* Pane, frugibus

*Marte, &c.* A bello abstinemus, et a navigatione.

*Fracti.* Agitati fluctus alidantur, et franguntur ad littora; unde ingens murmur. De Adria, Vide Oden 8. hujus libri.

*Nocentem.* Morbos enim humido calore, et febres affert.

*Metuamus.* Et quantum fieri potest, cavebimus, ne nocent,

*Cocytus.* Inferorum fluvius. *Flumine languido.* Id est fluctu, motu lento.

*Danaïgenus.* Danaides, filie Danaï, quæ, quod suos sponfos, Ægypti patris sui filios interemissent, ea damnatæ pœna sunt, ut aquam immittant in dolium pertinuum. Danaus, et Ægyptus; fratres fuerunt Beli Regis Ægypti. Danao 50. erant filii, Ægypto filii totidem; qui filias Danaï duxerunt, et ab iis omnes prima nuptiarum nocte sunt cæsi, præter Lynceum, cui peperit Hypermetra. Vide Oden 8. lib. 3.

*Sisyphus.* Æoli filius, latrocinii infamis in Tartaro saxum in cacumen montis propellit, quod semper sua sponte devolvitur, longo labore, et irritò.

*Laboris.* Verba accuandæ et damnandæ cum genitivo etiam ponuntur: damnari labore, et laboris.

*Cupressos.* Cupressini rami sigebantur pro foribus ejus de-

Ulla brevem dominum sequetur :  
 Absumet hæres cæcuba dignior  
 Servata centum clavibus, & mero  
 Tinget pavementum superbum.  
 Pontificum potiore cœnis.

dõmus, in qua quis diem obiisset: eodem ligno cada-vera cremabantur. Cæsa cupressus non revirescit, aut repullulat: ita mortuus homo non reviviscit. Hinc adhibita hæc arbor in funeribus.

*Brevem.* Brevi tempore viventem.

*Cæcuba.* Vitis generosa, nata in Cæcubis agris Campaniæ in Italia.

*Dignior.* Te dignior, quippe, qui utatur bonis, quibus tu male parcis.

*Tinget, &c.* Effundet in pavementum, et disperdet.

*Superbum.* Ex tessellis, marmore, &c. compositum. Melius legere *superbum*, quam *superbo*, ne duplex epithetum vino addatur.

*Potiore cœnis.* Præstantiore vino, quam quod in cœnis pontificum apponitur. Sallios intelligit, qui laute admodum, certis præsertim diebus, epulabantur. Vide Oden 20. lib. I.

## O D E. XII.

*In sæculi sui luxum,*

**J**AM pauca aratro jügera regis  
 Moles relinquent: undique latius  
 Extenta visentur Lucrino  
 Stagna lacu, platanusque cœlebs  
 Evinct ulmos: tum violaria, &  
 Myrtus, & omnis copia narium,

*Jam pauca, &c.* Edificia superba, magnis molibus, ac substitutionibus, Regiarum instar ædium, extructas, relinquent brevi pauca, quæ arari possint, jügera.

*Lucrino lacu.* Erat in sterno Bajano, prope lacum Avernum.

*Cœlebs.* Quæ vitibus non maritatur: sterilis:

*Evinct.* Emovebit, loco cedere coget, honore ac numero superabit ulmos: quæ quia fecundis vitibus socian-

tur, ulteriores sunt platanis, quæ opacitati, & umbræ tantum serviunt.

*Violaria:* Loca violis consita.

*Myrtus.* Est in plurali nominativo, quartæ declinationis: eadem vox alias secundæ quoque declinationis est. Hic autem ultima produci debet: atque adeo est quartæ. Legitur tamen in multis codicibus: *tum violaria, myrtusque, & omnis &c.*

Co-

Spargent olivetis odorem,  
 Fertilibus domino priori.  
 Tum spiffa rami laurea fervidos  
 Excludet ictus. Non ita Romuli  
 Præscriptum, & intonsi Catonis  
 Auspiciis, veterumque norma.  
 Privatus illis centus erat brevis,  
 Commune magnum: nulla decempedis  
 Metata privatis opacam.  
 Porticus excipiebat Arcton.  
 Nec fortuitum spernere cespitem.  
 Leges sinebant: oppida publico.  
 Sumptu jubentes, & Deorum  
 Tempa novo décorare saxo.

*Copia narium.* Opes, ac divitiæ narium, nempe fibres, qui naves juvant, beantque, unde recte & pulchre dici possunt, more ac jure poetico, opes narium.

*Olivetis.* In locis, quæ prius oleis erant confita, & fertilia, ac proinde utilia domino priori, nempe agricolæ cuiuspiam, aut civi, qui eas conferat oleis.

*Laurea:* Laurus.

*Ictus.* Solis radios ardentes.

*Intonsi.* Impexi, & inculti, alieni ab omni luxu.

*Auspiciis.* Legibus, quæ captis prius auspiciis ferebantur, vel consiliis & auctoritate; auspex enim is dicebatur, cujus ductu, & auctoritate fiebat aliquid.

*Norma.* Consuetudine veterum, & moribus, qui recta nobis vivendi norma, & regula esse debent.

*Census.* Opes, res familiares.

*Communis.* Publica res, vides, opes publicas, & communes.

*Magnum.* Erat splendidum, & amplum.

*Decempedis, &c.* Decem-

peda est pertica, seu mensura 10. pedum; vocat illas privatas, quasi diceret, non habebant privati, ut munus sit, porticus opposita Septentrioni, & decempedis metatas.

*Metata.* Emensa, mensurata.

*Opacam.* Id est umbrosam, quia porticus Septentrioni obversa erat, unde Sol meridians illam porticum non videbat.

*Arcton.* Significat ea vox proprie Ursam, signum Septentrionale: in hoc vero loco significat ventum frigidum a Septentrione, & Arctio flantem, quo æstivi calores lenirentur, cui obversa erat porticus, ut exciperet auram frigidam.

*Nec, &c.* Leges jubebant non spernere cespitem fortuitum: id est, jubebant adhiberi, & præferri sumptuosius lectis ac sedilibus cespitem forte oblatum, humum nudam, & gramineam, in qua jaceres, vel sederes, dormires &c.

*Tempa, &c.* Nitido, recens

gens lecto saxo templa ex- vum decus saxeis ornamen-  
truers, vel, jam extructis no- tis, v. g. marmoreis, addere.

## O D E XIII.

*Animi tranquillitatem non opibus, aut honoribus;  
sed eorum contemptu comparari.*

**O**tium Dives rogat in patenti  
Prensus Ægæo, simul atra nubes  
Condedit Lunam, neque certa fulgent  
Sidera nautis:

Otium bello furiosa Thrace,  
Otium Medi pharetra decori,  
Grosphæ, non gemmis, neque purpurâ ve-  
Nale, nec auro.

Non enim gaze, neque consularis  
Summovet licitor miseros tumultus  
Mentis, & curas laqueata circum  
Tecta volantes:

Vivitur parvo bene, cui paternum

*Prensus.* Homo, nauta, tem-  
pestate subita deprehensus in  
vasto mari.

*Ægæo.* Mare Ægæum est  
inter Græciam, & minorem  
Asiam.

*Simul.* Simulatque, post-  
quam.

*Certa.* Quæ illius cursum  
certo regere possint, quæ cer-  
to, & constanter appareant.

*Otium, &c.* Subaudi, ro-  
gat Deos. Thrace autem idem  
est, ac Thracis, Europæ re-  
gio, supra Græciam, & Ægæ-  
um mare sita, belli artibus  
clara. Sensus est, Thraces o-  
tium pariter expetunt.

*Medi.* Prope Persidem ha-  
bitabant in Asia.

*Venale.* Quod otium emi  
non potest gemmis, auro, &c.

*Grosphæ.* Opes. Proprie vox  
ea significat Persarum the-

saarium.

*Licitor.* Erat publicus mi-  
nister, qui Magistratibus præse-  
bat, ac fasces præferabat, &c.  
Illius munus erat submovere  
populum, ut eunti Consuli  
via pateret, tumultum cohi-  
bere, &c.

*Tumultus mentis.* Metus,  
solicitudines.

*Laqueata.* Laquearibus pi-  
ctis, aureis, ornata, id est,  
domos divitum.

*Vivitur, &c.* Ordo est, ab  
illo vivitur bene, seu beate,  
in modica re familiari, &  
parvo sumptu, cui est sali-  
num paternum mundum &  
nitidum, in tenui, & fruga-  
li mensa. Ille vivit felix qui  
contentus est parvis opibus &  
parentibus acceptis, qui so-  
berius, ac temperans est.

*Salis*

Splendet in mensa tenui salinum:  
Nec leves somnos timor, aut cupido  
Sordidus aufert.

Quid brevi fortes jaculamur ævo  
Multa? Quid terras alio calentes  
Sole mutamus; patriæ quis exul  
Se quoque fugit?  
Scandit æratas vitiosa naves  
Cura, nec turmas equitum relinquit;  
Ocyor cervis, & agente nimbos  
Ocyor Euro.

Lætus in præsens animus, quod ultra est;  
Oderit curare, & amara lento  
Temperet risu: nihil est ab omni  
Parte beatum.

Abstulit clarum cita mors Achillem;  
Longa Tithonum minuit senectus:

*Salinum.* Vasculum salis. In mensis veterum præcipua quadam religione sal apponebatur, & facer esse putabatur. Ponitur hic salinum, pro cætera supellectile.

*Splendet.* Significat ea vox hominem ita frugalem, ut fordidus, & immundus non sit.

*Cupido sordidus.* Avaritia.

*Quid brevi, &c.* Cur in tanta vitæ brevitate, multa fortiter & animose, quasi diu victuri, molimur & destinamus? Cur cogitationes, ac desideria, ut jacula, in multis res intendimus?

*Quid terras, &c.* Cur, quæstum, & lucri scilicet causa, migramus in longinquas oras calidiores, aut frigidiores, ubi Sol proinde alius videtur esse, atque est in patria nostra, quam relinquimus?

*Quis exul, &c.* Quis patriam fugiens, & voluntarium quodammodo exilium suscipiens, se quoque, suas cupiditates, & curas fugere

potest? Nemo certe. Cum patriam quis relinquit, sequuntur eum curæ, & in eandem cum eo navim scandunt, &c.

*Æratas, Rostas* navium, seu prors, & anteriores partes, arte, & ferro muniebantur.

*Vitiosa.* Vitiorum, & malarum cupiditatum proles, & comes.

*Nec turmas, &c.* Nam, ut ait alibi, *Post equitem sedes atra cura.*

*Agente, &c.* Nubes propellente. Est Eurus ventus flans ab Oriente.

*Lætus, &c.* Animus sit contentus præsentibus, & lætus sua sorte, quæcumque obtigerit.

*Quod ultra est.* Quod futurum est.

*Oderis.* Fugiat, caveat.

*Achillem.* Vide lib. I. Odif. 57. 9. 13.

*Tithonem.* Fuit Tithonus Auroræ maritus, cui cum vitam longissimam, imo ipsam



Et mihi forsā , tibi quod negarit ,  
Porriget hora .

Te greges centum , Siculæque circum  
Mugiunt vaccæ ; tibi tollit hinnitum  
Apta quadrigis equa ; te his Afro  
Murice tinctæ

Vestiunt lanæ : mihi parva rura , &  
Spiritus Grajæ tenuem Camœnæ  
Parca non mendax dedit , & malignum  
Spernere vulgus .

*Immortalitatem* Uxor a Jove exorasset , gravi , & molesta senectute confectus est ; itaut , exsiccato corpore , membrisque contractis , ab eodem Jove petierit , ut in cicadam mutaretur .

*Porriget hora* . Occasio , tempus . Data occasione fortunas , & commoda forte consequar , quæ tu frustra speraveris , & quaesieris .

*Te greges , &c.* Ordo est : circum te mugiunt centum greges .

*Sicula* . Pingues : quia in Sicilia erant læta pascua , vel quia Grosphus ipse agros in Sicilia habebat .

*Tibi , &c.* In tua commoda hinniens equa , vel equa plurima in tuis gregibus tibi hinniet , quippe quæ tua sit .

*Quadrigis* . Quadriga est currus , quem trahunt quatuor equi : Quadrigis vulgo utebantur in Circo , ad certamina curulæ .

*Murice* . Pisciculo , cujus sanguine , aut tabo , sit pur-

pureus color , qui ut esset vividior , & duratior , his eolanæ tingebantur . In Africa autem littore murices optimè capiebantur , ut in Tyrio .

*Rura* . Villam in agro Sabino .

*Spiritus , &c.* Ingenium aptum ad lyricos versus , Græcorum exemplo faciendos . Alcaeus enim , & alii , quos imitatus est Horatius , Græci erant . Est autem hic ordo : mihi Parca dedit parva rura , & spiritum Grajæ Camœnæ . Eadem mihi dedit spernere vulgus , hoc est , hanc mihi facultatem & laudem tribuit , ut a vulgo dissentiam , ejus de me opinionem spernam .

*Non mendax* , Quæ meis votis responderi , vel quæ falli non potest , si quid statuerit : itaut tali sit quisque indole ac ingenio , quasi eum esse Parcæ voluerint , neque alio esse possit , quam illæ statuerint .

## O D E X I V.

*Mæcenatem, de morborum & senectutis incommodis querentem, consolatur: eique se superstitem fore negat.*

**C**UR me querelis exanimas tuis?  
 Nec Diis amicum est, nec mihi, te prius  
 Obire, Mæcenas, mearum  
 Grande decus columenque rerum.  
 Ah! te mea si partem animæ rapit  
 Maturior vis, quid moror altera,  
 Nec carus æque, nec superstes  
 Integer? Ille dies utramque  
 Ducet ruinam. Non ego perfidum  
 Dixi sacramentum: ibimus, ibimus;  
 Utcumque præcedes, supremum  
 Carpere iter comites parati.  
 Me nec Chimææ spiritus ignem,

*Querelis.* Mæcenas, cum incommoda uteretur valetudine, queri solitus erat de morbi, vel etiam de vitæ diuturnitate, quæ molesta ægrotis, aut parum valentibus esse solet.

*Amicum est.* Gratum est. *Partem animæ.* Virgilium alibi vocat animæ dimidium suæ.

*Maturior vis.* Mors maturior, quam mea, vel semper maturior, quam Republicæ utilitas postulet.

*Quid moros, &c.* Cur vivere diutius amem ego, qui non ero deinceps, postquam scilicet vivere desieris, æque charus Augusto, & Romanis, ac sum, dum vivis tu, qui es præsidium, & dulce decus meum, vel qui non sum mihi ipsi æque charus, atque tu mihi es.

*Altera.* Ego altera pars animæ meæ, cum tu altera sis. *Nec superstes integer.* Et qui non sum futurus integer, si superstes sum, si te extincto, pergam vivere, siquidem dimidiam animæ meæ partem, te mortuo, perdam.

*Utramque, &c.* Utramque, te & me, seruet, obruet, sepeliet.

*Non ego, &c.* Non temere juravi, non animo perfido, & pejerare volens promissi, nos una lituros ad tumulum.

*Sacramentum.* Proprie est juramenti formula, quam dicunt milites, cum nomen militiæ dant.

*Utcumque.* Quodcumque.

*Præcedes.* Prior e vita migrabis.

*Chimære.* Fuit mons in Ly.

Nec, si resurgat centimanus Gyas, |  
 Divellet unquam; sic potenti  
 Justitiæ, placitumque Parcis,  
 Seu Libra, seu me Scorpis aspiciet  
 Formidolosus, pars violentior  
 Natalis horæ, seu tyrannus  
 Hesperiz Capricornus undæ,  
 Utrumque nostrum incredibili modo  
 Consentit astrum. Te Jovis impio  
 Tutela Saturno refulgens  
 Eripuit, volucrisque fati  
 Tardavit alas, cum populus frequens  
 Lætum theatris ter crepuit sonum;  
 Me truncus illapsus cerebro

**Lycia flammæ evomens:** monstrum fixerunt Poetæ capite leonino, caprino ventre, draconis cauda.

**Spiritus.** Halitus, flatus.

**Gyas.** Unus e Gigantibus, quem centum habuisse manus fingunt Poetæ.

**Divellet.** A te separabit.

**Justitiæ.** Quasi postularet æquitas ac justitia, ut duo amici conjunctissimi non nisi eodem tempore moreremur.

**Libra, Scorpis.** Sunt duo signa Cœlestia, septimum, & octavum in Zodiaco.

**Aspicit.** Mihi nascenti præfuit.

**Formidolosus.** Metuendus, gravis.

**Pars violentior, &c.** Qui Scorpis, ex omnibus astris, quæ locum in meo habent horoscopo, (id enim sonat *hora natalis*) est inimicissimum fidus.

**Capricornus.** Signum decimum Zodiaci. Putant astrologi Capricornum Occidentali terrarum parti maxime dominari, vimque in ea suam imprimis exercere, tempesta-

tes excitando, &c. unde dicitur hic tyrannus maris Hesperii, id est, Occidentalis, ab Hespero, stella vespertina.

**Utrumque, &c.** Ordo est: sive ego sub Libra, sive sub Scorpione natus sim, certe astra, quæ nostræ nativitatæ præfuerunt, valde inter se consentiunt. Probat hoc a gemino evento.

**Te Jovis, &c.** Te patrocinium Jovis, oppositi Saturno, morti eripuit.

**Refulgens,** Contra fulgens; radios Saturni radiis oppositos emittens, ejusque vim impiam & malignam refringens ac retundens. Impius Saturnus vocatur, quia liberos devorabat, ut Poetæ canunt.

**Fati.** Mortis. Ereptus e gravi morbo Mœcenas fuerat; idemque paulo post, cum in theatrum prodisset, læta gratulantium civium acclamatione acceptus est. Valetudinem ejus tribuit Horatius Jovis tutelæ.

**Me truncus, &c.** Vide Ode 10. hujus libri.

Suffulerat, nisi Faunus ictum  
 Dextra levasset, Mercurialium  
 Custos virorum. Reddere victimas,  
 Ædemque votivam memento:  
 Nos humilem feriemus agnam.

*Suffulerat.* Procul dubio occidisset.

*Faunus.* Horatius suam salutem ita Fauno tribuit ut astrorum vi benigna factum esse velit, quod servatus a Fauno fuerit, quemadmodum Mæcenatis valetudinem, medicorum ac remediorum ope quasitam, Jovi tribuit. Mentionem porro Fauni facit hoc in loco, quia casus ille arboris contigit ruri.

*Mercurialium.* Eruditorum,

qui sunt in tutela Mercurii; eloquentis præsidis. Faunus autem Mercurii est amissimus, ac Bacchi; cui Baccho chari etiam Poetae sunt.

*Ædemque votivam.* exemplum voto, si convalesceres, promissum.

*Humilem.* Tenuem victimam meis fortunis congruentem.

*Agnam.* Quæ hostia Fauno immolari solita erat.

O D E X V.

*Se parvo contentum vivere; alios mortis instantis oblitos, nullum edificandi, agros continuandi, &c. finem facere.*

**N**ON ebur, neque aureum,  
 Mea renidet in domo lacunar;  
 Non trabes Hymettis  
 Premunt columnas ultima recisas  
 Africa; neque Attali,  
 Ignotus hæres Regiam occupavi:

*Renidet.* Spendet, ridet. Sic alibi dixit, ridet argento domus.

*Lacunar.* Idem est quod laquear.

*Hymettis.* Cæsa in sylvis montis Hymetti in Africa.

*Africa.* In Numidia, ubi marmor eximium.

*Attali.* Fuit ille Pergami in Asia Rex, Eumenis filius; qui cupa sine liberis moriens Romanam populum hæredem

suam instituit, Aristonicus, Eumenis ex pellice filius, invasit Asiam, & Regiam Attali, licet hæres ab eo non dictus: unde gnótus hic ab Horatio vocatur; sed eum Perpenna Consul profligavit anno U. C. 614. Nonnulli hoc interpretantur de ipso populo Romano, qui Attali hæreditatem adiit, ignotus hæres, idest, non propinquus, non affinis.

E L.

Nec Laonicas mihi

Trahunt honestæ purpuras clientæ.

At fides, & ingeni

Benigna vena est: pauperemque dives

Me petit: nihil supra

Deos laceffo, nec potentem amicum

Largiora flagito:

Satis beatus unicus Sabinis.

Truditur dies die,

Novæque pergunt interire Lunæ:

Tu secunda marmora

Locas sub ipsum funus, & sepulchri

Immemor struis domos:

Marisque Baji obstrepentis urges

Summovere littora,

Parum locuples continente ripa.

*Laonicas*. Lanæ tinctas apud Tænarum, Laconicæ in Peloponneso promontorium, ubi eximius capiebatur murex.

*Trahunt*. Nent, ducunt.

*Honestæ clientæ*. Fœminæ honesto loco natæ, quarum ego patronus sum.

*Benigna vena*. Copia non pœnitenda. Ducitur metaphora a fontibus, qui, si uberiorēs sunt, benignâ et divite vena fluere dicuntur: vel a metalis, quorum venæ aliæ latiores et ampliores, aliæ angustiores.

*Me petit*. Me ambit, consulit, colit: ego pauper, ob fidem et ingenium, divitibus in honore et pretio sum.

*Laceffo*. Flagito.

*Amicum*. Mœcenatem.

Vide Od. 8.

*Sabinis*. Villa mea in agro Sabino.

*Truditur*. Expellitur, et decedit, alio die ipsi succedente.

*Tu secunda, &c.* Tu, o

quisquis es, sub ipsam mortem, paulo ante obitum, qui tibi imminet, conducis homines, qui seent tibi marmora, struendis novis domibus.

*Bajis obstrepentis*. Baji alluentis. Ad sinum Bajanum, non procul Neapoli, propter amœnitatem loci, ædes multæ visabantur, a nobilibus extractæ: potest etiam dici mare obstrepere Baji, idest, conqueri, et infremere, quod sua sibi eripiantur littora, et angustiores termini dentur.

*Urges*. Festinas.

*Summovere*. Ulterius protendere, jactis molibus, quæ mare arceant, et removeant; littus vero promoveant, et proferant. Proprie non summoventur littora, sed mare in littore positum, quod proPELLITUR.

*Parum, &c.* Non satis habes, si ripam continenterræ possideas: occupas etiam littus, excluso & emoto mari. Terra continens ea vocatur, quæ insula non est; ter-

Quid, quod usque proximos  
 Revellis agri terminos? & ultra  
 Limites clientium  
 Salis avarus? Pellitur paternos  
 In sinu ferens Deos  
 Et uxor & vir, sordidosque natos:  
 Nulla certior tamen  
 Rapacis Orci sine destinata,  
 Aula divitem manet  
 Herum. Quid ultra tendis? æquæ tellus  
 Pauperi recluditur,  
 Regumque pueris: nec satelles Orci  
 Callidum Promethea  
 Revexit auro captus. Hic superbum  
 Tantalum, atque Tantali  
 Genus coerces: hic levare functum

terra firma, ut vulgus loquitur.

*Pellitur*. A te vicinorum, & clientum agros invadente, pellitur paterna domo, &c.

*Sordidos*. Inopes, & pan-nosos, quippe a te spoliatos, vel pudore, & illuvie fædos, ut agrestium pueruli sunt.

*Nulla, &c.* Ordo est: tamen aula nulla, domus nulla manet, hoc est; expectat divitem herum certior sedes, & aula Orci, seu Plutonis rapacis, ipsi destinata. Quamlibet magnificas & amplas domos ædificet ille dives clientium vexator; tamen nulla domus illi certius obventura est, quam domus Orci, qui omnes ad se rapit, quæ domus finis est, & postrema opinium domorum. Pro sede legunt aliqui, sine; eodem tamen sensu; nempe, quia *mulus*, & *Orci* domus est finis ultimus, & domus postrema mortalibus destinata.

*Tendis*. Moliris: vel cur agros alia alios adjicere pergis?

*Recluditur*. Aperitur. Tu-

mulus Reges, ac pauperes pete inde accipit.

*Satelles Orci*. Charon Inferorum custos, & portitor, ac Plutonis quasi satelles.

*Callidum, &c.* Prometheus callidus dicitur, quia cœlestem ignem astu e Cœlo in terras detulit, inscio Jove: a quo eam ob rem detrusus est in Inferos, & vulturi traditus, fœcunda in pœnas viscera devoranti. Vide Od. 7. lib. 1.

*Tantalum*. Is, p̄m̄ superbia, Deos, quos ad convivium vocaverat, falli a se posse speravit, illisque Pelopem filium suum cæsum, cœtumque apposuit: id revera Cererem latuit, quæ illius humerum comedit, sed Jupiter Pelopem luci redonavit, & loco humeri a Cerere comesti, eburneum ipsi humerum indidit.

*Tantali genus*. Atreum, Thyestem, Agamemnonem. Od. 5. lib. 1.

*Coerces*. Continet, ne fugiant.

Pauperem laboribus

Vocatus atque non vocatus audit.

*Levare, &c.* Charon, vel Mors audit levare, idest, audit ut levet, Græca phrasi, vel vocatus levare, idest, rogatus levare, audit pauperem, &c. præsto est ad levandos pauperes, & liberandos

ab ærumnis, quas perferunt in vita, ab iis vocatur, sive non vocetur, cum contra divites ad graviores tantum pœnas abripiat inventos, & ab iis profecto mors vocatus.

O D E X V I.

*Bacchi laudes.*

**B**acchum in remotis carmina rupibus  
Vidi docentem (credite posteri.)

Nymphasque discentes, & aures  
Capripedum Satyrorum acutas.

Evoe, recenti mens trepidat metu,

Plenoque Bacchi pectore turbidum

Lætatur: Evoe, parce Liber,

Parce gravi metuende thyrso.

Fas pervicaces est mihi Thyadas,

*Acutas.* Ad audiendum erectas: pinguntur Satyri cum auriculis grandioribus, & in scumen desinentibus.

*Evoe.* O Bacche: dictus est Evius, vel Evæus, a Jove, quem rem in Gigantes strenue gereret. Vide lib. I. Oden 16.

*Mens, &c.* Adhuc attonitus sum, & sacro quodam horrore percitus, nempe ob visum Numen.

*Plenoque, &c.* Ordo est: & mens, turbidum (est hic neutrum adverbii loco positum) lætatur pectore pleno Bacchi, quia pectus plenum est Bacchi, seu Baccho, idest, meum pectus infidet, implet Bacchus; & mentem non satis sui compotem, metu, læ-

titiaque perfundit.

*Parce.* Veniam petit, metuens ne quid in Baccho peccaverit, quem aspicere cum Satyris, & audire tam fidenter sit ausus. Vel rogat, ne ab eo agatur in furorem, ac dementiam; quædam enim Numina, ut Diana, Bacchus, Nymphæ, &c. furorem committere putabantur, si quis ea videret. Porro, ut Bacchum iratum quasi demulceat, promittit, se illius laudes cantaturum.

*Liber,* sic vocatur Bacchus, quia magna est in vino libertas, & licentia.

*Thyrso.* Est hasta pampinis involuta, qua Bacchus armatur.

*Fas est, &c.* Quoniam impune

Vinique fontem lactis, & uberes

Cantare rivos, atque truncis

Lipsa cavis iterare mella.

Fas & beatæ conjugis additum

Stellis honorem, rectaque Penthei

Disjecta non leni ruina,

Thracis & exitium Lycurgi.

Tu flectis amnes, tu mare barbarum:

Tu separatis uvidus in jugis

Nodo coeces viperino

Bistonidum sine fraude crines.

Tu, cum Parentis regna per arduum

Cohors gigantum scanderet impia,

pune Bacchum vidi, & ejus  
Numine sum afflatus, licet  
mihi, tuto possum, ejus lau-  
des canere, sacra describere.

*Pervicaces*. Protervas, petulantes.

*Thyadas*. Bacchas, Mæ-  
nadas, a voce Græca, quæ  
significat currere furentis in  
morem.

*Vinique fontem, &c.* Hæc  
omnia Bacchus fecisse dice-  
batur, quum ex Indiis redi-  
ret, in triumphantis morem:  
nempe vini fontes in ficcis  
agris elicuisse, & lactis ri-  
vos, &c.

*Iterare*. Iterum atque ite-  
rum canere, dicendo ingemi-  
nare.

*Conjugis, &c.* Coronam  
nuptialem Ariadnes, quam  
stellis inseruisti, cum illam  
a Theseo desertam duxisti.  
Erat Ariadne filia Minois,  
& Pasiphaæ, cujus ope The-  
seus evasit e Labyrintho Cre-  
tensi. Is eam abductam post-  
modum in insula Naxo de-  
stituit, mox a Baccho in  
uxorem ducta est.

*Penthei*. Pentheus, Rex  
Thebarum, qui Bacchum  
spreverat, a matre, per Bac-

chum in furorcm acta, di-  
scerptus est, & ejus Regia  
eversa.

*Lycurgi*. Rex Thraciæ fuit,  
qui, cum vites tota regione  
jussisset excindi, a Baccho  
in furorcm actus, & oculis  
privatus est.

*Flectis amnes*. Indum, &  
Gangem, fluvios Indiæ, (dæ  
qua Bacchus triumphavit) do-  
mas, & servire tibi cogis.

*Barbarum*. Indicum.

*Separatis*. Remotis, se-  
cretis.

*Uvidus*. Vino madidus.

*Nodo, &c.* Crines Baccha-  
rum, (quæ Bistonides dicun-  
tur). Bistones sunt populi  
Thraciæ vino, & Baccho de-  
diti. Religas serpentibus, &  
in nodum colligis. Mænades,  
& ipse Bacchus, pingebantur  
anguibus coronatæ.

*Sine fraude*. Ita ut illi  
angues nihil nocent Bistoni-  
dibus. Fraus, etiam apud  
Ciceronem, sæpe pro pericu-  
lo, & damno ponitur.

*Parentis*. Jovis.

*Per arduum*. Subauditer,  
per montes alios aliis agge-  
stos.



Rhætum retorsisti leonis

Unguibus, horribilique mala.

Quamquam choreis aptior & jocis,

Ludoque dictus, non fat idoneus

Pugnæ ferebaris: sed idem

Pacis eras, mediisque belli.

Te vidit infons Cerberus aureo

Cornu decorum, leniter atterens.

Caudam, & recedentis trilingui

Ore pedes, tetigitque crura.

*Rhætum.* Unum e Gigantibus.

*Retorsisti &c.* Tu, in leonem conversus, repulisti, & dejecisti Cælo, redire ac fugere coegisti Rhætum, &c.

*Mala.* Maxilla, dentibus leonis, quibus eum lacerasti.

*Quamquam, &c.* Et si vulgo existimatus aptior choreis & jocis dicebaris non adeo esse pugna idoneus; tamen tu idem medius inter bellum, & pacem eras, id est, æque ad utrumque comparatus, & pace & bello bonam te es-

se ostendebas. Vinum. nunc feroces mitigat, nunc mites efferatos reddit.

*Infons.* Tibi ignoxius. Bacchus inferos petivit, ut Ariad-nem uxorem eriperet.

*Cornu decorum.* Baccho dantur cornua, quia vinum robustos, & pugnaces facit.

*Atterens.* Humum idem-tidem cauda terens, & verberans, ut canes dominis blandientes solent.

*Recedentis.* Ex inferis.

*Trilinguis.* Quia Cerberus est triiceps.

## O D E X V I I.

*Horatii in cygnum Metamorphosis, & Immortalitas.*

**N**ON usitata, nec tenui ferar  
Penna biformis per liquidum æthera  
Vates; neque in terris morabor  
Longius, invidiaque major

*Non usitata.* Non mutabor in Cygnum vulgarem, ut plebei Poetæ, non induam breves & humiles pennas, quibus illi solent volare. His verbis ianuit se gloria, & fama ipsos superaturum. Ordo autem est: ego, vates biformis, ferar per æthera, non

usitata, aut tenui penna:

*Biformis.* Ex homine mutatus in Cygnum, qui duplicem formam, seu naturam habuerim, hominis antea, jam alitis, & cygni.

*Invidiaque major.* Superans invidiam. Illis porro solis non invidetur, quorum vir-

Urbes relinquam . Non ego pauperum  
 Sanguis parentum , non ego , quem vocas ,  
 Dilecte Mœcenas , obibo ,  
 Nec Stygia cohibebor unda .  
 Jam jam residunt cruribus asperæ  
 Pelles , & album nutor in alitem  
 Superne ; nascunturque læves  
 Per digitos humerosque plumæ .  
 Jam Dædaleo ocyor Icaro ,  
 Visam gementis littora Bosphori ,  
 Syrtesque Getulas canorus  
 Ales , Hyperboreosque campos .  
 Me Colchus , & qui diffimulat metum  
 Marsæ cohortis Dacus , & ultimi

virtus & gloria , omnium  
 consensu , extra communem  
 sortem & aleam est .

*Relinquam* . Æthera pe-  
 tens .

*Sanguis* . Proles , genus .  
*Quem vocas* . Quem ita  
 compellere soles : O dilecte  
 Horati . Vel : non ego , quem  
 vocas , & familiariter appel-  
 las pauperum sanguinem pa-  
 rentum , & libertino patre na-  
 tum ; ita enim per jocum ,  
 & amicitiam a dilecto Mœ-  
 cenate vocabatur aliquando ;  
 vel quem vocas , idest , quem  
 domum tuam sæpe vocas ,  
 quem adhibes familiariter .

*Nec Stygia* , &c . Non pe-  
 tam Inferos , non moriar .  
 Styx novies interfusa cohi-  
 bet , seu coercet Manes , ne  
 ad Superos regredi possint .

*Residunt* . Adhærescunt .

*Asperæ pelles* . Iustar squa-  
 marum , quibus cygnorum  
 crura integuntur .

*Album alitem* . Cygnum .

*Superne* . Idest , circa su-  
 periores partes : alas & ter-  
 gum , albis decorum plumis ,  
 induo . Legi volunt quidam ,  
*superna* , itaut neutrum sit

plurale , pro adverbio posi-  
 tum , Græco more : sed mi-  
 nus commode : tum ob aspe-  
 riorum pronuntiationem , quæ  
 oriretur ex prima syllaba se-  
 quentis vocis ; tum , quod ul-  
 tima syllaba in *superne* , sit  
 brevis , teste Lucretio .

*Dædaleo* . Filio Dædali , quæ  
 pennas sibi aptavit , &c .

*Visam* . Volando petam .

*Gementis* . Ob procellas , quæ  
 in eo frequentes excitantur .  
 De Bosphoro , vide Od. 10. hu-  
 jus lib. , de Syrtibus , Od. 4.

*Hyperboreosque* . Septentrion-  
 ales . Boreæ subjectos .

*Colchus* . Populus Asiæ ,  
 juxta Pontum , ad quem Ja-  
 son cum Argonautis navigavit .

*Marsæ cohortis* . Marsi er-  
 rant Italiæ populi , qui pe-  
 destri pugna imprimis vale-  
 bant . Cohors est pars legio-  
 nis : legio sex fere militum  
 habebat millia ; in ea cohor-  
 tes erant decem .

*Dacus* . Europæ populus ad  
 Septentrionem : ea regio conti-  
 net nunc Bulgariam , Vala-  
 chiam , Moldaviam , Ser-  
 viam . &c .

Noscent Geloni : me peritus

Discet Iber , Rhodanique potor .

Absint inani funere naniæ ,

Luctusque turpes , &amp; quærimoniæ :

Compesce clamorem , ac sepulchri

Mitte supervacuos honores .

*Geloni* . Scythi erant vicini ad Septentrionem .*Iber* . Hispanus , ab fluvio Ibero sic dictus .*Rhodanique potor* . Galli . Rhodanus fluvius est Gallias Lugdunensis .*Absint* , *Græcè* . Noli , o Mæcenæ , tristibus naniis meum sanus prosequi . Naniæ est ætatis lugubris .*Naniis* . Quia mihi , mutata in cygnum inutile funus eris , ubi nullum cadaver , nullus mortuus ; ero enim immortalis .*Turpes* . Indigni me , qui semper victor sum .*Clamorem* . Magna voce mortuos valere extremum jubebant .

## Q. HORATII FLACCI

## O D A R U M

## L I B E R T E R T I U S .

## O D E L

*Hæc ode varia morum præcepta continet , atque illud in primis , vitam beatam non opibus & honoribus parari , sed sola virtute .***O** Di profanum vulgus , & arceo .  
Favete linguis : carmina non prius*Mitte* . Omitte .*Profanum* . Mysteria veræ virtutis , ac philosophiæ explicaturus , homines pravis opinionibus imbutos , & ad hæc audienda minus idoneos arceo , & secedere jubeo . Profanus proprie dicitur , qui a fano , & sacris arcendus est , non sacer , non religiosus , non initiatus .*Favete linguis* . Audite cum silentio quæ sum dicturus , vos qui non estis profani . Porro hæc verba , *favete linguis* , usurpabantur in sacrificiis ; & iis homines jubebantur silere , & attendere , nihil dicere obscœnum , profanum , mali ominis .*Non prius audita* . Propter rerum , quas continent , digni-

**Audita Musarum sacerdos**

**Virginibus, puerisque canto.**

**Regum timendorum in proprios greges,**

**Reges in ipsos imperium est Jovis,**

**Clari Giganteo triumpho,**

**Cuncta supercilio moventis.**

**Est ut viro vir latius ordinet**

**Arbusta fulcis; hic generosior**

**Descendat in Campum petitor;**

**Moribus hic meliorque fama**

**Contendat: illi turba clientium**

**Sit major. Æqua lege necessitas**

**Sortitur insignes, & imos:**

gnitatem, utilitatem. Sic attentio conciliatur.

*Musarum sacerdos.* Dicuntur poetae Musarum esse sacerdotes, & æditui.

*Virginibus, &c.* Vel, a virginibus, & pueris recitanda, ut eorum animis, adhuc teneris & mollibus, altius inhæreant: vel, ab iisdem audienda diligentius, quibus esse possunt utiliora, & quorum ætas facile ad virtutem fingi & erudiri potest.

*Regum, &c.* Ex illa, que promisit, præcepta, & mysteria. Quorum primum spectat pietatem erga Superos, & Reges: alterum, moriendi necessitatem, &c. Ordo est: imperium Regum est in proprios greges, id est, in populos ipsius subditos; Jovis in Reges: Imperant hominibus Reges, Regibus Deus.

*Clari.* Qui Jupiteri insignem gloriam retulit, Gigantibus dedellatis.

*Est us.* Contigit, ut &c.

*Viro viri.* Alius alio, hic illo.

*Latus, &c.* Agros latiores, prædia latiora possideat, in quibus, per sulcos & scrobes humi factas, arbores in

quincuntem, v. g. digerat, ac describat. Vites maxime intelliguntur, que sulcis, & fossis deponuntur.

*Hic, &c.* Alius quispiam.

*Generosior.* Nobilior clarioris generis, quam sui competitor.

*In campum.* Martium prope Romam ad Tiberium. Eo populus conveniebat ad ferenda suffragia, & creandos Magistratus. Porro cum Roma in collibus, & loco editiore esset posita, descendendum erat in campum Martium, in declivi, & plano loco, ad ripam Tiberis positum.

*Petitor.* Honorum: candidatus.

*Moribus hic, &c.* Alter quispiam contendat, cum æmulis suis, & rivalibus candidatis, melior, id est, præstantior, ob mores, & famam.

*Illi &c.* Ut alios plures habeat clientes. Quinam fiat clientes, qui patroni, sæpe antes dictum.

*Æqua. Æquali.*

*Necessitas.* Fatum, more omnibus obeunda.

*Sortitur.* Sorte quasi jacta deli.

Omne capax movet urna nomen :  
 Districtus ensis cui super impia  
 Cervice pendet, non Siculæ dapes  
 Dulcem elaborabant saporem ;  
 Non avium, citharæque cantus  
 Somnum reducent. Somnus agrestium  
 Lenis virorum non humiles domos  
 Faffidit, umbrosamque ripam,  
 Non Zephyris agitata Tempe.  
 Desiderantem quod fatis est, neque  
 Tumultuosum sollicitat mare,  
 Nec sævus Arcturi cadentis  
 Impetus, aut orientis Hædi :

deligit, & letho destinat : ex  
 urna quasi educit eorum no-  
 mina. Vide lib. 2. Od. 3.

*Imos*. Ignobiles, obscuro  
 loco, & humili natos.

*Capax*. Ampla.

*Urnæ*. Vide lib. 2. Od. 3.

*Districtus*, &c. Nudatus.  
 Ordo est, non dapes Siculæ  
 gustum, & edendi appeten-  
 tiam afferent, aut somnum  
 conciliabunt ei, cui super ca-  
 put pendeat ensis nudus.  
 Respicit historiam Damoclis.  
 Erat ille Dionysii, Siciliæ  
 Tyranni, aulicus, & assen-  
 tator : cujus cum felicitatem,  
 & conditionem præter mo-  
 dum laudaret, Dionysius, ut  
 eum dedoceret, jussit homi-  
 nem accumbere ad regiam  
 mensam, & ut Regem tra-  
 ctari, sed supra illius caput  
 enses nudum, equina seta  
 appensum demitti voluit :  
 quo metu Damocles ita ex-  
 animatus est, ut ne cibos qui-  
 dem attigerit. Vid. Cic. 5.  
 lib. Quæst. Tusc.

*Cervico*, &c. Vel de Da-  
 mocle ipso loquitur, vel de  
 scelerato, & impio quolibet,  
 qui si videret imminentem  
 capiti gladium non secus, ac

Damocles, perturbaretur.

*Sicula*. Instructæ a Dio-  
 nyfio, Rege Siciliæ : vel ex-  
 quisitæ & magnificæ : erant  
 enim Siculi in conviviis lau-  
 tissimi.

*Elaborabunt*. Efficient, pro-  
 vocabunt. Difficultatem, &  
 molem rei vox es indicat.

*Reducens*. Quem metus  
 abstrulit.

*Somnus*, &c. Ordo est :  
 lenis somnus non humiles do-  
 mos virorum agrestium fasti-  
 dit ac spernit, idest, ultro  
 illas subit ac visit.

*Tempe*. Amœnæ valles e-  
 rant, & sylvæ in Theffalia.

*Sollicitas*, &c. Sententia  
 est : eum, qui desiderat, quod  
 ad vivendum satis est, qui  
 parvo contentus est, non sol-  
 licitat, non anxium & sol-  
 licitum reddit mare procello-  
 sum, non terrent procellæ,  
 quia non se committit pericu-  
 losæ navigationi, lucri causa.

*Arcturi*. Est Arcturus fi-  
 gnum Ursam consequens, &  
 quasi ejus custos, quod Græ-  
 ca vox ipsa significat : dici-  
 tur etiam Arctophylax.

*Hædi*. Hædus gemina stel-  
 la est, in sinistra manu Auri-

Non verberatæ grandine vineæ,  
 Fundusque mendax, arbore nunc aquas  
 Culpante, nunc torrentia agros  
 Sidera, nunc hyemes iniquas.  
 Contracta pisces æquora sentiunt,  
 Jactis in altum molibus: huc frequens  
 Cæmenta demittit redemptor  
 Cum famulis, dominusque terræ  
 Fastidiosus: sed timor & minæ  
 Scandunt eodem, quo dominus; neque  
 Decedit ærata triremi, &  
 Post equitem fedet atra cura.  
 Quod si dolentem nec Phrygius lapis,  
 Nec purpurarum fidere clarior

gæ, sive Erichthonii. Cum  
 Hiædi oriuntur, magnas cient  
 procellas; ut Arcturus, cum  
 occidit.

*Mendax.* Sterilis: qui spem  
 agricolæ fallit.

*Arbore, &c.* Arboribus sterilitatis suæ culpam confitentibus, modo in aquas, & imbres nimios, modo in calores ab sideribus agras torrentibus, idest urentibus, profectos, modo in hiemes asperas. Hoc autem arboribus poeta tribuit, quasi essent sensu, & intelligentia præditæ: quod magnam habet in elocutione dignitatem.

*Contracta, &c.* Quæ ob jactas in mare moles, angustiora facta sunt. Queruntur pisces, quod sua regna homines usurpent, &c. Est autem moles pila saxæ.

*Huc.* In altum mare.

*Cæmenta.* Lapidum cæso- rum fragmenta rudia, & impolita; sic vocatur materia illa omnis, quæ ad substructiones, operumque fundamenta, e rudibus saxis plerumque adhibetur.

*Redemptor.* Qui opus ali-

quod faciendum, v. g. domum, aggerem, suo periculo, certa mercede pacta, conducit, & in se recipit.

*Dominus.* Harus aliquis, homo nobilis.

*Terræ fastidiosus.* Qui fastidit terram continentem: & in littore, in mari, sedes extruit, terris non contentus. Vid. Od. 15. lib. 2.

*Minæ.* Forte oblatrantis consentiæ.

*Scandens, &c.* Eundem in locum ascendunt; in mari non minus, quam in terris adsunt.

*Decidit.* Demigrat, abscedit.

*Ærata.* Habente rostrum æreum.

*Post equitem.* In eodem equo cum equite, a tergo equitis hæret.

*Dolentem.* Me aliquo, vel corporis, vel animi dolore affectum.

*Phrygius lapis.* Columnæ marmoreæ, advectæ e Phrygia.

*Nec purpurarum, &c.* Nec usus vestium purpurearum, sideribus micantium.

Delinit usus, nec Falerna.

Vitis, Achæmeniumque costum;

Cur invidendis possibus, & novo-  
Sublime ritu moliar atrium?

Cur valle permurem Sabina.

Divitias operosiores?

*Delinit.* Delotes, & morbos levat.

*Achæmeniumque.* Perfissam ab Rege Persarum Achæmene.

*Costum.* Aromatis genus.

*Invidendis.* Invidiæ obnoxio. Postes sunt januæ lateris; pro tota domo accipiuntur.

*Atrium.* Primus erat locus ædium, & quasi editus ad reliquam domum, arcam

in medio positam interdum, & circum addita ædificia, continens: pro tota domo hic sumitur.

*Cur valle, &c.* Id est, cur vallem, & agrum meum Sabinum, permurem divitiis molestioribus, in quibus conservandis, operæ multum, & curæ consumam? Mutamus enim, quæ adsunt, cum iis quæ absunt. Est igitur hypallage Pœtis usitata.

## O D E I.

*Bellicæ fortitudinis, probitatis, & religiosi  
silentii commendatio.*

**A**ngustam, amici, pauperiem patre  
Robustus acri militia puer  
Condiscat; & Parthos feroces  
Vexet eques metuendus hasta;  
Vitamque sub dio, & trepidis agat  
In rebus, illum ex moenibus hosticis  
Matrona bellantis Tyranni  
Prospiciens, & adulta virgo

*Militia, &c.* In militia: vel qui fiat robustus acri militia, & discipuli. Vocat paupertatem angustam, id est, molestam, laboriosam. Parthos vero pro quibuslibet hostibus ponit, vel quis, quo tempore scripta est hæc Ode, instabat bellum Parthicum. Vide Indic. 2. Odar.

*Sub dio,* Extra domum,

in campo, in castris, &c. *Dium, Divum,* sumitur pro aperto, & patenti aere.

*Trepidis in rebus.* Inter metus, & pericula.

*Matrona, &c.* Uxor alicujus Regis Barbari, qui bellum cum Romanis gerat.

*Adulta.* Ætate provector, nubilis.

*Hæc,*

*Suspiret* : Eheu ! ne rudis agminum

*Sponsus* laceffat *Regius* asperum

*Tactu* leonem , quem cruenta

*Per medias* rapit ira cædes .

*Dulce* , & decorum est pro patria mori .

*Mors* & fugacem persequitur virum ,

*Nec parcat* imbellis iuventæ

*Poplitibus* , timidoque tergo .

*Virtus* , repulsæ nescia sordida , in-

*Contaminatis* fulget honoribus ;

*Nec sumit* aut ponit *securas*

*Arbitrio* popularis auræ :

*Virtus* recludens immeritis mori

*Cælum* , negata tentat iter via ;

*Coctusque* vulgares , & udam

*Eheu* , &c. Verba sunt illius virginis , sponso suo metuentis a Romano juvene : vel matronæ , suo viro timentis .

*Rudis agminum* . Imperitias rei militaris .

*Leonem* . Militem Romanum , instar leonis furentem in acie .

*Et fugacem* . Non tantum quemlibet obviam , non eos tantum , qui fortiter dimicant , sed illos etiam , qui fugiunt .

*Nec parcat* , &c. Interficit etiam imbelles juvenes , qui terga , & poplites vertunt hosti . Est poples genu aversum . Præstat igitur mori fortiter pugnando , quam turpiter fugiendo .

*Virtus* , &c. Est secunda pars Odæ ; laudem virtutis quasi privatæ continens , cum prima commendationem habeat virtutis bellicæ .

*Repulsæ nescia* . Quam nunquam novit turpiter repulsam pati : est enim viri prohi primos honores non assequantur , sus tandem se virtute consolantur , eaque sola satis honorati sunt .

*Incontaminatis* . Puris , incorruptis , non obnoxiiis invidiæ , petitionum indignitatibus , & molestiis : nam gloria vera semper virtutem comitatur .

*Nec sumis* , &c. Neque Consulatum , aut Præturam , ad arbitrium populi gerit , id est honores consuetos , qui populi suffragiis , & favore deferuntur , spernit ; gloriam suam a populo non emendicat .

*Secures* . Insignia Consulatus , & Præturæ . Erant illæ securæ in medio virgarum fasciculo ; duodecim fascices Consuli , sex Prætori præferébantur .

*Auræ* . Favoris , suffragii .

*Immeritis mori* . Indignis qui moriantur , merentibus non mori .

*Negata* , &c. Ardua , difficulti , non omnibus concessa , perfrumpit obices omnes , ut viam sibi faciat .

*Iter* . Ad cælum .

*Vulgares* . Vulgi .

*Udam* . Cœnosam , crassam .

Est



Spernit humum fugiente penna :

R& & fideli tuta silentio

Merces : vetabo , qui Cereris sacrum

Vulgarit arcauæ , sub iisdem

Sit trabibus , fragilemque mecum

Solvat phaselum . Sæpe Diespiter

Neglectus incesto addidit integrum :

Raro antecedentem scelestum

Deseruit pede poena claudo .

*Est & fideli , &c.* Hæc tertia pars Odæ est , ad religionem pertinens . Laudat partem unam pietatis , maxime apud Græcos notam & insignem , nempe silentium quod præsertim servabatur in sacris Cereris , quæ Eleusina vocabatur , a pago , ubi hæc sacra fiebant : quod silentium si quis rupisset , aperiendo , & alteri explicando arcana sacra , capitale scelus erat .

*Merces.* Quamnam illa sit non exponit : conjici potest ex opposita poena , esse peculiarem quamdam gratiam apud Superos ; & patrocinium , quo pios prosequantur .

*Vetabo.* Cavebo , non committam , ut &c.

*Trabibus.* Testo , domo .

*Solvat phaselum .* Pelago mecum se committat , soluto navis fune , qui littori alligari solet : Phaselus est cymba , navicula .

*Diespiter .* Jupiter , dixi pater .

*Neglectus.* Parum pie cultus , violatus aliquo scelere .

*Incesto .* Non casto , scelerato .

*Addidit .* Poenæ comitem .

*Integrum .* Innocentem , purum sceleris .

*Raro , &c.* Et quamvis poena impiorum differatur interdum , & claudo eos pede sequi videatur ; tamen raro eos abire inultos patitur ; illos aliquando tandem assequitur .

### O D E I I I . . .

*Justitia , & constantia , homines impavidos gravissimis in periculis reddunt : eadem heroes evadunt Cælo , & veteres Romanos orbis dominos effecerunt .*

**J**ustum , & tenacem propositi virum  
Non civium ardor prava jubentium ,

*Tenacem propositi .* Constantem .

*Ardor , &c.* Tumultus , se-

ditio civium , leges iniquas ferentium . Prava jubere , est leges pravas ferre : quia :  
cum

Non vultus instantis Tiranni

Mente quatit solida, neque Auster

Dux inquieti turbidus Adriæ,

Nec fulminantis magna Jovi manus.

Si fractus illabatur orbis,

Impavidum ferient ruinae.

Hac arte Pollux, & vagus Hercules

Iunixus, arces attigit igneas.

Quos inter Augustus recumbens

Purpureo bibit ore nectar.

Hac te merentem, Bacche pater, tuus

Vexere tigres; indocili jugum

Collo trahentes: hac Quirinus

Martis equis Acheronta fugit;

Gratum elocuta consiliantibus

cum leges Romæ ferebantur, Magistratus populum rogabat e suggestu, istis verbis, *Velitis, substatis, Quirises, ut &c.* Si populus legem probaret, respondebat, *Usi rogas.*

*Instantis*, Minitantis, præsentem mortem intendentis.

*Mente quatit solida*. A proposito, & consilio dimovet.

*Auster, &c.* Non procelle, quæ gravissimæ excitantur ab Austro, meridionali vento, in Adriatico mari, quod Italiam ab Oriente claudit.

*Illabatur*. In ejus caput illabatur.

*Hac arte*. Justitia, & constantia fretus.

*Pollux*. Jovis & Ledæ filius, Castoris frater, qui ob multas res præclare gestas maxime in fugandis piratis, relatus est inter sidera.

*Vagus*. Qui orbem fere totam domandis monstris peragravit. Hercules porro fuit Jovis, & Alcmenæ filius, Juthoais odio, domitisque

monstris famosus.

*Arces igneas*. Cæstum stellaris ornatum.

*Recumbens*. Ad mensam accumbens.

*Purpureo, &c.* Pulchro. Augusto adhuc viventi divinos honores Romani detulerunt, eumque Deum a Cælo delapsum putavere.

*Merentem*. Promerentem ascribi Cæto, ob egregia tua facinora.

*Tigres*. Curram Bacchi trahere dicuntur tigres, animal natura ferum, & indocile; ad significandam vini vim, & impotentiam.

*Quirinus*. Romulus; sic dictus a *Quiri*; quæ vox, lingua Sabinorum, faustum significat.

*Martis*. Ex quo genitus ferebatur: fretus virtute bellica.

*Acheronta, &c.* Inferos effugiens, Cælum petivit: id est immortalitatem est adeptus. Acheron flumen inferorum. Od. 3. lib. 1.

*Gratus, &c.* Postquam Ju-

no,

Junone Divis: Ilion, Ilion

Fatalis, incestusque iudex,

Et mulier peregrina vertit

In pulverem, ex quo destituit Deos

Mercede pacta Laomedon, mihi

Castaque damnatum Minervæ,

Cum populo, & duce fraudulento;

Jam nec Lacænz splendet adulteræ

Famosus hospes, nec Priami domus

Perjura pugnaces Achivos

Hecstoreis opibus refringit:

Nostriſque ductum ſeditionibus

Bellum reſedit. Protinus & graves

no, in Deorum confefſu, & concilio, rem iſtis gratam fuiſſet locuta; nempe ſe permiſſuram, ut Romulus inter Divos referretur, ut Romani, ope virtutis & juſtitiz, domini orbis evaderent, Trojanorum exemplo admoniti, qui propter perfidiam, & alia vitia perierant. Quod Horatius in hac Ode ſpectat.

*Conſiliansibus.* Inter ſe conſultantibus, forte de Romulo, & Roma. Conſiliari eſt inire conſilium, in mediâ conſulere.

*Judex.* Paris, qui electus iudex inter Junonem, Venerem, & Minervam, palmam Veneri adjudicavit, & ſententiam patriæ ſuz fatalem, iſteſt, exitialem tulit.

*Inceſtus.* Non caſtus, impudicus.

*Mulier peregrina.* Helena, quam e Grecia raptam, Paris Trojam vexit.

*Ex quo.* Ex quo tempore. Jam tum, inquit, deſtinatum, & certum Trojam fuit exitium: jam tunc dici Troja potuit in pulverem redacta.

*Deſtituit.* Fraudavit.

*Pacta.* Promiſſa.

*Laomedon.* Priami pater. Is cum Trojam muros extruere,

ret, Neptunus, & Apollo ſuam illi operam ad eos condendos certa mercede locaverunt. Opere conſecto, promiſſum pretium ſolvere Laomedon recuſavit: hinc Deorum ira in Trojanos.

*Damnatum.* Nempe Ilium inviſum, deteſtatum: vel, a me, & Minerva damnatum excidio.

*Duce.* Laomedonte perfido.

*Lacæna adultera.* Helenæ Lacedæmoniz.

*Hospes.* Paris.

*Splendet.* Vivit, opibus formaque præſtans.

*Famosus.* Infamis. Ea vox in pejorem vulgo partem accipitur.

*Perjura.* Ob Laomedontem, qui promiſſam Neptuno, & Apollini jramento pecuniam denegavit.

*Hecstoreis opibus.* Hectoris virtute, & fortitudine.

*Refringit.* Retundit, repellit.

*Ductum.* Productum, continuatum ad decem annos.

*Seditionibus.* Deorum inter ſe, ac Dearum diſſenſionibus.

*Reſedit.* Sublatum eſt, conſectum eſt.

Pro-

*Iras*, & invisum nepotem,

Troica quem peperit sacerdos,  
Marti redonabo. Illum ego Iucidas  
Inire sedes, ducere nectaris

Succos, & adscribi quietis

Ordinibus patriar Deorum;

Dum longus inter sæviat Ilion  
Romamque pontus: qualibet exules

In parte regnato beati:

Dum Priami, Paridisque bustæ

Insulset armentum, & catulos fera

Celent iuventa: stet Capitolium

Fulgens, triumphatisque possit

Roma ferax dare jura Medis.

Horrenda late nomen in ultimas

Extendat oras, qua medius liquor

*Protinus*. Haud mora, jam porro, in posterum.

*Iras*, &c. In gratiam, & honorem Martis, iras meas deponam; & quamvis Romulus, meus nepos, nempe Martis filii mei proles, sit mihi invisus, quia est genitus Ilia, seu Rhea Silvia, Vestæ sacerdote Troica, idest, a Trojanis oriunda, nempe filia Numitoris, unius ex Æneæ posteris; tamen illum reddam suo patri, ut ejus curru in Cælum evehatur.

*Inire*. Ingressi.

*Ducere*. Bibere.

*Dum*, &c. Modo, ea lege ut Roma a Troja interposito mari longo separentur.

*Exules*. Romani, ab Æneæ orti, qui venit Italianam Latino profugus, &c. Virg.

*Regnato*. Imperativus: regnet ubilibet, orbem obtineat.

*Insulset*. Greges impune premant sepulchra Priami, & Paridis; adeoque Troja tota vastata sit, ac deserta.

*Bustæ*. Illæ: impune.

ob arborum densitatem, & solitudinem loci.

*Capitolium*. Præcipuum Romæ templum, Jovis sacrum. Arx Imperii.

*Medis*. Parthos intelligit, qui Persarum Imperium invaserunt, ut Persæ Medorum olim. Vide lib. 1. Od. 2. &c.

*Horrenda*. Metuenda, & terribilis hostibus Roma. Recte observat Torrentius hoc epitheto sæpe significari admirationem quamdam ex veneratione ortam: ita Sibylam a Virgilio dici horrendam, &c.

*Qua medius*, &c. Imperat Roma, & qua mare medium, idest, Mediterraneum, in medias terras influens, separat Europam ab Africa, & qua Nilus Ægyptum rigat tumidus, hoc est, intumescens, & exundans, idest, ab uno maris Mediterranei litore nempe Occidentali, & Atlantico, ad alterum litus Nilo vicinum, & Orientale.

*Liquor*. Aqua, mare.

Secernit Europen ab Afro,

Qua tumidus rigat arva Nilus.

Aurum irrepertum (& sic melius situm.

Cum terra celat) spernere fortior,

Quam cogere humanos in usus,

Omne sacrum rapiente dextra.

Quicumque mundi terminus obstitit,

Hunc tangat armis visere gestiens,

Qua parte debacchentur ignes,

Qua nebulae, pluviique rores.

Sed bellicosis fata Quiritibus

Hac lege dico, ne nimium pii,

Rebusque fidentes, avitæ

Tecta velint reparare Trojæ,

Trojæ renascens alite lugubri

Fortuna, tristi clade iterabitur,

Ducente victrices catervas

Conjuge me Jovis, & sore.

*Aurum, &c.* Sententia est: fortior sit Roma ad spernendum aurum; ita ut illud reperire non curet, atque erueri, sed illud abditum esse patiat, & celatum in terræ visceribus, ubi profecto melius latet, quam si indidem extrahatur: sit, inquam, Roma fortior in auro spernendo, quam in eo cogendo, id est, coarctando, & congerendo in usus humanos, quippe cum auri cupiditas, & sacra fames impellat hominum manus ad rapienda, & spolianda omnia sacra, ad res sanctissimas violandas.

*Quicumque, &c.* Quaecumque regio, etiam orbis ultimi, obstabit armis Romæ victricibus, ejusque triumphos morari voluerit, hanc debellet, eo perverzat armata, & victrix: etiam in illas oras pertingat, ubi calores, & fulmina debacchantur (nempe in torridam mundi Zonam) aut illas, ubi

glacies, & nebulae rigent; indicatur Zona frigida.

*Sed, &c.* Hæc tamen felicia Romanis fata denuntio, & prædico, ea tantum conditione, &c.

*Nimium pii.* Nimio erga patriam suam amore capti. Existimari potest Horatius his verbis Cæsarem notare voluisse, cui serunt in animo fuisse, Roma relicta, migrare Alexandriam, aut Ilium, translatis opibus Imperii. Svet. cap. 79.

*Rebus.* Secundis rebus; opibus, gloria.

*Avitæ.* Roma enim Trojanorum quasi colonia fuit.

*Renascens, &c.* Ordo est: fortuna, seu infortunium Trojæ renascentis malis omnibus, & reparata, iterabitur tristi clade. Trojæ, si reparatur, iterum ut antea, concidet, ac ejus fortuna, cladesque renovabitur.

*Alite.* Omne. Od. 5. l. 2.

Abc.

Ter si refurgat murus aheneus,  
 Auctore Phœbo, ter pereat meis  
 Excisus Argivis, ter uxor  
 Capta virum puerosque ploret.  
 Non hæc jocosæ conveniunt lyræ.  
 Quo Musa tendis? desine pervicax  
 Referre sermones Deorum, &  
 Magna modis tenuare parvis.

*Aheneus.* Firmissimus, quamvis ipso ex ære compactus.  
*Auctore.* Structore, ædificante.  
*Pereat.* Peribit, periret, meret.  
*Mois.* Gracis enim præci-

pue favebat Juno.  
*Jocosa.* Lyrica, quæ jocis, & ludo gaudet.  
*Pervicax.* Audax, proterva.  
*Modis.* Cantibus.

## O D E I V.

*Musarum in se beneficia commemorat: iisdem acceptas refert Augusti victorias; quibus hostes Reip., ut Jupiter Titanas, debellavit.*

**D**escende Cælo, & dic, age, tibia  
 Regina, longum, Calliope, melos,  
 Seu voce nunc mavis acuta,  
 Seu fidibus, citharave Phœbi.  
 Auditis? an me ludit amabilis  
 Infania? audire, & videor pios  
 Errare per lucos, amœnæ  
 Quos & aquæ subeunt, & auræ.

*Descende Cælo.* De Musis dicturus, earum principem invocat. Habebant porro Musæ quoque sedem in Cælo, ut Jovis filiæ: habebant & montes sacros, & templa in terris, ut Parnassum, &c.

*Regina.* Vel eam, sic honoris tantum causa nominat: vel quia Musarum primaria esse dicitur.

*Citharave Phœbi.* Phœbo conse crata. Dicuntur Musæ

voce canere; Phœbus vero cithara.

*Auditis? &c.* O amici, nonne eam canentem auditis? An me furor Poeticus grato errore decipit? Ego quidem certa videor mihi illam polo delapsam audire, & spatium in amœnis saltibus, &c.

*Pios.* Sacros, Musis consecratos.

*Et aquæ, &c.* Alunt aquæ, perfiant auræ.

*Me,*

*Othini*

Me fabulosæ Vulture in Appulo  
 Altricis extra limen Apulix,  
 Ludo fatigatumque somno,  
 Fronde nova puerum palumbes  
 Texere; mirum quod foret omnibus,  
 Quicumque celsæ nidum Acherontix,  
 Saltusque Bantinos, & arvum  
 Pingue tenent humilis Ferenti:  
 Ut tuto ab atris corpore viperis  
 Dormirem, & ursis; ut premerer sacra  
 Lauroque, collataque Myrto,  
 Non sine Diis animosus infans.  
 Vester, Camœnæ, vester in arduos  
 Tollor Sabinos; seu mihi frigidum  
 Prænestæ, seu Tibur supinum.

*Me, &c.* Primum beneficium a Musis acceptum. Ordo est: me puerum, ludo fatigatum & somno victum, palumbes, idest, silvestres columbas, fabulosæ, sive de quibus multa dici solent mira, texere nova, idest, viridi fronde, in Vulture Appulo (est mons Apulix) extra limen patriæ mez Apulix.

*Altricis, &c.* Paulo ante dixerat Vulturem montem esse Appulum, quomodo nunc dicit eundem esse extra limen Apulix? Duplex Apulia est: altera Daunia, altera Peucetia: in illa est Venusium oppidum, Horatii patria: in hac Vultur, qui proinde est extra Apuliam Dauniam, Horatii altricem, & natalem terram. Sunt qui dicant Vulturem in limine ipso Apulix Peucetis fuisse: itaut pars ejus esset in Apulia, pars in Lucania: adeoque aliqua sui parte esse extra limen, seu limitem Apulix.

*Somno.* Somni amore, dormienti desiderio, vexatum, & oppressum.

*Mirum quod feret, &c.* Ita ut mirarentur omnes Acherontini, Bantini, & Ferentini, quo pacto dormirem tutus a viperis, &c.

*Acherontix.* Urbs exigua erat in limine Apulix, & Lucanix, in monte posita, instar niduli: aves enim in summis montibus nidificant.

*Bantinos, &c.* Bantia, Ferentum, oppida erant in Apulix finibus.

*Collataque.* Comparata a palumbibus.

*Non sine Diis.* Certo Deorum patrocinio: Musas intelligit.

*Animosus.* Impavidus, qui nihil a viperis, & ursis timebat.

*Vester, &c.* Vestro patrocinio tutus sum, sive petam Sabinæ (quæ regio montibus ardua, & aspera est) sive urbem Prænestinam, frigido in monte sitam, sive Tiburтинam, quæ in declivi colle sedet: seu denique adeam Bajæ, liquidis & puris aquis celebres.

76.

*Alain Dominicy*

Seu liquidæ placuere Bajæ.

Vestris amicis fontibus, & choris,  
Non me Philippis versa acies retro,

Devota non extinxit arbos,

Nec Sicula Palinurus unda.

Utrumque mecum vos eritis, libens

Infanientem navita Bosphorum

Tentabo, & arentes arenas

Littoris Assyrii viator:

Visam Britannos hospitibus feros,

Et lætum equino sanguine Concanum:

Visam pharetratos Gelonos,

Et Scythicum inviolatus amnem.

Vos Cæsarem altum, militia simul

*Vestris, &c.* Sententia est: me, quia eram amicus vestris fontibus, & choris, non extinxit acies Bruti, & Cassii, ab Augusto fugata in campis Philippicis; non arbor execranda, dirisque devota; non factum a me naufragium ad Palinurum, promontorium Lucaniæ, prope Siciliam.

*Philippis.* Philippi, urbs Thessaliæ, ad quam devisti anno U. C. 712. Brutus, & Cassius: quorum in exercitu Tribunus militum Horatius erat. Vide ejus vitam, & Judicem 2. Odarum.

*Devota.* Diris devota, execranda. Vide Od. 10. lib. 2.

*Palinurus.* Ad hoc Siciliæ promontorium ut Acron scribit, e Macedonia rediens post Philippensem fugam, pene extinctus est, fracta navi, anno ætatis 24. Est etiam oppidum Lucaniæ, ejusdem nominis, prope Viliam; quæ loca Siculi ante Lucanos tenere: ad quod oppidum navis fregit Horatium plures voluit.

*Utrumque.* Ubicumque.

*Tentabo.* Visam, adibo.

De Bosphoro vide librum 2. Od. 10.

*Assyrii littoris.* Assyria, Strabone teste, complectitur Babiloniam, & magnam partem adjacentium regionum. Itaque per littus Assyrium, intellige littus maris Persici, vel Caspi, vel etiam Syrii; nam Syria dicta quoque olim est Assyria; sive campos arenosos, & æstuantis, circa litus positos.

*Britannos.* Anglos qui tunc hospites suos immolabant Superiis.

*Concanum, &c.* Concani, gens quædam Scythica, eorum sanguinem lacti mixtum adhibebant in potum, instar vini suavissimi.

*Gelonos.* Erant Concanis, & Scythis affines, boni jaculatores.

*Scythicum amnem.* Tanaïm, quo Europa ab Asia distinguitur; versus Scythas, & Septentrionem.

*Inviolatus.* Incolumis, salvus.

*Altum.* Ingentem, invitum.

Si-



Fessas cohortes abdidit oppidis ,  
 Finire quærentem labores ,  
 Pierio recreatis antro .  
 Vos lene consilium & datis , & dato  
 Gaudetis almæ . Scimus , ut impios  
 Titanas , immanemque turmam ,  
 Fulmine sustulerit caduco ,  
 Qui tetram inertem , qui mare temperat  
 Ventosum , & urbes , regnaque tristia :  
 Divosque , mortalesque turbas  
 Imperio regit unus æquo ,  
 Magnum illa terrorem intulerat Jovi  
 Fidens juvenus horrida brachiis ,  
 Fratresque tendentes opaco  
 Pelion imposuisse Olympo .  
 Sed quid Typhœus , & validus Mimas ,

*Simul* . Simulatque , postquam .

*Abdidit* . In Hyberna misit .  
*Pierio antro* . Pieria fuit Atticæ regio , Musis sacra . Significat , Cæsarem Musis , & versibus delectari .

*Lene consilium* , &c. Vos afflatis Cæsari clementiam , & lenitatem ; mitia illi consilia suggeritis , & suggestisse gaudetis . In hac porro voce *consilium* , duæ ultime syllabæ in unum coalescunt , aut potius legendum , *consilium* , ut constet versus .

*Scimus* . Sententia videtur hæc esse : injecta est a Musis ea mens Cæsari , ut lenitate summa utatur adversus hostes : nam scimus , & vidimus quam facile armatus eos vicerit , & vincere adhuc possit ; ut scimus quam facile Jupiter Gigantes profligaverit . Comparat Brutum , & Cassium , cæterosque conjuratos , cum Gigantibus ; Augustum cum Jove .

*Ut impios* , &c. Ordo est :

scimus ut , idest , quemadmodum , qui terram , & mare temperat , & gubernat , Divosque , mortalesque regit ( nempe Jupiter , quem istis quatuor totis versibus describit ) sustulerit fulmine impios Titanas .

*Caduco* . In Titanas cadente .

*Inertem* . Brutam , infimam .

*Regna tristia* . Inferos .

*Juventus* . Titanum , pro Gigantibus ejus fratribus ponit .

*Brachiis* . Erant enim centimani . Ov. 1. Metamorph.

*Fratres* . Titanas , vel Gigantes .

*Tendentes* , &c. Contententes , laborantes . Imposuisse , pro imponere : idest , molitos imponere .

*Pelion Olympo* . Montes sunt Thessaliæ .

*Typhœus* , &c. Typhœus , Mimas , Porphyrius , Rhærus , Enceladus , Gigantum sunt nomina .

Aut quid minaci Porphyryon statu,  
 Quid Rhœtus, evulsisque truncis  
 Enceladus jaculator audax,  
 Contra sonantem Palladis Ægida  
 Possent ruentes? Hinc avidus stetit  
 Vulcanus; hinc matrona Juno, &  
 Nunquam humeris positurus arcum  
 Qui rore puro Castaliæ lavit  
 Crines solutos, qui Lyciæ tenet  
 Dumeta, natalemque sylvam,  
 Delius & Patareus Apollo.  
 Vis consili expers mole ruit sua.  
 Vim temperatam Dii quoque provehunt  
 In majus: iidem odere vires  
 Omne nefas animo moventes.  
 Testis mearum centimanus Gyas  
 Sententiarum notus, & integræ  
 Tentator Orion Dianæ,  
 Virgineæ domitus sagitta.  
 Injecta monstris Terra dolet suis;  
 Mæretque partus fulmine luridum

*Statu*. Statura, habitu corporis.

*Ægida*. Clypeum: de quo vide Oden 13. lib. 1.

*Avidus*. Epithetum ignis proprium.

*Nunquam, &c.* Qui semper arcum gestat; vel certus arcum non deponere, donec prostrigati Gigantes perirent.

*Qui rore, &c.* Apollo: Castalia fons est Parnassi.

*Lavit*. Ab antiquo, lavare, lentiz conjug. pro lavare.

*Lyciæ*. Est in Asia minoris, hujus urbs præcipua Patara, ubi Apollo colebatur: hinc Patareus dicitur: quæ vox, in ultimo versu hujus strochæ posita, est trisyllaba:

*Natalemque sylvam*. Deum, natus est Apollo in insula maris Ægei.

*Vis, &c.* Vires prudentia

destituta per se, nullo impellente ruunt.

*Temperatam*. Clementis, & consilio.

*Provehunt in majus*. Augment.

*Omne nefas, &c.* Vires, quæ ad perficienda scelera conferuntur.

*Testis, &c.* Gyas, unus e Gigantibus, testis est notus, & idoneus eorum effatorum; quæ hic scribo.

*Integræ*. Casta, intacta.

*Tentator*. Qui ejus pudicitiam attentavit, & ab ea sagittis confossus est.

*Injecta*. Imposita. Jupiter enim montes, a Gigantibus vibratos, in eosdem retorisit, eosque illis obruit.

*Monstris suis*. Gigantibus. ex se genitis: erant enim Terræ filii.

Nec

Missos ad Orcum; nec peredit  
 Impositam celer ignis Ætname:  
 Incontinentis nec Tityi jecur  
 Relinquit ales, nequitie additus  
 Custos: amatorem trecentæ  
 Pirithoum cohibent catearum.

*Nec peredit, &c.* Quamvis Ætna injecta Enceladum ignes assis: e vomat; non tamen illis ipsa consumitur, nec miserum Enceladum illo pondere levat.

*Incontinentis.* Qui Latoniam temerarie tentarat.

*Ales* Vultur.

*Nequitia &c.* Impudicitia; hominis impuri custos,

& tortor, illi affixus, & appositus.

*Pirithoum.* Thesei amicum qui cum eo adortus est rapere ex Inferis Proserpinam; sed Pluto admonitus eos in vincula conjecit. Thesteum tamen postea Hercules solvisse dicitur, manente in Inferis Pirithoo.

## O D E V.

*Augustum laudat, quod a Parthis Romanorum vexilla receperit. Invehitur in Romanos milites, qui se Parthis olim dederant: hinc sumit occasionem Reguli celebrandi.*

**C**Ælo tonantem credidimus Jovem  
 Regnare: præsens Divus habebitur  
 Augustus, adjectis Britannis  
 Imperio, gravibusque Persis.

*Cælo, &c.* Quemadmodum quando tonantem audimus Jovem, eum credimus regnare cælo; ita, cum Augustum videmus Persas, & Britannos adjectis: Imperio Romano, nemo dubitare poterit, quin revera Deus sit, etiam præsens, & vivens. Potest etiam ea vox, præsens significare idem quod, favens, propitius.

*Habebitur.* Idem, habendus erit, est censendus.

*Adjectis, &c.* Nec Persas

Augustus, sive Parthos, nec Anglos per sese debellaverat sed utroque tantum nominis sui fama pacem petere coegerat: cum in utrosque tandem bellum apparaverit. Vide Oden 29. lib. 1. Quo id anno contigerit, docebit te Index 2. Odarum Chronologicus. Quam Augusti victoriam incruentam Horatius amplificat, exponendo gravitatem, & ignominiam cladis olim a Parthis acceptæ.

Mi-

Milesne Crassi conjugē barbara  
 Turpis maritus vixit? & hostium  
 (Proh Curia, inverſique mores!)  
 Conſenuit ſocerorum in armis,  
 Sub rege Medo, Marſus & Appulus,  
 Anciliorum & nominis & togæ  
 Oblitus, æternæque Veſtæ,  
 Incolumi Jove, & urbe Roma?  
 Hoc caverat mens provida Reguli

*Milesne Crassi, &c.* Quis credat Crassi milites duxiſſe barbaras conjuges, & cum illis vivere potuiſſe? Crassus a Parthis caſus fuit, anno U. C. 702. Ejus milites, magnam partem capti, in Perſide manſerunt, ubi duxere Perſicas uxores.

*Conjuge.* Cum conjugē; vel, turpis maritus, ob barbaram conjugem.

*Turpis.* Erat enim turpe Romano barbaram, & captivo hostis filiam conjugem accipere.

*Es hostium, &c.* Stipendia fecit in caſtris ipſorum Parthorum, uſque ad ſenectutem. Eſt autem ordo: & Marſus, & Appulus, oblitus æternæ, nominis, & togæ, Jove incolumi, & Roma, conſenuit ſub Rege Medo, in armis hostium, ſocerorum ſuorum, nempe Parthorum, quorum filias duxerat.

*Proh Curia, &c.* O, dignitas, & prudentia Senatus Romani! o morum antiquorum ſanctitas! quantum eo tempore detrimentum accepiſtis ſquam ab illis priſcis mutati tunc eratis?

*Medo.* Partho.

*Marſus, Appulus,* Italix populi, ac milites in primis fortes, & inſignes ea tempeſtate.

*Anciliorum.* Erant Ancilia clypeoli 12. ſacri. Eorum unus e celo decidiſſe ſerebatur, editumque fuiſſe oraculum, fore ut tamdiu Roma ſtaret, quamdiu ille ſervaretur. Is igitur ne facile ſurripi poſſet, ad ejus formam, & modum alii undecim facti erant, qui in templo Martis ſervabantur.

*Nominis.* Romani.

*Togæ.* Toga Romanorum erat propria: unde illos, *gentem togasam* Virgilius vocat, lib. 1. Æneid. Imponebatur tunicæ, eratque inſtar pallii.

*Veſtæ.* In templo Veſtæ ignis ſervabatur, & nutriebatur a Veſtalibus.

*Jove, &c.* Capitolio, ubi templum Jovis. Sententia eſt: ſierine potuit, ut Marſi & Appuli, egregii milites, oblitii ſint tam facile ſui nominis, veſtis, Urbis, idque ſtante, & florente Roma, & Capitolio? itane ſe turpiter hoſti dediſſe?

*Hoc caveras, &c.* Id proſpexerat Regulus, ac impedire conatus erat: ne ſcilicet reperirentur tam ignavi milites, qui idem facerent alii quando, quod iſti Crasſiani: nempe dum auctor fuit ne redimerentur captivi, ſed perirent potius apud Cartaginien-

F ses;

*Dissentientis conditionibus*

*Fodis, & exemplo trahentis*

*Perniciem veniens in ævum;*

*Si non periret immiserabilis*

*Captiva pubes, Signa ego Punicis*

*Affixa delubris, & arma*

*Militibus sine cæde, dixit,*

*Direpta vidi: vidi ego civium*

*Retorta tergo brachia libero,*

*Porta que non clausas, & arva*

*Marte coli populata nostro.*

*Auro repensus scilicet acrior*

*Miles redibit. Flagitio additis*

*Damnum: neque amissos catervis*

*tes; cæterisque, & exemplo*  
*territi, fœditer in acie,*  
*damnum capi turpiter mallent.*

*Reguli.* M. Attilius Regulus floruit circa ann. U. C. 500. Is captus a Carthaginensibus, ne milites Romani in pugna capti redimerantur, vetuit. Vide Ciceronem lib. 3. de Off. & Aulum Gellium lib. 6. Cap. 4.

*Dissentientis, &c.* Repudiantis fœdas conditiones. Ea conditio proponebatur: a Pœnis, ut redderent Romanos captivos; ac suos vicissim ipsi, facta permutatione, reciperent.

*Et exemplo, &c.* Aversantis exemplum, id est, fœdus, & pactionem pro captivorum redemptione, quæ in posterum tempus exitialis futura esset heipub. occasionem dando militibus pugnandi segnius, a spe, fore ut redimerentur.

*Immiserabilis.* Cujus nemo miseret.

*Captiva, &c.* Juvenes Romani, a Pœnis capti.

*Signa.* Vexilla nostra.

*Ego &c.* Oratio Reguli

*in Senatu.*

*Sine cæde.* Nostris milibus rapta, sine vulnere, & pugna.

*Retorta, &c.* Vidi cives nostros & milites, qui antea erant liberi, quorum præcipua laus & gloria libertas esse debuit, retortis in tergum manibus ligatos, instar servorum.

*Non clausas.* Quæ res indicat, quam securi sint Pœnis, qui portas urbium suarum apertas & patefacere debeant, qui colant arva, plus a nobis populata bello, & vastata.

*Repensus &c.* Redemptus; veteres enim aurum non numerabant, sed appendebant. An creditis militem redemptum, pagnaturum acrius? generosiores ad bellum rediturum? Non ita est; erit ille segnior, & additum flagitio, quod admisit, dum se capi passus est turpiter, damnum, quod ignave pugnando afferet Republicæ: vel damnum pecuniæ, quæ peribit ignavum redimendo.

*Neque amissos &c.* Ut laque candidum & nativam colle-

Lana refert medicata fuce;  
Nec vera virtus, cum semel excidit,  
Curat reponi deterioribus:

Sic pugnat extricata densa

Cerva plagis erit ille fortis,

Qui perfidis se credidit hostibus:

Et Marte Pœnos proteret altero,

Qui lora restrictis lacertis

Sensit iners, timuitque mortem!

Hinc, unde vitam sumeret aptius,

Pacem & duello miscuit: o pudor!

O magna Carthago, probrosis

Altior Italix ruinis!

Fertur pudicæ conjugis osculum,

Parvosque natos, ut capitis minor,

forem, quem amisit, fuce medicata, idest tincta, nunquam refert postea, hoc est, repræsentat, resumit: sed semper illum posteriorem retinet sic animus iners, & timidus ignavia semel imbutus, amissam fortitudinem (quam veram virtutem Vates hic appellat) non recipit, semper ignavus restat.

*Fuco.* Est fucus herba quædam, qua utuntur insectores, pro colore quolibet, eoque maxime adscititio; imprimis pro minio, & cerusa usarperur.

*Curat.* Solet, amat.

*Reponi.* Restitui, redire.

*Deterioribus.* Ignavis, vitiis, est in dandi casu.

*Sic pugnat, &c.* Ironice hæc omnia dicuntur, estque hic sensus: ut cerva, retibus semel extricata, non pugnat; sic emissus e servitutis vinculis captivus non potest rem strenue in bello gerere.

*Extricata.* Expedita, liberata.

*Plagis.* Retibus arctioribus.

*Credidit. Permissit, dedit.*

*Mars.* Prælio.

*Lora.* Vincula.

*Hic, &c.* Captivus ille ignavus, nesciens vitam, ac salutem non esse periculis, aut fuga querendam, sed manu & victoria retinendam, in ipsa acie, cum pugnandum foret, pacem ac vitam ab hoste petere soluit; resque disjunctissimas ita confudit, ac miscuit pacem & duelum, idest, bellum. In bello enim cum hoste acriter pugnandum, in pace, ab armis recedendum: neque ista temere confundenda.

*Fertur.* Dicitur Regulus.

*Capitis minor.* Ut capite diminutus. Caput apud Romanos statum significabat, quæ perfectus erat, cum quis & liber, & civis esset: si alterutrum, idest, aut libertatem, aut jus civitatis amitteret, minui capite, minor esset capite, vel capitis, dicebatur. Utrumque Regulus perdidit: itaque se ut ad-

A se removisse, & virilem  
 Torvus humi posuisse vultum,  
 Donec labantes consilio Patres  
 Firmaret auctor nunquam alias dato;  
 Interque mœrentes amicos,  
 Egregius properaret exul.  
 Atqui sciebat, quæ sibi barbarus  
 Tortor pararet: non aliter tamen  
 Dimovit obstantes propinquos,  
 Et populum reditus morantem,  
 Quam si clientum longa negotia  
 Dijudicata lite relinqueret,  
 Tendens Venafranos in agros,  
 Aut Lacedæmonium Tarentum:

dictum hostibus, ac damna-  
 tum, nec jam ut Romanum  
 civem aspiciens, sed ut ser-  
 vum, removet conjugem, ac  
 liberos, quasi, alienos, nec  
 amplius suos: Servus enim  
 amittebat jus cognationis, &c.  
 Porro, *Capitis minor*, di-  
 ctum est, eadem ratione,  
 qua, *maturus ævi*, *integer*  
*vite*, & alia id genus dicun-  
 tur.

*Virilem, &c.* Immobilem  
 suorum lacrymis, civium præ-  
 cibus, &c.

*Posuisse.* Fixisse.

*Labantes.* Dubitantes, &  
 in eam inclinantes senten-  
 tiam, ut discipline militaris  
 dignitati, ac severitati salu-  
 tem Reguli præferendam, cap-  
 tivosque cum eo redimendos  
 censerent.

*Consilio.* Ut nullus capti-

vorum, ac ne ipse quidem,  
 redimeretur.

*Firmaret.* Persuaderet; a  
 dubitatione in certam, & suam  
 sententiam adduceret.

*Auctor.* Auctor appellatur  
 is, qui aliquid suadet, con-  
 sultit, præstat, & in se reci-  
 pit.

*Atqui.* Attamen.

*Tortor.* Pœni crudeles, qui  
 eum illigatum in machina,  
 vigilando necaverunt, rese-  
 ctis palpebris.

*Dimovit.* Repulit: viam  
 sibi per obstantes aperuit.

*Dijudicata.* Judicium sen-  
 tentiis finita, & composita;  
 quorum unus erat antea, ut-  
 pote Senator.

*Tendens, &c.* Ad oblecta-  
 tionem, & rusticationem sci-  
 licet. De Venafrano, & Taren-  
 to, Vide lib. 2. Od. 4.

## O D E VI.

*Romanorum sui temporis vitia, maxime impietatem, & impudicitiam detestatur; priscorum mores celebrat.*

**D**elicta majorum immeritus lues,  
 Romane, donec templa refeceris,  
 Aedesque labentes Deorum, &  
 Fœda nigro simulacra fumo.  
 Diis te minorem quod geris, imperas:  
 Hinc omne principium, huc refer exitum;  
 Dii multa neglecti dederunt  
 Hesperis mala luctuosæ.  
 Jam bis Monæses, & Pachori manus  
 Non auspicatos contudit impetus  
 Nostros; & adjecisse prædam

*Delicta majorum, &c.* Ob majorum flagitia, dabis pœnas: ac licet eorum scelera non admiseris, atque adeo immeritus, & innocens videaris, juste tamen plecteris, ob tuam in rebus sacris, in templis, v. g. reficiendis, negligentiam & impietatem.

*Fumo.* Quo templa olim incensa fuere, & deformata.

*Imperas.* Orbis imperium obtines, quia Deos pie colis, iis inferiorem te fateris.

*Hinc, &c.* A Diis, & eorum cultu, initium ducitorum omnium agendarum: huc, id est, ad eosdem, refer, iis refer acceptum exitum, & felicitatem tuam in rebus bene gerendis. Nota porro vocem hanc, *principium*, esse trisyllabam, quasi esset *principum*.

*Hesperie.* Od. 30. lib. I.

*Monæses.* Parthorum dux qui Regi suo Phraati insen-

sus, contulit se ad M. Antonium, eique auctor fuit belli contra Parthos suscipiendi; sed postea Phraati reconciliatus, diras clades Romanis intulit, circa annum ab U. C. 718. Vide Dionem, lib. 49. & Justinum. lib. 42.

*Pachori manus.* Exercitus Pachori, qui filius fuit Orodii Parthorum Regis, & a patre, post M. Crassum cæsum, missus contra Romanos, eosdem aliquot præliis fudit. anno U. C. 700.

*Nos auspicatos.* Auspiciis neglectis, aut vitiose sumptis, factis. Quid essent auspicia dictum alias. Vide lib. 2. Od. 12.

*Adjecisse, &c.* Gestit, triumphat, quod suos torques (torquibus enim gaudebant Parthi, ut olim Galli) ampliores, & ornatiores fecerit, adjecto auro gemmisque, & cætera, quam nobis eripuerunt, præda.



Torquibus exiguis renidet.  
 Pene occupatam seditionibus  
 Delevit urbem Dacus, & Æthiops;  
 Hic classe formidatus, ille  
 Missilibus melior sagittis.  
 Fœcunda culpæ sæcula nuptias  
 Primum inquinavere, & genus, & domos:  
 Hoc fonte derivata clades  
 In patriam, populumque fluxit.  
 Motus doceri gaudet Ionicos  
 Matura virgo, & fingitur artibus  
 Jam nunc, & incestos amores  
 De tenero meditatur ungui.  
 Non his juvenus orta parentibus  
 Infecit æquor sanguine Punico,  
 Pyrrhumque, & ingentem cecidit  
 Antiochum, Hannibalemque dirum:  
 Sed rusticorum mascula militum  
 Preles, Sabellis docta ligonibus

*Seditionibus.* Bellis civilibus, & privatis diffidiis.

*Dacus.* Populus Europæ Septentrionalis, ubi nunc Transylvani, Moldavi, Hungari, &c. Apellabantur etiam Davi, & Daz. Illorum incursionem Augustus repressit, tribus eorum ducibus cæsis. Svet. In Aug. cap. 21.

*Æthiops.* Populus Africæ, qui Antonio contra Augustum pugnantem favit, ut ipsi etiam Daci. Æthiopsas, eorumque Regnam Candacem subinde Petronius Augusti auspiciis vicit. Dion. lib. 51. 54.

*Hic.* Æthiopes, sive Ægyptii, qui Antonio classem, & maritimum exercitum paraverant.

*Ille.* Dacus.

*Inquinavere.* Adulteris.

*Genus.* Familias.

*Hoc fonte, &c.* Ex hac nequitia ortæ sunt clades publicæ.

*Ionicos.* Lascivos: Ionies enim, Græciæ Populus, erant nequissimi.

*Matura.* Nubilis, adulta.

*Artibus.* Fingit pedes ad istos motus, & componit: Per motus, saltationem intellige: utebantur enim Latini verbo *moveri*, pro saltare. Quidam legunt, *fingitur artibus*; nempe, ad malas istas artes informatur.

*De tenero ungui.* A puero; ab ipsa jam tum pueritia.

*Non his, &c.* Impiis, mollibus, & effœminatis.

*Pyrrhum.* Regem Epirotarum, victum a Fabricio, & Curio, anno U.C. 480. Ejus vitam scripsit Plutarchus.

*Antiochum.* Regem Syriæ, quem vicit Lucius Scipio, anno U.C. 567.

*Hannibalem.* Vide Oden 9. lib. 2.

*Sabellis.* Sabinis. Erant

Verfare glebas, & severæ

Matris ad arbitrium recisos

Portare fustes, Sol ubi montium

Mutaret umbras, & juga demeret

Bobus fatigatis, amicum

- Tempus agens abevute curru.

Damnosa quid non imminuit dies!

Ætas parentum, pejor avis, tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosiore

*Illi Italia populi, labori as-*  
*secti, & malo, olim Samni-*  
*tes etiam dicti, teste Plin.*  
*lib. 3. c. 12.*

*Severa.* Quam oneri non  
parcebat.

*Portare.* Domum ex agro.

*Sol ubi, &c.* Vesperti, ca-  
dente Sole, qui umbras mon-  
tium projicit in aliam par-  
tem, atque illam, in quam  
oriens eas projiciebat.

*Amicum.* Gratam agrico-

lis, ob noctem & quietem.

*Damnosa.* Quam omnia con-  
sumit.

*Imminuit.* Deterit, cor-  
rumpit.

*Dies.* Temporis diuturni-  
tas.

*Ætas, &c.* Gradatio pul-  
cherrima: nostri parentes  
erant avis nequiores, nos pa-  
rentibus sumus, nostri liberi  
nobis erunt.

## O D E VII.

*Mæcenatem ad sacrificium, Et epulas, datâ*  
*occasione, invitat.*

**M**Artiis cœlebs quid agam Kalendis  
Quid velint flores, & acerra thuris

*Martius, &c.* Martii Ka-  
lendis solebant matronæ sa-  
crificia Junoni eximio appa-  
ratu facere; ipsarum vero ma-  
riti Jano, qui suis etiam ux-  
oribus munera tunc, floresque  
missirabant. Id ob eam fiebat  
causam, quod ista die olim  
Sabini pacem, & concordiam  
inter viros, & patres suos  
conciliaverunt. Quod benefi-  
cium a feminis profectum,  
anno recurrente, Romani istis

muneribus sacrisque recolē-  
bant, ut docet Servius, Æn.  
8. Audierat Mæcenæ ab Ho-  
ratio sacrificium quoque fieri  
domi: miratus fuerat, quip-  
pe cœlebs erat, id est carebat  
uxore Horatius. Respondet  
illi vates hac Ode, cujus ini-  
tium est ducendum ab 5. ver-  
su *Doctæ sermones, &c.* O  
Mæcenæ, qui Latinam, &  
Græcam linguam egregie do-  
ctus es, qui utramque præ-

F 4 dñ.

Plena, miraris, positusque carbo in  
Cespite vivo,

Docte sermones utriusque linguæ:  
Voveram dulces epulas, & album  
Libero caprum, prope funeratus  
Arboris ictu.

Hic dies, anno redeunte, festus,  
Corticem adstrictum pice dimovebit  
Amphoræ fumum bibere institutæ,  
Consule Tullo.

Sume, Mæcenas, cyathos amici  
Sospitis centum; & vigiles lucernas.  
Profer in lucem: protul omnis esto  
Clamor, & ira.

Mitte civiles super Urbe curas:  
Occidit Daci Cotifonis agmen:

clare calles, miraris quid agam,  
quid mihi velim cum isto sa-  
crificio &c.

*Acerra.* Thuris vasculum.

*Cespite.* Ara graminea, id  
est, facta e congesto cespite  
viridi.

*Voveram.* En causa sacrifici-  
cii, quod Horatius faciebat  
istis Martijis Kalendis.

*Album.* Hostiæ candidæ  
Dlis superis immolabantur:  
atræ Inferis.

*Libero.* Baccho, cujus in  
tutela sunt poetæ.

*Caprum.* Vites arrodere  
caper solet: hinc Baccho im-  
molabatur.

*Festus.* Ob memoriam ac-  
cepti a Baccho, qui me. ser-  
vavit, beneficii. Od. 14.  
lib. 11.

*Corticem.* Quo obstructa  
est & clausa vini amphora:  
super adhibebatur vulgo.

*Dimovebit.* Relinet, tollet.

*Fumum, &c.* Quam ampho-  
ra mea instituta est, idest,  
cepit, docta est, assuevit fu-  
mum bibere; in horreo, seu

camino posita est, ut crudus  
austerioris vini succus samo  
miseret, ab eo tempore,  
quo Tullus Consul est factus.  
L. Volcatius Tullus gessit  
Consulatum anno U. C. 688.  
& 721.

*Sume, &c.* Invitat illum  
ad epulas.

*Sospitis, &c.* In gratiam  
amici gravissimo periculo li-  
berati.

*Profer, &c.* Exinde pro-  
trahe. Sensus est: producito  
convivium nocturnum usque  
ad diem: comptemus, lu-  
cernis accensis, & vigilemus  
in lucem.

*Clamor.* Quo sæpe compo-  
tores debacchantur.

*Mitte.* Omitte.

*Civiles.* Quas sumis pro  
civium incolumitate. Fuerat  
enim Præfectus Urbis, sed re-  
verso in Urbem post conse-  
ctum bellum Cantabricum Au-  
gusto, poterat esse solutior,  
ac tranquillior.

*Cotifonis.* Dux erat Daco-  
rum, sive Getarum, partes  
An-

Medus infestus sibi luctuosus

Diffidet armis:

Servit Hispanæ vetus hostis ora

Cantaber, sera domitus catena:

Jam Scythæ laxo meditantur arcu

Cedere campis.

Negligens ne qua populus laboret,

Parce privatus nimium cavere, ac

Dona præsentis cape lætus horæ, &

Linqe severa.

Antonii contra Augustum fecutus. Getas a Romanis Dacos fuisse appellatos, tradit Plin. lib. 4. c. 13.

*Infestus*, &c. Sibi exitiis. Sibi ipsis invicem infensi dissident Medi, bellis civilibus in seipos armati. Vide lib. 2. Od. 2. Justinum, lib. 42.

*Cantaber*. Domiti fuerunt penitus Cantabri, anno U. C. 736. cum per annos ferme ducentos bella cum Romanis gessissent. Vide Indicem. 2. Odarum.

*Laxo*. Laxato, & inutili.

*Cedere campis*. Ex Armenia discedere. Vide lib. 1. Ode 6.

*Negligens*. Ita sententiam compone. Negligens,

idest, negligentior, & remissior factus, parce, fuge nimium cavere, & sollicitus esse, ne quid populus detrimenti capiat, ne qua parte laboret, privatus, idest, cum tu privatus sis, cum nullum Magistratum geras. Urbis enim Præfecturam sibi demandatam Mæcenas, reverso in Urbem Augusto, & confecto bello, videtur deposuisse. Adde quod illa neque Magistratus erat, neque præsentibus Imperatoribus, nisi forte ad honorarium officium & titulum, servabatur. Ita cavere civitati parce, ut in eo sit quodammodo negligens.

*Dona*, &c. Vitam, valentudinem, spulas.

*Severa*. Seria, curas.

## O D E V I I I.

*Mercurium, ac suam testudinem rogat, ut Lyden sibi placatam reddant. Danaidum apud Inferos supplicium, & causam ejus narrat.*

**M**ercuri, (nam te docilis Magistro  
Movit Amphion lapides cauendo)

*Amphion*. Jovis, & Antiope filius, Urbis Thebææ viros, saxis ad lyræ sonum

sua sponte se componentibus, exarxit.

F 3     T 2

Tuque, Testudo, resonare septem

Callida nervis,

(Nec loquax olim, neque grata, nunc &  
Divitum mensis, & amica templis)

Dic modos, Lyde quibus obstinatas

Applicet aures.

Tu potes tigres, comitesque sylvas

Ducere, & rivis celeres morari:

Cessit immanis tibi blandienti

Janitor aulae

Cerberus, quamvis furiale centum

Muniant angues caput ejus, atque

Spiritus teter, saniesque manet

Ore trilingui.

Quia & Ixion, Tityosque vultu

Risit invito; stetit urna paulum

Sicca, dum grato Danaï puellas

Carmine mulces.

Audiat Lyde scelus, atque notas

Virginum poenas, & inane lymphæ

*Testudo.* Lyram invenit Mercurius, eamque primo compegit e testudinis tergo, & tegmine, quod cavum est, additis 7. chordis, &c.

*Nec loquax &c.* Quæ non eras apta ad canendum, prius quam te Mercurius fidibus instruxisset.

*Templis.* Ubi Deorum laudes canuntur.

*Dic modos, &c.* O Mercuri, o testudo, seu lyra mea, doce me carmina, quæ Lyde libenter audiat.

*Tu potes, &c.* Suam lyram alloquitur.

*Ducere.* Ut fecit Orpheus.

*Aula immanis.* Inferorum; cum idem Orpheus descendisset ad Inferos Eurydicem repetiturus. Vide Virgii. Georg. l. 4.

*Furiale.* Anguibus hirsutum & caput Furiarum.

*Spiritus.* Anhelitus.

*Sanies.* Tabum, venenum.

*Ixion.* Is, cum Junonem temerare voluisset, dejectus in inferos fuit, & rotæ, quæ perpetuo circumagitur, affixus.

*Tityos.* Pro, Tityus. Vide Od. 4. hujus libri.

*Risit.* Propter lyram, cantusque dulcedinem.

*Invito.* Propter poenarum, quibus interim cruciabatur, acerbiter.

*Urnæ, &c.* Urnæ Danaïdum, quibus aquam haustam in dolium pertusum, & rimosum infundunt, siccæ aliquandiu manserunt, illis te audientibus, & laborem omittentibus.

*Mulces.* Orpheo canente.

*Virginum.* Danaïdum; sic vocantur a Patre Danao Argivorum Rege; appellantur etiam

Dolium fundo pereuntis imo,

Seraque fata,

Quæ manent culpas etiam sub Orco :

Impiæ ( nam quid potuere majus ? )

Impiæ sponſes potuere duro

Perdere ferro .

Una de multis , face nuptiali

Digna , perjurum fuit in parentem

Splendide mendax , & in omne virgo

Nobilis ævum ;

Surge , quæ dixit juveni marito ,

Surge , ne longus tibi somnus , unde

Non times , detur ; ſocerum , & ſceleſtas

Falle ſorores :

Quæ , velut naſtæ vitulos lænæ ,

Singulos , cheu ! lacerant : ego illis

etiam Belides ab avo ſuo Belo : Ægyptus , & Danaus fratres fuere , Belli filii . Ægyptus filios habebat 50 . , quibus uxores a fratre Danao petit totidem ejuſdem Danaï filias : annuit Danaus , ſed cum accepiffet ſe ab uno e ſuis generibus necandum eſſe , filiabus ſuis imperavit , ut ſuos ſingulæ ſponſos maſtarent noctu : quod omnes , præter Hypermineſtram , fecere .

*Es inane* , &c. Ordo eſt : & aſtat dolium inane lymphæ pereuntis , ſeu effluentis , in imo ejuſdem dolii fundo , pertuſo ſcilicet :

*Inane lymphæ* . Pro , vacuum aqua ; numquam aqua plenum .

*Fata* . Pœnas a fatis deſtinatas . Sera vocat : quia poſt mortem inferuntur ſcleratis ſub Orco , quæ viventibus inferri jam tum debuerant ; vel , quia nullo exitu terminanda ſunt .

*Manent culpas* . Quæ fata , quæ pœna eos expeſtant , ſceleribus deſtinata ſunt .

*Majus* . Cruellius . Subaudi , facere .

*Ræce* , &c. Digna honore matrimonii . Sponſa ducebantur noctu , facibus accenſis , in virorum domum .

*Perjurum* . Quia Danaus , Danaidum parens , promiſerat ſuarum filiarum ſponſa omnia læta , & fortunata .

*Splendide* . Glorioſe , pulchre .

*Mendax* . Pollicita erat ſuo parenti ſe ſponſum necaturam .

*Marito* - Lyncæus vocabatur .

*Longus ſomnus* . Mors .

*Unde non times* . Ab ea manu , quæ tibi ſuſpecta non eſt ; a Danao , ſi te vivam offendat .

*Socerum* . Danaum .

*Sorores* . Meas .

*Falle* . Eſtuge .

*Velut* , &c. Tamquam lænæ , quæ vitulos , quos invenere , contrucidant .

*Singulos* . Suos ſingula maritos , ſuum unaquæque .

F 6 Clau

Mollior, nec te feriam, nec intra  
Claustra tenebo.

Me pater sauis oneret catenis,  
Quod viro clemens misero peperci:  
Me vel extremos Numidarum in agros  
Classe releget:

I, pedes quo te rapiunt, & auræ,  
Dum favet nox, & Venus; I, secundo  
Omne, & nostri memorem sepulchro  
Sculpe querelam.

*Claustro.* Carcerem.

*Numidarum.* In Africa.

*Classe.* Navi.

*Releget.* In exilium mittat.

*Et aura:* Et venti. Ito, fuge; vel terra & pedibus, vel mari & ventis.

*Venus,* Ob meum in te

amorem, & pietatem.

*Secundo.* Fausto.

*Et nostri, &c.* Cum ego mortua fuero, tu meo sepulchro insculpe carmen lugubre, quo significes te vitam mei amoris beneficio acceptam meminisse.

## O D E I X.

*Fonti Blandusæ sacrificium, & a versibus suis nobilitatem promittit.*

**O** Fons Blandusæ, splendidior vitro,  
Dulci digne mero, non sine floribus,  
Cras donaberis hædo,  
Cui frons turgida cornibus  
Primis & Venerem & prælia destinat  
Frustra; nam gelidos inficiet tibi

*Blandusæ.* Erat ille fons prope villam Horatii, in agro Sabino.

*Vitro.* Crystallo pellucidior.

*Digne mero &c.* Qui dignus es, cui fiat sacrificium, fontium Numini fieri solitum, parvis floribus, & mero.

*Hædo.* Qui tibi immolabitur, seu Numini, quod tibi præfiet. Sua enim esse singulis fontibus credebant Numina: unde sacri sæpe

fontes appellantur.

*Primis.* Recentibus, primum emergentibus.

*Prælia.* Solent hædi adversis cornibus inter se pugnare.

*Destinat.* Frons illi destinat: id est, qui hædus, sentiens erumpere sibi cornua, jam se accingit ad prælia, sed frustra: nam &c.

*Tibi.* In honorem tuum, tibi immolatus.

*Id.*

Rubro sanguine rivos

Lascivi soboles gregis.

Te flagrantis atrox hora Caniculae

Nescit tangere: tu frigus amabile

Fessis vomere tauris

Præbes, & pecori vago,

Fies nobilium tu quoque fontium;

Me dicente, cavis impositam ilicem:

Saxis: unde loquaces.

Lymphæ defiliunt tuæ.

*Inficiet. Tinget.*

*Soboles gregis lascivi.*

*Hædus ille. Capra est animal lascivum.*

*Atrou hora. Calida tempestas, æstivum tempus, quo sævire Canicula solet. Canicula est sidus, quo circa medium Julium exoriente, maximè calores excitantur.*

*Nescis. Nequit.*

*Fontium. Sabaudi, unus; Græca locutio.*

*Me dicente, &c. Cum ego laudabo quercum, quæ imminet rupi, e qua fluit.*

*Unde. Quibus e saxis.*

*Defilians. Defluunt, decurrunt.*

## O D E X.

*Augusti reditum ex Hispania, post Cantabricum bellum, celebrat.*

**H**erculis ritu modo dictus, o plebs,

Morte venalem petiisse laurum.

Cæsar Hispana repetit Penates.

Victor ab ora.

Unico gaudens mulier marito

*Herculis, &c. Ordo est: o plebs, o Quirites, Cæsar Augustus, qui modo, qui nuper vobis dictus est laurum & victoriam de Cantabris morte venalem petiisse, inslar Herculis, repetit victor domum ab Hispania. In hoc bello periculosus morbus Augustum vexaverat: hinc querelæ, & luctus populi Romani: quem Vates hac Ode consolatur.*

*Ritu. More, & exemplo*

*Herculis: quia Hercules olim, in eadem Hispania versatus, multos labores & vitæ pericula adierat.*

*Morte, &c. Victoriam sanguine, & periculo sui capitis emendam.*

*Penates. Erant Dii domestici: pro ipsa domo ponuntur.*

*Victor. De Cantabris. Vide 3. Indicem Odarum, anno U. C. 728. 736.*

*Unico, &c. Matronæ castæ*



Prodeat, justis operata Divis,  
Et soror clari Ducis, & decoræ  
Supplice vitta

Virginum matres, juvenamque nuper  
Sospitum: vos o pueri, & puellæ  
Jam virum expertæ, male nominatis  
Parcite verbis.

Hic dies, vere mihi festus, atrox  
Eximet curas: ego nec tumultum;  
Nec mori per vim metuam, tenente  
Cæsare terras.

I, pete unguentum, puer, & coronas,  
Et cadum Marsi memorem duelli;

an castæ, unico viro addictæ, domo prodeant obviam Cæsari postquam sacrificia obtulerint Diis justis, qui Augustum, id merentem, & belli, & morbi periculo liberaverunt. *Operata, facere*, significat *sacrificare*. Quidam volunt hic unam quamdam designari mulierem, nempe Liviam, uxorem Augusti; quo sensu si vericulum hunc accipias, ita explica voces illas, *unico gaudens, &c.* nempe, quæ unice gaudet de vita & salute sui viri: vel unico, idest singulari, egregio.

*Soror*. Octavia, Antonii nuper demortui uxor, soror Augusti.

*Decoræ, &c.* Solebant in publicis supplicationibus caput, & manus tunicis quibusdam sacris adoperire.

*Matres*. Antea matronas omnes erat allocutus, jam eas compellat proprie, quæsum erat præcipua pars in illa læticia, ob liberos sospites, & cum Augusto reduntes.

*Virum expertæ, &c.* Nugta. Juniores feminas allo-

quitur, & pueros, quibus ob innatam ætati garrulitatem, præsertim præcipiendum erat, ne verbis petulantioribus, profanis, turpibus, infansis, diem sacram inquinarent; ut linguis faverent, abstinere a verbis mali ominis. Vide notam in Ode prima hujus libri, ad hæc verba, *Favete linguis*. Porro legendum potius, *male ominatis, quæsum, male nominatis*, ut habent codices nonnulli.

*Tumultum*. Civile bellum hoc nomine proprie intelligitur.

*Per vim*. Per extremum, & hostile bellum.

*Tenente*. Regente.

*Pete*. Para, affer.

*Puer*. Servum alloquitur.

*Coronas*. Coronati floribus, & unguentis delibuti accumbabant.

*Cadum, &c.* Cujus vinum conditum sit bello Marso, seu Marfico. Solebant enim, ut sæpe dictum antea, inscribere in operculo cadi, seu dolii, quo anno vinum infusum foret. Porro bellum illud vocatum etiam fuit sociale; quia fuerat constitutum a se-

Spartacum si qua potuit vagantem

Fallere testa .

Dic & argute properet Neære

Myrrhinum nodo cohibente crinem ;

Si per invisum mora janitorem

Fiet , abito .

Lenit albescens animos capillus

Litium , & rixæ cupidos protervæ :

Non ego hoc ferrem calidus juvena ;

Consule Planco .

a focis Italis populis , & fœderatis , qui , cum jus civitatis sibi promissum obtinere non possent , arma ceperunt . Hos inter quia præcipui Marfi erant , Marficum est vocatum : incidit in annum U. C. 663. Vide Florum lib. 3. c. 18.

*Duelli . Belli .*

*Spartacum , &c.* Si qua ratione , vel si forte aliqua testa potuit fallere , idest , latere Spartacum vagantem tota Italia , & eam devastantem . Fuit Spartacus gladiator , qui servos , & gladiatores in Rempublicam armavit , bellumque servile condidit , anno U. C. 687. Lege Florum lib. 3. c. 10.

*Arguta .* Scite , & eleganter camenti . Erat Fidiolina ,

quales sæpe in convivio adhibebant ; eam Horatius per servulum accersiri jubet .

*Myrrhinum .* Myrtheo unguento nitentem .

*Cohibere .* Religare , colligere .

*Lenis , &c.* Ordo , & sensus est : capillus albescens , idest , ætas jam in senectutem vergens lenit , temperat animos meos , hoc est , iracundiam rixæ amantem .

*Non ego , &c.* Repulsam a janitore non tulissem .

*Planco .* Consul fuit anno U. C. 711. quo anno Horatius natus erat annos admodum 24. Legit Lambinus , *Consule Tulle* , de isto Consule dictum supra , Od. 7.

## O D E X I.

*Aurum vincit , ac perumpit omnia . Nihil cupere ;  
parvo contentum esse , summa felicitas est .*

**I**nclusam Danaen turris ahenea ,

Robustæque fores , & vigilum castrum

*Danaen .* Erat Acrisii filia , Regis Argivorum . Audierat Acrisius se a nepote vita , & folio privatum iri : quare filiam , ne quis ex ea nasceretur , ahenea turri in-

cluserat . Jupiter in pluviam auream conversus , Perseum ex ea suscepit , a quo Acrisius est interfectus . Huic fabula occasionem dedit Præ-

lus .

Tristes excubiæ munierant satis

Nocturnis ab adulteris:

Si non Acrisium, virginis abditæ

Custodem pavidum, Jupiter & Venus

Risissent: fore enim tutum iter, & pateas;

Converso in pretium Deo.

Aurum per medios ire satellites,

Et perrumpere amat saxa, potentius

Ictu fulmineo. Concidit auguris

Argivi domus, ob lucrum

Demersa excidio: diffidit urbium

Portas vir Macedo, & subruit æmulos

Reges muneribus: munera navium

Sævos illaqueant duces.

Crescentem sequitur cura pecuniam,

Majorumque fames. Jure perhorru

Late conspicuum tollere verticem,

tus, Acrisii frater, qui corruptis auro custodibus, aditum ad Danaen invenit.

*Fore enim.* &c. Subaudi, sciebant, aiebant.

*In pretium.* In aurum.

*Deo.* Jovi.

*Amat.* Solet.

*Saxa.* Arces, oppida munitissima.

*Auguris,* &c. Amphiarai familia: qui cum ( ut erat augur optimus ) intellexisset periturum se in bello Thebano, quod agitabant Polyniceæ, & Adrastus, cujus sororem Eriphylem Amphiarais duxerat, adduci non poterat, ut ad illud proficisceretur; donec Adrastus monile auro, & gemmis præstans Euriphylæ dedit; quo illecta, persuasit viro, ut bellum peteret: in quo ipse, terra dehiscente, haustus est. Eriphyle subinde fuit ab Alcmaone filio interempta, Alcmaon ab Adrasto, & Polynice; Amphilocus etiam, Alcmaonis

frater, in bello Thebano periit. Ita ob unius mulieris avaritiam, tota domus Amphiarai exitio demersa est, id est exincta, eversa.

*Diffidit.* Perfregit, dissecuit. Arictis, & tormenti muralis loco ei munera fuere.

*Vir Macedo.* Philippus, Alexandri pater, Macedoniæ Rex.

*Navium duces.* Gubernatores, vel munera navium, id est, merces peregrinæ, quas navibus advehuntur, duces exercituum capiunt.

*Illaqueans.* Corruptunt.

*Cura servandæ pecuniæ,* metus amittendæ.

*Majorumque fames.* Majorum opum, majoris pecuniæ cupiditas.

*Jure,* &c. O Mæcenas, qui Equitum, & Equestris ordinis ( in eo enim ille constiterat præ modestia ) decus es, ego jure pertimui magnas opes possidere, & honores, cæteris eminere nolui.

*Plu-*

Mœceras, Equitum decus.

Quanto quisque sibi plura negaverit;

A Diis plura feret: nil cupientium

Nudus castra peto, & transfuga, divitum

Partes linquere gestio,

Contemptæ dominus splendidior rei,

Quam si quicquid arat non piger Appulus

Occultare meis dicerer horreis,

Magnas inter opes inops.

Puræ rivus aquæ, silvaque jugerum

Paucorum, & segetis certa fides meæ,

Fulgentem imperio fertilis Africæ

Fallit forte beator;

Quamquam nec Calabræ mella ferunt apes,

Nec Lestrygonia Bacchus in amphora

Languescit mihi, nec pinguis Gallicis

*Plura negaverit.* Cupiditati suæ, & avaritiæ detraxerit.

*Feret.* Obtinebit, a Diis scilicet.

*Castra peto.* Metaphora ducitur a re bellica, ego partes relinquo avarorum, & amplector partes illorum, qui nihil desiderant: pauper, & nihil ipse possidens, ut nil cupiens, præter id, quod satis est.

*Contemptæ rei.* Opum exiguarum, quas ipse contemno, & quas ob parvitatem alii merito spernant.

*Dominus, &c.* Sapiens enim sua sorte, ac tenui re contentus ita se gerit, ut non ipse pecunia, sed pecuniæ ipse imperet. Sane avarus, pecuniæ, quam tangere non audet, quia timet uti, dominus dici non debet.

*Appulus.* Apuliæ solum ferax, & agricolæ laboriosi erant. Supra Od. 4.

*Certa fides.* Fundus fidelis, reddens semper cum fec-

nore sementem commissam;

*Fulgentem, &c.* Phrasis Græca est, ita est ordinanda: rivus aquæ puræ, sylva paucis constans jugeribus, & prædium non mendax, fallit, id est, latet, eum, qui fulget Africæ imperio, hoc est Imperatorem, Regem Africæ; latet, inquam, illum, ab eo ignoratur esse hic rivus, hæc sylva, mea beator forte, ac opibus suis, & Regum omnium. Nescit Africæ Rex ob exiguas meas opes, rivum, & sylvam, me esse feliciorum sorte sua, Regis opibus suis.

*Calabræ.* Calabria pars est extrema Italiæ, prope Siciliam; ubi mel optimum.

*Lestrygonia.* Formiana. Formiæ oppidum est Campaniæ Italiæ, ad quod olim Lestrygones, Siciliæ populi, commigrarunt: in ejus agro vites optimæ, ut flores, & mel in Calabria.

*Languescit.* Senescit, veterascit.

Gal-

Crescunt vellera pascuis :  
 Importuna tamen pauperies abest ;  
 Nec , si plura velim , tu dare deneges ,  
 Contracto melius parva cupidine  
 Vestigalia porrigam ;  
 Quam si Mygdoniis Regnum Halyattei  
 Campis continuem . Multa petentibus  
 Desunt multa : bene est , cui Deus obtulit  
 Parca , quod satis est , manu .

*Gallicis* . Nempe in Gallia Cisalpina , ad Padum , ubi lata pascua .

*Vestigalia* , &c. Extendam proventus meos latius , & agros , si nihil cupiam quam si , &c. Nam qui nihil cupit ditior est , quam qui multa cum habeat , plura cupit . Vestigal. porro saepe sumitur profundo , & praedio . Vel vestigalia facilius pendam .

*Mygdoniis* . Phrygiis . Mygdon fuit Rex Phrygiae in Asia .

*Halyattei* . Crasi , qui filius fuit Halyattei , & Rex Lydiae ditissimus . Legunt aliqui , *Halyassici* .

*Continuam* . Continuatam , & aliis adjectum , possideam .

*Bene est* &c. Illi bene est , cum illo praecclare agitur a cui , &c.

## O D E XII.

*Aelium Lamiam rusticantem admonet de imminente in posterum diem tempestate , qua ipsi occasionem genio indulgendi offeret .*

**A**ELI , vetusto nobilis ab Lamo ,  
 Quando & priores hinc Lamias ferunt  
 Denominatos , & nepotum  
 Per memores genus omne fastos ,  
 Auctore ab illo ducis originem ,  
 Qui Formiarum moenia dicitur

*Quando* . Si quidem .

*Hinc* . Ab isto vetusto Lamo , Lestrygonum Rege , Formiarum conditore . Fuit Aeliorum gens Romae in primis nobilis , omnes honores adeptae . C. Aelius Lamia interfuit bello Cantabrico , & Augusto charus extitit : ad eum

scriptam hanc Oden apparet .

*Fastos* . Fasti erat libri , & tabulae publicae , in quas referebatur , quid , quodque die gestum esset ad Rempublicam spectans , virorum Principum nominis , & res gestae , &c.

*Auctore* . Familiae principe ,

*Primo*

Princeps, & innantem Maricæ  
 Littoribus tenuisse Lyrim  
 Late Tyrannus. Cras foliis nemus  
 Multis, & alga littus inutili,  
 Demissa tempestas ab Euro  
 Sternet, aquæ nisi fallit augur  
 Annosa cornix. Dum potes, aridum  
 Componere lignum: Cras Genium mero  
 Curabis, & porco bimestri,  
 Cum famulis operum solutis.

*Princeps. Primus.*

*Innantem, &c.* Qui dicitur tenuisse, id est, obtinuisse, possedisse Formias, & Lyrim fluvium, qui innatat Maricæ littoribus, sive qui alluit littora Maricæ. Vocat autem Maricæ littora, maritimam oram, in qua sunt Cajeta, Formiæ, Minturnæ, ubi Lyris, prope Minturnas, effundit se in mare: in isto enim tractu Dea Marica, Fauni uxor, eadem, quæ Circe, olim colebatur. Est Lyris fluvius Italia, dividens Latium a Campania, nunc *Garigliano*, vel *Scafasi*, vocatur.

*Late Tyrannus.* Late Rex: amplam ditionem obtinens.

*Cras, &c.* Ordo est, cras tempestas immissa ab Euro: nisi fallit me cornix, quæ est augur, & divinatrix imbrium imminentium, sternet, consternet sylvas foliis excussis vento, & littora inutili alga. Est alga herba quædam marina, junco, & ipuma

mixta, quam fluctus in ripam projiciunt, hinc proverbium, *alga vilis*, de re inutili.

*Cornix.* Virgil. 1. Georg. *Cornix rauca pluviam vocat improba voce.*

*Dum potes.* Nempe antequam imbre, & tempestate madescat lignum.

*Componere.* Collige, comperta, imponi foco jube.

*Genium curabis.* Genio, epulle indulgebis.

*Porco.* Immolabatur porcus Lari, & Genio: quia hæc pecus ad escam tantum utilis est, ac proinde alendæ familiæ maxime servit, cui præsumunt Lareæ, & vitæ tutandæ, cujus potens est Genius, & quasi arbiter.

*Operum.* Genitivus, Græco more, pro ablativo.

*Solutis.* Qui propter tempestatem, labore & opere soluti erunt, vacabunt ab opere rustico.



*Faunum abeuntem precatur, ut agro;  
pecorique sit innoxius.*

**F**Aune, Nympharum fugientum amator;  
Per meos fines, & aprica rura  
Lenis incedas, abeasque parvis.

*Æquus alumnis;*

Si tener pleno cadit hœdus anno,

Larga nec defunt Veneris sodali

Vina crateræ; vetus ara multo

Fumat odore.

Ludit herboso pecus omne campo,

Dum tibi Nonæ redeunt Decembres;

Festus in pratis vacat otioso

Cum bove pagus.

Inter audaces lupus errat agnos:

Spargit agrestes tibi sylva frondes:

Gaudet invisam pepulisse fossor

Ter pede terram.

*Meos.* In agro Sabino vil-  
lam habebat.

*Abeasque.* Faunus, idem  
qui Pan, partem anni degere  
dicebatur in Arcadia sua, par-  
tem in Italia: in eam venie-  
bat, Idib. Februarii; abibat,  
Nonis Decemb. Hoc ideo fini-  
xere, quod Faunus agris, ac  
telluri præsit: quæ in Ita-  
lia mense Febuario, solet,  
hyeme depulsa, resurgere,  
Decembri filere, & quie-  
scere.

*Æquus.* Mitis, innoxius.

*Alumnis.* Ovium, & aliis  
id genus fœtibus, qui alun-  
tur in villa: ruris vernulis.

*Cadit.* Tibi a me sacrifi-  
catur.

*Pleno.* Exacto, absoluto.  
Ut Faunus sibi conciliet,  
commemoratur ea, quæ in ejus  
honorem solebat præstare.

*Crateræ.* A nominativo.  
Cratera, crateræ: dicitur &

crater, crateris. Vocatur anti-  
quam cratera sodalis, id est,  
sodia, & amica Veneris, quia  
sine Baccho, & Cerere, frig-  
get Venus.

*Odore.* Thure.

*Nonæ.* Die 5. Decembris  
fiebatur sacrificium istud Fauno.

*Inter, &c.* Ita freti sunt  
præsidio tuo agni, ut lupos  
non curent, interque ipsos  
lupi errent, sine fraude.

*Spargis, &c.* Silva spo-  
liant se frondibus, non tam  
hyemis adventu, quam pia-  
tate erga te, ut nempe tibi  
humum sternant. foliis suis,  
& sic abeuntem cohonestent  
& colant.

*Invisam.* Invisam vocat,  
quia in ea colenda, & exer-  
cenda sudat.

*Fossor.* Vinitor, colonus.  
*Pepulisse.* Saltando ad nu-  
merum.

O D E

## O D E X I V.

*Telephum hortatur, ut omiffis litteris, & hifto-  
riis, de vino & epulis cogitet.*

**Q**uamtu distet ab Inacho  
Codrus, pro patria non timidus mori,  
Narras, & genus Æaci,  
Et pugnata sacro bello sub Ilio:  
Quo Chium pretio cadum  
Mercemur, quis aquam temperet ignibus  
Quo præbente domum, & quota  
Pelignis caream frigoribus, taces.  
Da Lunæ propere novæ,

*Quantum &c.* Ordo est:  
O Telephe, tu mihi narras  
odiose, quantum sit interval-  
lum temporis inter tuos Re-  
ges Græcos, Inachum, & Co-  
druum, &c. taces interim, ni-  
hil dicis, quemadmodum mer-  
cemur optimum vinum, &c.

*Distet.* Quanto post tem-  
pore vixerit. Inachus Argi-  
vorum Regno initium dedit,  
circa annum mundi 2197. Co-  
druus, Atheniensium Rex ul-  
timus, circa 2980. Is pro  
patriæ se devovit in bello,  
quod inter Dorienses, & A-  
thenienses erat. Cum enim  
Oraculum respondisset, eos  
fore superiores, quorum dux  
in acie occidisset, pastorali  
sumpto habitu, hostium ag-  
men ingressus, dum temere  
jurgium ciet, ab gregario mi-  
lite interfectus est.

*Æaci.* Fuit Æacus Jovis  
filius, Pelei pater, Achillis  
avus. Per Æaci genus pos-  
sunt significari Æacidæ, Pe-  
leus, Achilles, Pirrhus, &c.  
Sic Danaides appellat Danaï  
genus, lib. 2.

*Ilio.* Troja, sic dicta ab  
Ilio, Trojano Rege. Sacrum  
dicitur, ob templorum in ea  
urbe celebritatem, ac multi-  
tudinem, vel quia Neptu-  
nus, & Apollo ejus mensa  
condiderant.

*Chium.* Chios insula est  
maris Ægel, inter Samum  
& Lesbum, vino suo inclyta.

*Aquam.* Balnei, quo ute-  
bantur ante coenam. Inter-  
dum etiam calida vinum tem-  
perabant, ut vini frigiditas,  
nive, aut glacie quæsitæ, non  
noceret.

*Temperet.* Tepidam faciat.

*Quo præbente, &c.* Cujus  
in domo, quota hora men-  
sæ accumbam, ad focum, &  
propulsem hybernæ frigus,  
quod Pelignum vocat, ab re-  
gione Pelignorum, nota He-  
ratio, quia Pelingi erant vi-  
cini Sabinis: eorum regio  
propter montes frigida.

*Da.* Vocat servum, & quasi  
arrepto calice, infundi sibi  
jubet.

*Da Lunæ &c.* Subaudi  
poculum nempe, quod hau-  
riam



Da noctis medix . da , puer , auguris  
 Murænzæ ; tribus , aut novem  
 Miscentur cyathis pocula commodum :  
 Qui musas amat impares ,  
 Ternos ter cyathos attonitus petet  
 Vates . Tres prohibet supra ,  
 Rixarum metuens tangere Gratia  
 Nudis juncta fororibus r  
 Insanire juvat . Cur Berecynthis

tiam in honorem Lunæ novæ . Sic Ode 7. vocat cyathos amici hospitis, eos qui in amici gratiam siccantur . Cedo pateram , propinare placet Lunæ novæ , nocti medix , Licinio Murænzæ , auguri recens creato . Erat ille frater uxoris Mæcenatis , & in ejus gratiam scripta hæc Ode videtur lib. 3. Od. 7. Forte per hæc verba , *Auguris Murænzæ*, significatur tempus matutinum , quo fere auguria captabantur ab auguribus , quorum unus erat Murænzæ . Sic tria quædam tempora notare videtur , quod totam noctem vellet potando transigere .

*Lunæ novæ* . Per Lunam novam , quidam suspicantur Lunam vesperi surgentem indicari ; ut ver novum dicitur , quod incipit , & Sol novus , Sol oriens , adeoque hac voce significari initium noctis & cœcæ , quam Horatius productam velit ad mediam noctem , cui se quoque propinaturum ait . Alii per Lunam novam intelligunt crescentem , nondum plenam .

*Auguris* . Augures illi erant , qui ex avium cantu , passu , volatu futura prædicebant , ac Deorum voluntatem renuntiabant .

*Tribus aut , &c.* Idem , commo- modo , conveniente Musis , aut Gratiis bibitur , cum tria pocula ebibuntur , vel cum novem . Pocula erant vasa majora , e quibus vinum propinabatur & cum aqua miscebatur in cyathis , qui erant minora vasa , seu pateræ . Funduntur ergo pocula in cyathos , vel tres in honorem Gratiarum , vel novem in honorem Musarum .

*Impares* . Novem .

*Attonitus* Entheo , quem afflant Musæ , furore percirus , vel subebrius .

*Tres , &c.* Ordo est , Gratia , fororibus juncta , idest tres Gratiæ , prohibent tangi pocula , & ebibi super tria , plura tribus , quia si bibantur plura , periculum est rixarum , quas Gratiæ fugiunt .

*Insanire juvat* . Citra modum , & liberalius bibere certum est . Itaque novem cyathos hauriam Musarum memor , Gratiis invitis .

*Berecynthis* . Phrygiæ . Berecynthus est mons Phrygiæ . Tibiæ Phrygiæ , sive impares dicebantur , cum dux adhibebantur , altera dextera , altera sinistra , quæ junctæ , sonantque efficiant mixtum ex acuto , & gravi . Dextra enim tibia erat unico foramine , eoque aper-

tio v

*Cessant flamina tibiæ?*

*Cur pendet tacita fistula cum lyra?*

*Parentes ego dexteras*

*Odi. Sparge rosas: audiat invidus*

*Dementem strepitum Lycus,*

*Et vicina seni non habilis Lyco.*

Mori, unde sonus gravior  
exibat: sinistra vero duplex  
habebat foramen, & utrum-  
que angustius; unde sonus  
acutior. Si duæ dextræ tibiæ  
inflarentur, modus Lydius di-  
cebatur, si duæ sinistrae, Sar-  
zanus, sive Tyrius, & tunc  
pares tibiæ esse dicebantur,  
quando scilicet duæ erant dex-  
træ, vel duæ sinistrae. Mo-  
dus porro Phrygius, de quo  
hic agit Horatius, erat jocus,  
& conviviis accommodatior:  
ita forte dictus, quia inven-  
tus a Phrygiis. Adi Comæ-  
dias Terentii expurgatas, &

nobis illustratas, in Andria  
limine, Phormionis, &c.

*Pendet.* E pariete.

*Parentes, &c.* Ne parcas,  
O puer, sparge assatum, & lar-  
ge rosas, liberalis esto, &  
prodigus, tales nunc amo.

*Dementem.* Inconditum,  
vehementem, ut ab ebriosis  
tollitur.

*Lycus.* Vicinus aliquis Ho-  
ratio insensus.

*Vicina.* Uxor Lyce, cujus  
mores discrepant a mariti mo-  
ribus, cui cum marito non  
convenit.

## O D E X V.

*Amphoram suam hortatur ut in Corvini gra-  
tiam vinum vetustum, cujus laudes pro-  
sequitur, depromat.*

**O** Nata mecum, Consule Manlio,  
Seu tu querelas, sive geris jocos,  
Seu rixam, & insanos amores,  
Seu facilem, pia testis, somnum:  
Quocumque lectum nomine Massicam

*O nata, &c.* Recte illi,  
meo iudicio, sentiunt, qui  
negant designari ætatem am-  
phoræ vino vacuæ, quia non  
trudabatur vetustas vasis, sed  
vini. Itaque nata dicitur am-  
phora, quo tempore impleta  
vino fuit, nempe eodem an-  
no, & Consule, quo natus  
erat Horatius, Urbis 689. L.

Manlio Torquato, & L. Au-  
reol. Cotta Cos.

*Geris.* quasi gravis esset  
amphora querelis, jocos, som-  
no, quia hæc omnia parturire  
vinum solet.

*Pia.* Vox amorem, & ve-  
nerationem sonans.

*Quocumque, &c.* Non hic  
desi-

Servas, moveri digna bono die,  
 Descende, Corvino jubente,  
 Promere languidiora vina.  
 Non ille, quamquam Socraticis madet  
 Sermonibus, te negliget horridus:  
 Narratur & prisca Catonis  
 Sæpe mero caluisse virtus.  
 Tu lene tormentum ingenio admoves  
 Plerumque duro: tu sapientium  
 Curas, & arcanum jocosum  
 Consilium regeis Lyxo.  
 Tu spem reducis mentibus anxiiis,  
 Viresque, & addis cornua pauperi,  
 Post te neque iratos trementi

designatur nomen Consulis: illud enim disertis verbis jam expressit Horatius: hæc igitur est sententia: quæcumque fuerit causa, & ratio; cur vinum in te conderetur. Varia enim erat vini bonitas, ob quam servabatur, aliud lenitate, aliud robore, aliud subtilitate, aliud alio nomine præstabat.

*M. Jscum.* Est mons in Campania, unde vinum optimum.

*Moveri.* Ut res sacræ, ex apotheca deripi, & proferri. Statuæ Deorum, cum ad aliquam supplicationem efferebantur et templis, moveri propria voce dicebantur. Vide Oden. 16. lib. 1.

*Bono die.* Quo, vel Corvino Consul creatus erat, anno U. C. 722. aut triumphum de Gallis idem retulerat anno 736.

*Descende.* Ex apotheca, ex horreo.

*Corvino.* M. Valerio Corvino, qui & consulatum gessit, & de Gallia triumphavit. V. Svet. Aug. cap. 58.

*Jubente.* Quia forte se ad cenam ipse invitaverat apud Horatium.

*Promere.* Descende, ut possas.

*Languidiora.* Vastata, & proinde mitiora.

*Socraticis, &c.* Et si Corvino austeriori philosophia, quam Socrates docuit, & quæ sobrietatem maxime commendat, totus imbutus sit, non erit ille tamen adeo tetricus, & austerus, ut te negligat, ac respuat.

*Madet.* Imbutus est ad plenum, delibutus.

*Catonis.* Censorii, qui, Plutarcho teste, moderatas epulas non spernebat. Priscus vocatur sive senior, nam Cato Uticensis erat illius nepos: Catonis virtus, pro Cato.

*Tu lene, &c.* Tu expungas severitatem, ac duritiam ingenii asperioris, velut admota bellica machina expugnantur arces.

*Cornua.* Vires, Audaciam.

*Post te.* Ubi plus bibit.

Api-

Regum apices, neque militum arma,  
 Te Liber, & si læta aderit Venus,  
 Segnesque nodum solvere Gratia,  
 Vivæque producent lucernæ,  
 Dum rediens fugat astra Pœbus.

*Apices*. Diademata, potestatem, & iram.

*Te Liber, &c.* Ordo est: Liber, & Venus, si quidem læta aderit, & Gratia, & lucernæ vivæ te producent, usque dum Phœbus rediens fugabit astra, idest, producent convivium, in quo tu vina nobis dabis per totam noctem.

*Liber*. Bacchus, qui Lyæus etiam dicitur, quia liberos, & solutos facit.

*Segnes, &c.* Quæ segnes,

& pigræ sunt ad solvendum nodum, quo se invicem infertis dextris tenent, quæ mutuam concordiam arctissime retinent.

*Vivæque*. Tamdiu lucerna vivere censetur, quamdiu ardet.

*Producent*. Producent, protrahent.

*Dum, &c.* In lucem tu continuabis epulas per totam noctem.

## O D E X V I.

*Dianæ pinum consecrat; verrem pro victima pollicetur.*

**M**ontium custos, nemorumque Virgo,  
 Quæ laborantes utero puellas  
 Ter vocata audis, adimisque letho,  
 Diva triformis:

Imminens villæ tuæ pinus esto,  
 Quam per exactos ego lætus annos,  
 Versis, obliquum meditantis ictum,

*Montium custos, &c.* Diana, sive Luna. Partibus eadem dicebatur præesse: tumque Lucina, & Ilithia vocabatur.

*Te*. Numerus ternarius religioni servit; ac vulgo in sacris adhibebatur.

*Triformis*. Quia Luna tres maxime phasæ, ut vocant, seu species, & formas habet crescens, plena, decrescens; item tria nomina, in Cœlo vocatur Luna, in terris Diana,

in Inferis Hecate, sive Proserpina.

*Imminens*. Incumbens. Significat villam in declivi loco sitam fuisse, & pinum illi velut impositam, in loco superiori, & vicino, consistam.

*Tus*. Tibi sacra, cujus initia sunt silvæ, & arbores.

*Exactus*. Absolutus: verrente anno quolibet, quotannis.

*Verris*. Porcelli.

*Obliquum*. Majores dentes,

G

tes,

tas, quibus porci utuntur, cum aliquem petunt, ita sunt dispositi ad malæ latus, ut istum, nisi obliquum inferre non possint.

*Meditantis.* Infigere pa-

rantis: se se ad obliquos ejus modi morsus inferendos exercentis, sed frustra, quia prope sacram pinum immolabitur.

O D E X V I I.

*Phidilen monet, Deos rusticis & minime sumptuosis muneribus recte coli posse.*

**C**Ælo supinas si ruleris manus,  
Nascente Luna, rustica Phidile;  
Si thure placaris, & horna  
Fruge Lares, avidaque porca;  
Nec pestilentem sentiet Africum  
Fœcunda vitis, nec sterilem feges  
Rubiginem, aut dulces alumni  
Promifero grave tempus anno.  
Nam, quæ nivali pascitur Algido

*Supinas.* Sublimes, porrectas Coelum versus, itaut devota Coelum respiceret, qui gestus erat supplicantium. Deos Cœlestes precabantur, manibus in Cœlum sublatis; marinos, ad mare porrectis, Manes & Inferos, terra manū, vel pede percussa.

*Nascente Luna.* In noviluniis maxime sacrificia fiebant pro terræ frugibus, quibus augendis, aut minuendis præcipua Lunæ vis est.

*Placaris.* Ultima syllaba longa est ob cæsuram, vel ob syncopen, placaris enim est, pro placaveris.

*Horna,* Præsens anni: ab adjectivo, *hornus, horna, hornum.*

*Frugè.* Frumento.

*Lares.* Deos domesticos:

*Penates etiam dicuntur.*

*Pestilentem.* Ob calorem humidum. Est autem Africus ventus meridionalis.

*Sterilem.* Quæ steriles agros facit. Rubigo est vitium segetis, cum aristas contabescunt.

*Alumni.* Pueri, & vernulae tui; vel foetus pecudum.

*Grave tempus, &c.* Sentiunt; non sentient Cœli, & tempestatis gravitatem, in anno pomifero, idest in autumno; in qua parte anni fructus leguntur, & morbi ingravescent.

*Nam quæ, &c.* Sensus est: majores illæ victimæ, quæ sacrificiis devotæ, & destinatæ pascuntur in Algido (mons est Italiæ) aut in pascuis lætis prope Albem (Urbs est

La-

Devota, quercus inter & ilices,  
 Aut crescit Albanis in herbis  
 Victima, Pontificum secures  
 Cervice singet. Te nihil attimet  
 Tentare multa exde bidentium  
 Parvos coronantem marino  
 Rore Deos, fragilique myrto;  
 Immunis aram si tetigit manus;  
 Non sumptuosa blandior hostia,  
 Mollibit aversos Penates  
 Farre pio, & saliente mica.

Latii) illa, inquam, securi  
 ferientur a Pontificibus, in  
 majoribus videlicet, publicis-  
 que sacrificiis. Te vero nihil  
 opus est tentare Deos tuos  
 Lares multa bidentium exde;  
 quæ coronare illos soles rore  
 marino, & myrto.

*Deos tentare*, est in loco  
 Deorum pacem, & beneficia  
 exposcere, placare Deos, velle  
 experiri quid ab eis obtineri  
 sacrificio possit.

*Devota*. Vota, & promissa:  
 aris destinata.

*Bidentium*. Ovium, pecu-  
 dum. Bidentes autem voca-  
 bantur: vel quia binos den-  
 tes hostiæ sic dictæ debebant  
 habere, cæteris sex longio-  
 res: vel quasi bidentes, pro  
 biennes, quia bima debebant  
 esse.

*Parvos Deos*. Tuos Deos  
 Penates, quorum status par-  
 va sunt, vel qui domui tuæ  
 parvi, & casulae præsent.

*Immunis, &c.* Ita senten-  
 tiam, & voces compone: Si,  
 id est, etsi tua manus immu-  
 nis, hoc est, sine muneri-  
 bus, vasua magnis muneri-  
 bus, aram tetigerit, tamen  
 farre pio, nempe tenui mu-

nusculo, & ple oblato mol-  
 libit Penates: non blandior  
 futura, id est, non aptior fu-  
 tura ad eos placandos, quam  
 hostia sumptuosa, id est, si  
 hostias ingentes, & sumptuo-  
 sa munera iisdem offerres.  
 Vel in hunc modum: si,  
 dummodo tua manus immu-  
 nis culpæ, pura sceleris, aras  
 tangat, tunc nulla hostia sum-  
 ptuosa erit blandior, & ap-  
 tior ad placandos Deos, quam  
 far pium, & mica saliens.  
 Eo sensu hostia nominativus  
 casus erit: & in voce, *sum-  
 ptuosa*, erit ultima syllaba  
 producta, ob duas consonan-  
 tes sequentes, in voce, *blan-  
 dior*.

*Aram tetigit*. Solebant  
 aras manu tangere, cum Diis  
 supplicabant.

*Mollibit*. Molliet, placabit.

*Aversos*. Iratos.

*Farre*. Hordeo molito,  
 cui sal mixtus. Utrumque in  
 ignem aræ impositum con-  
 jiciebant: sal autem injectus  
 igni, salit.

*Mica*. Salis mica, seu par-  
 ticula.

## O D E XVIII.

*Sæculi sui vitia insectatur, & eorum remedia proponit.*

**I**ntactis opulentior  
 Thesauris Arabum, & divitis Indiæ  
 Cæmentis licet occupes  
 Tyrrhenum omne tuis, & mare Apulicum;  
 Si figit adamantinos  
 Summis verticibus dira necessitas  
 Glavos; non animum metu;  
 Non mortis laqueis expedies caput.  
 Campestris melius Scythæ,  
 Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,

*Intactis, &c.* Ordo est: licet tu, opulentior Arabibus, & Indis, occupes, & repleas domibus tuis littus maris Tyrrheni, & Adriatici; tamen non expedies animum curis & metu, nec corpus mortis necessitate. Avaros igitur primo loco exagitat.

*Arabum.* Sunt in Asia, inter Ægyptum, & Judæam, atrocissimis suis infames, ac divites. Intacti appellantur hoc, quia nondum in eos arma Romani verterant. Factum id postea, Augusto decimum Consulatam gerente, ab Ællo Largo. Vide 2. Indicem Odarum.

*Indie.* Regio Orientalis est, prope Sinam; quam medius Ganges fecat, gemmis, & auro locuples.

*Cæmentis.* Molibus, cæmento factis, quibus in maris littore domos imponebant. Vide Oden I. hujus libri. Sunt autem cæmenta, lapides minutatim cæsi.

*Apulicum.* Adriaticum, in

quo est Apulia, oppositam Tyrrheni.

*Si figit, &c.* Si te mors, si sati necessitas invadit, si clavos summo vertici, id est capiti tuo figit, quibus te attrahat, sibi que vindicet. Unco impacto Rei trahebantur in Gemonias. Vide lib. 1. Od. 29. Potest etiam ita explicari; siquidem necessitas, summorum virorum, puta, Regum & Principum, verticibus injicit manus tuas clavistrâbalibus armatas; tu, illis tanto inferior, non es fugies, non vitabis mortis laqueos.

*Adamantinos.* Duros, instar adamantis.

*Expedies.* Exsolves, extricabis. Sumptum a gladiatore Retiario, qui conabatur caput Mirmillonis implicare reti. Vide Juvenalem a nobis expurgatum, Sat. 8.

*Campestris.* Qui mediis in campis, ac identidem mutatis, degunt.

*Scythæ, Getæ.* Populi Scythæ.

Vivunt, & rigidi Getæ,  
 Immetata quibus jugera liberas  
 Fruges & Cereem ferunt;  
 Nec cultura placet longior annua:  
 Defunctumque laboribus  
 Æquali recreat forte vicarius.  
 Illic matre carentibus  
 Privignis mulier temperat innocens;  
 Nec dotata regit virum  
 Conjux, nec nitido fidit adultero.  
 Dos est magna parentium  
 Virtus, & metuens alterius viri  
 Certo fœdere castitas:  
 Et peccare nefas, aut pretium est mori;  
 O quisquis volet impias  
 Cædes, & rabiem tollere civicam;  
 Si quæret Pater urbium

ptentrionales, ubi nunc Mo-  
 scovia, & Tartaria.

*Immetata.* Non distincta  
 metis, & limitibus.

*Liberas.* Nullius proprias,  
 omnibus communes:

*Nec cultura, &c.* Colen-  
 da terræ labor. Terram ne-  
 mo diutius uno anno colit;  
 sed postquam annuo labore  
 aliquis eorum est defunctus,  
 & liberatus, eum vicarius,  
 id est, successor, qui vices  
 ejus, & locum accipit, re-  
 creat fatigatum, & quiescere  
 jubet, eadem sorte nimirum  
 & lege, nempe, ut post an-  
 nuum quoque laborem ipsi  
 succedatur.

*Illic, &c.* Apud illos no-  
 verca non nocet privignis,  
 id est, sui viri filiiis, ex alia  
 conjuge susceptis, temperat  
 sibi, & abstinet ab eorum  
 nece; in eo se innocentem  
 præstat, quod ab illorum ne-  
 ce temperat.

*Dotata.* Quæ dotem am-  
 pliam viro attulit.

*Regis.* Illi imperat, viri  
 est domina.

*Fidis.* Credit, gaudet.

*Dos est, &c.* Apud Scy-  
 thas, & Getas hæc est dos  
 virginum præcipua, quod pro-  
 bis ortæ sint parentibus, quod  
 castæ, & servantes certi, id  
 est, conjugalis fœderis, quo  
 ita se alligatas, & obstrictas  
 viro suo putant, ut alterum  
 fugiant.

*Peccare.* Fidem conjuga-  
 lem violare.

*Nefas.* Nefas est, non li-  
 cet.

*Pretium.* Pœna est. Ne-  
 fas sibi esse putant peccare;  
 aut si peccant, merces pec-  
 cati mors est.

*O quisquis, &c.* Hactenus  
 de vitiis dixit, avaritia &  
 impudicitia, jam agit de re-  
 mediis.

*Rabiem civicam.* Seditio-  
 nes, bella civilia; quorum  
 causæ sunt vitia civium.

*Quæret, &c.* Optabit, am-  
 bier, ut statuis suis istud elo-  
 gium



Subscribi statuis, indomitam audeat  
 Refrenare licentiam ;  
 Clarus post gentis : quatenus ( heu nefas ! )  
 Virtutem incolumem odimus ,  
 Sublatam ex oculis querimus, invidi .  
 Quid tristes querimoniz ,  
 Si non supplicio culpa reciditur ?  
 Quid leges sine moribus ,  
 Vanæ proficiunt ? si neque fervidis,  
 Pars inclusa caloribus  
 Mundi, nec Boreæ finitimum latus .  
 Duratæque solo nives  
 Mercatorem abigunt ? Horrida callidi  
 Vincunt æquora navitæ ?  
 Magnum pauperies opprobrium jubet  
 Quidvis & facere & pati ,  
 Virtutisque viam deserit ardor ,  
 Vel nos in Capitolium ,

*glam subscribatue, Pater Pa-*  
*rie, &c.*

*Licentiam.* Subaudi, &  
 voluptatum cupiditatem, cæ-  
 des, flagitia.

*Clarus.* &c. Celebris fut-  
 urus apud posteros, non suo-  
 mo, quatenus, id est, quia  
 nos odio jam habemus homi-  
 nes, virtute præditos, dum  
 sint incolumes, & vivunt ;  
 mortuos querimus, & ama-  
 mus, quod fit ob invidiam.

*Quid ?* Quo valent ? quid  
 juvant ?

*Reciditur.* Amputatur.

*Moribus.* Virtutibus, stu-  
 dio, & amore probitatis, si-  
 ne proba imitatione. Non  
 satis est hominum peccata le-  
 gibus, & metu poenæ coer-  
 cere ; sed etiam oportet ci-  
 ves ab ineunte ætate bene in-  
 stitui, atque ad virtutem in-  
 formari.

*Pars, &c.* Zona torrida.

*Latus, &c.* Zona frigida,  
 hyperboræa.

*Duratæque solo.* In solo,  
 in agris, vel ita ut solum, &  
 solidum pavementum efficiant.

*Abigunt.* Deterrent a na-  
 vigando.

*Horrida.* Procellosa.

*Opprobrium.* Quam pro-  
 brosam, & turpem falso ava-  
 ri putant. Est autem hic or-  
 do : pauperies ( quæ magna  
 est opprobrium ), cogit homi-  
 nes ad quidvis turp. facien-  
 dam, & ferendam, eademque  
 deserit, id est, in causa est,  
 cur deseratur virtutis via.

*In Capitolium.* Subaudi vo-  
 cem infra positam, mitta-  
 mus, comportemus, nimi-  
 rum in templum Jovis Capi-  
 tolini, gemmas, aurum, &c.  
 aurum Deo, ac templis con-  
 secremus, ut a nobis repeti  
 amplius nequeat, tanquam  
 res sacra, & Superis addicta ;  
 ibique religioni, ac pietati  
 serviat, vel projiciamus illud  
 in mare.

*Quo.*

Quo clamor vocat, & turba faventium,  
Vel nos in mare proximum,

Gemmas & lapides, aurum & inutile,  
Summi materiam mali,

Mittamus. Scelerum si bene poenitet,  
Eradenda cupidinis

Pravi sunt elementa: & teneram nimis  
Mentes asperioribus

Formandæ studiis. Nescit equo rudis  
Hærare ingenus puer,

Venarique timet: ludere doctior  
Seu Græco jubeas trocho,

Seu malis vetita legibus alea:  
Cum perjura patris fides

Consortem socium fallat, & hospitem  
Indignoque pecuniam

Hæredi properet: scilicet improba  
Crescunt divitiæ; tamen

Curtæ nescio quid semper abest rei.

*Quo clamor, &c.* Romani cives, interdum etiam Imperatores ( id quod de Augusto Svetonius narrat, ) dona ejusmodi Capitolio, & Jovi offerebant, quod populus secundo favore, & lætis acclamationibus spectabat, imo eos, qui hæc ferrent, in templum applaudens deducebat.

*Gemmas.* Gemma proprie est lapis quidem pretiosus, ac perlucens, ut adamas, &c. Lapis vero alia qualibet gemma, non perspicuus.

*Materiam.* Omnium criminum occasionem, & irritamentum.

*Cupidinis pravi* Amoris civitiarum.

*Elementa.* Primordia, radices, fibræ ipsæ extirpandæ.

*Teneræ.* Delicatæ.

*Studiis.* Exercitationibus.

*Græco.* A Græcis invento.

*Trocho.* Trochus rota quædam erat, sive circulus fer-

rens, insertis annulis refectus, quem vicatim pueri non sine arte quadam, & venustate, cum sonoro annularum tintitu agebant.

*Seu malis.* Seu malueris a verbo, malo.

*Cum, &c.* Neque id mirum; siquidem ipse pater est perjurus, qui socium & hospitem fallere non dubitet. Perjuram fidem vocat, quæ falso juramento firmata & perjurio fuerit, ad socium facilius decipiendum.

*Consortem.* Cum quo inuit lucri, & damni societatem.

*Properet.* Propere, ac sedulo querat, augere festinet,

*Improba.* Vel quæ improbo efficiunt, vel quæ improbo labore, & studio colliguntur.

*Curtæ rei.* Opibus exiguis. Avaro suæ opes, etsi crescant semper, tamen videntur breves, & spe sua minores, ac votis.

## O D E XIX.

*Se Bacchi Numine afflatum, laudes Caesaris  
non humili modo cantaturum.*

**Q**UO me, Bacche, rapis tui  
Plenum? quæ memora, aut quos agor in  
specus.

Velox mente nova? quibus

Antris egregii Caesaris audiar

Æternum meditans decus

Stellis inferere, & consilio Jovis?

Dicam insigne, recens, adhuc

Indictum ore alio. Non secus in jugis

Exsomnia supet Evias,

Hebrum prospiciens, & nive candidam

Thracen, ac pede barbaro

*Tui plenum.* Tuo afflatum Numine, Entho furor percitum.

*Agor.* Ducor: rapi mihi videor.

*Mente nova.* Novo afflatu, quasi pennis sublatus, & velox factus.

*Meditans.* Canens. Sic Virgil. *Sylvestri meditatatur arundine Musam.*

*Stellis inferere.* Ordo, & sententia est, quibusnam in antris cantabo, & audiar canere decus æternum, laudes immortales, facinora præclara Caesaris, eaque inferere stellis, hoc est, ad cælum tollere, & ipsum Cæsarem cæti Deorum, e quibus concilium Jovis canitat, adscribere? Augustus adhuc superstes inter Divos relatus, & Deus appellatus est.

*Dicam insigne.* Aliquid eximium de Cæsare cantabo, res novas, nulli antea dictas.

*Non secus.* Non alio fu-

rore Mænades corripuntur, quam quo me perculsum nunc sentio.

*In jugis.* In montibus Baccho sacris, qualis est Parthassus, Rhodope.

*Exsomnia.* Sine somno, vigil. Orgia, sive sacra Bacchi noctu agitabantur; vel soluto somno, postquam furor quasi edormivit, & ad se rediit.

*Evias.* Bacchi sacerdos mulier, & comes, ab Evius, idest Bacchus. De qua voce dictum sæpe antea.

*Hebrum.* Thracis fluvium.

*Thracen.* Thraciam.

*Barbaro.* Pedibus Thracum, qui ad tua, o Bacche, festa celebranda, in Rhodopen conveniunt, eamque pervagantur: Græci cæteros omnes populos vocabant Barbaros. Adde quod Thracen, ob asperitatem regionis erant in primis barbari, & inculti.

Lustratam Rhodopen. Ut mihi devio  
 Rupes, & vacuum uernus  
 Mirari libet! O Najadum potens,  
 Baccharumque valentium  
 Proceras manibus vertere fraxinos,  
 Nil parvum, aut humili modo,  
 Nil mortale loquar: dulce periculum est,  
 O Lenze, sequi Deum,  
 Cingentem viridi tempora pampino.

*Ut mihi, &c.* Quam ego  
 libens, & lætus aspicio, mi-  
 rororque illas rupes, illud fo-  
 litarium, & vacuum homini-  
 bus nemus! quam libenter  
 devius huc illuc aberro, &  
 spatior!

*Najadum potens.* Ut Ve-  
 nerem Cypti potentem lib.  
 1. dixit: sic Bacchum Naja-  
 dum potentem, idest, do-  
 minum, ducem vocat. Na-  
 jades sunt Nymphæ fontium:  
 dantur illæ comites Baccho,  
 quæ vinam aqua temperan-  
 dum.

*Valentium, &c.* Idest,  
 quæ Bacchæ valent, possunt,  
 fraxinos altas evertere. Eurip-  
 ides in Bacchis ait Pen-

theum insequente Agave, &  
 Mænadibus, in fraxinum, seu  
 abietem ascendisse; eamque  
 arborem statim a Bacchis era-  
 dicatam, & dejectam cum  
 Pentheo fuisse. Vide Oden  
 16. lib. 3.

*Dulce periculum, &c.* Pe-  
 riculosum ea polliceri, quæ  
 præstare vix possum, arduum  
 est ista magno & sublimi  
 modo de Cæsare dicere, sed  
 hæc difficultas est dulcis illi,  
 qui Bacchum ducem, & aucto-  
 rem sequitur.

*Lenze.* Bacche, a voce  
 Græca, quæ torcular signi-  
 ficat.

*Deum, &c.* Te Bacchum,  
 Pampinus est vitis folium,

## O D E XX.

*Se nuntium rebus ludicis remittens.*

**V**ixi choreis nuper idoneus,  
 Et militavi non sine gloria;  
 Nunc arma, defunctumque bello

*Nuper.* Dum essem junior.

*Militavi.* Lusi, genio in-  
 dultus, habet enim sua castra,  
 & arma Cupido, ut ait Ovi-  
 dius.

*Arma.* Versus, lyram. So-  
 lebant milites emeriti, en-  
 sem; artifices, qui depone-

bant artem aliquam, infra-  
 menta suæ artis, Deo illius  
 artis præsidi consecrare, &  
 suspendere. Itaque Horatius  
 barbiton, sive lyram suam,  
 qua versus olim amatorios  
 scripserat, Veneri consecrat,  
 ac suspendit e pariete ad læ-

Barbiton, hic paries habebit,  
 Lavum marinæ qui Venereis latus,  
 Custodit. Hic, hic ponite lucida  
 Funalia, & vestes, & arcus.

Oppositis foribus minaces.  
 O, quæ beatam Diva tenes Cyprum, &  
 Memphim carentem Siphonia nive,  
 Regina, sublimi flagello  
 Tange Chloem semel arrogantem.

venit latus status Veneris,  
 quam in eodem pariete do-  
 mi sui habebat.

*Defunctumque bello.* Cef-  
 fantem a bello, nempe a lu-  
 dicris carminibus. Defunctus  
 opere aliquo dicitur, qui il-  
 lud absolvit; bello, qui bel-  
 lo jam caret, in quo versa-  
 tus: antea fuit, emeritus.

*Lavum.* Lava, seu, fini-  
 stra pars murus est honorata,  
 itaque, in Veneris honorem,  
 ad ejus sinistram latus lyram  
 ponit. Custodire, tegere la-  
 tus, est lateri addere. *Legi*  
*Satyram 5. lib. 11.*

*Marina.* Venus e mari na-  
 ta dicitur a poetis: unde il-  
 lam Græci Pontiam, & Pe-  
 lagiam vocant.

*Funalia, &c.* Juvenes pro-  
 sarvi, & petulantes solebant  
 urbem noctis circumcurrere

cum lampadibus, vestibus, ar-  
 cubus, &c. illisque for-  
 res evertabant: unde illos ar-  
 cus vocat minaces foribus op-  
 positis, seu clausis.

*Diva.* Venus.

*Tenes.* Obtines, regis. Vi-  
 de Oden 3. libri 11

*Memphim.* Urbem Ægypti  
 primariam, ubi calores sunt  
 maximi. Quare illam carere  
 dicit nive Siphonia, idest,  
 frigore aspero, quale est in  
 Thracia, regione Europæ fri-  
 gida, & Septentrionali, quam  
 olim dicta est Siphonia.

*Sublimi.* In altum subla-  
 to, ut ictus sit vehementior.

*Chloem.* Mullerem super-  
 bam, & ferocem, eam a Ve-  
 nere puniri orat.

*Semel.* Saltim semel tan-  
 ge: sed ita, ut plagam probe  
 sentiat.

## O D E X X I.

*Galsteant mari se commissuram faustis omnibus  
 prosequitur; simulque deterrere ab itinere  
 conatur, Europæ exemplo.*

**I**mpios paræ recinentis canem  
 Ducat, aut prægnans canis, aut ab agro

*Impios, &c.* Homines im-  
 pios, iter aggressuros, du-  
 cant sane, ac prolequantur

malæ canis, quale est, vox  
 paræ (est avis sinistra) re-  
 cinentis, idest, iterum atque  
 ite-

Rava decurrens lupa Lanuvino.

Fœtaque vulpes :

Rumpat, & serpens iter institutum ;

Si per obliquum similis sagittæ

Terruit mannos : ego cui timebo

Providus auspex ?

Antequam stantes repetat paludes

Imbrium divina avis imminens ,

Oscinem corvum prece suscitabo

Solis ab ortu .

Sis licet felix, ubicumque mavis ,

At memor nostri, Galatea, vivas :

Teque nec lævus vetet ire picus ,

Nec vaga cornix .

iterum canentis, occursum canis fœta, aut lupam ravæ, descendens ab agro Lanuvino, &c. vel serpentis transverse, & instar jaculi jacentis humi, & equos territantis .

*Omen.* Proprie vox est hominum ore prolata, Divino tamen nutu, quæ aliquid faciendum significat .

*Rava.* Ravus color est inter flavum, & casium ital. *ranæ* .

*Lanuvino.* Lanuvium est vicus in via Appia, per quam iter factura erat Galatea Brundisium versus (ubi portus erat maris Adriatici celeberrimus,) & inde in Græciam soluturus .

*Institutum.* Inceptum .

*Si per.* Istud, *Si*, ponitur pro, *cum* : ita Catull. *Si luxeris*, idest, *cum luceris* .

*Mannos.* Manni sunt equi exigui .

*Ego cui, &c.* Legendum est hoc sine interrogationis notæ, hoc sensu : ego cui timebo, idest, si quem charum habebam, cui omnia secunda cupiam evenire in illius gratiam, precibus meis conabor

obtineri a Diis, ut appareret illi corvus oscen ab Oriente ; idque faciam auspex, augur providus, antequam cornix repetat paludes, ubi quæ crocitantis pluviam provocet, ac præfagiat . Auguria enim capere non poterant, nisi sereno cælo .

*Stantes.* Pigras, desides, stagnantes .

*Divina.* Prænuntia, præfaga .

*Oscinem.* Illæ aves oscines dicebantur, quæ augurium præbebant cantu quasi oricicines, præpetesque volatu .

*Ab Ortu.* Corvus ab Ortu volans erat felicitis ominis . Qui captabant auguria, Orientem Solem spectabant, ut Cæli partem auspiciatissimam .

*Sis licet, &c.* Per me licet sis felix, cupio tibi omnia bene evenire : sed tamen vide, quæso, quid agas, &c. .

*Mavis.* Subaudi esse, ubicumque sis, felix esto .

*Lævus.* A sinistra volans, quæ pars mali ominis censebatur . Picus Martius avis quædam est arborum corticem tundens rostro .

Sed vides, quando trepidet tumultu  
 Pronus Orion? Ego, quid sit ater  
 Adriæ novi finus, & quid albus

Peccet Iapyx.

Hostium uxores, puerique cœcos  
 Sentiant motus orientis Hædi, &  
 Æquoris nigri fremitum, & trementes  
 Verbere ripas.

Sic & Europæ niveum doloso  
 Credidit tauro latus, & scatentem  
 Belluis pontum, mediasque fraudes  
 Palluit audax.

Nuper in pratis studiosa florum, &

*Trepidat.* Agitet omnia,  
 & perturbare incipiat.

*Tumultu.* Mugitu ventorum,  
 & maris motu.

*Pronus.* Vergens in occasum,  
 devexus: tunc enim tempestates  
 excitat gravissimas.

*Quid sit.* Quam periculosis  
 tempestatibus scateat.

*Albus.* Nubilus, frigidus.

*Iapyx.* Ventus ex Apulia flans,  
 commodus Græciam petentibus  
 ille quidem, ac proinde Galatæ  
 optandus, sed infidus tamen,  
 ut Horatius ait, qui peccare,  
 id est tempestates interdum  
 soleret excitare.

*Hostium, &c.* Hostibus imprecari  
 solebant mala, quæ ab amicis  
 vellent apolari.

*Cæcos.* Improvisos, ignotos.

*Hædi.* Vide Od. 1. hujus libri.

*Verbere.* Fluctuum ripam  
 tundentium in tempestate.

*Sic, &c.* Ut tu, o Galatæ,  
 nihil vides, quod metuas;  
 sic Europæ tauro se credidit,  
 ac ponto, nihil periculi  
 metuens; quod experta tamen  
 est gravissimum.

*Europæ.* Nota fabula de Jove  
 in taurum mutato, & Europam  
 vehente; hinc orta, quod Europæ,  
 Agenoris Phœnicum Regis filia,  
 rapta fuerit a quodam Rege Cretæ,  
 qui, vel Taurus vocaretur,  
 vel navi, Tauro dicta,  
 veheretur.

*Doloso.* Qui Deum tegebat.

*Credidit.* Commisit; imposuit  
 se tauri tergo, a quo est abrepta  
 medias in undas.

*Scatentem, &c.* Plenum  
 portentosis piscibus.

*Mediasque, &c.* Media pericula  
 expulsiuit, quamvis esset  
 audax. Fraus sæpe pro  
 periculo sumitur. Vel se tantum  
 deceptam sensit, cum in  
 media fraude esset, cum nihil  
 opis, aut remedii superesset.

*Nuper, &c.* Ordo est: quæ  
 nuper, quæ paulo ante in  
 pratis erat opifex studiosa  
 florum, quæ flores legebat,  
 ut ex iis texeret coronam  
 Nymphis debitam, id est,  
 promissam, eadem Europæ nocte  
 sublustri, hoc est, subobscura,  
 nihil vidit præter astra,  
 & undas, subaudi, nempe a tauro  
 rapta per medium mare.

Debitæ Nymphis opifex coronæ,  
Nocte subluffri, nihil affra præter  
Vidit & undas.

Quæ simul centum tetigit potentem  
Oppidis Cretam; o Patris, o relictum  
Filix nomen, pietasque, dixit  
Victa furore.

Impudens liqui patrios Penates:  
Impudens Orcum moror. O Deorum  
Si quis hæc audis, utinam inter errem  
Nuda leones!

Vilis Europe, pater urget absens;  
Quid mori cessas? potes hæc ab orno  
Pendulum, zona bene te secuta, e-  
Lidere collum.

Sive te rupes, & acuta letho  
Saxa delectant, age, te procellæ  
Crede veloci, nisi herile mavis  
Carpere pensum

*Simul, &c.* Simulatque  
pervenit in Cretam, in qua  
olim Urbes centum fuisse fe-  
runt.

*Pater, &c.* Ordo est: di-  
xit hæc amens, & furore vi-  
cta, parenti similis: O pa-  
ter, quod nomen rejectam,  
& violatum est a me tua fi-  
lia; o pietas, quam sprevi,  
patrem ac patriam deserendæ.

*Ortum moror.* Maneo in  
vita, superstes sum, Pluto-  
nem demoror, qui me ut si-  
bi debitam expectat. Orcum  
videtur is morari, qui non  
moritur tum, cum mori de-  
bet.

*Inter, &c.* Errem inter  
leones, ut ab iis discerpar.

*Vilis Europe.* seipsam com-  
pellat: O vilis, idest, infeli-  
lix, & perdita Europa, quæ  
patriam, & patrem deserui-  
sti, quibus rebus nihil tibi  
charius debet effect, en tuus  
te pater, quamvis absens,

urget, tibi scelus exprobrat  
Audisne istam incerpantem?  
Quid præterea cessas mori,  
quid cunctaris?

*Hæc Orno.* Vicinam arbo-  
rem aspicit.

*Te secuta.* Forte cætera-  
rum vestium partem amise-  
rat. Bene est, inquit, quod  
relicta tibi zona sit, cui col-  
lum inferas, faucesque tibi  
frangas.

*Acuta letho.* Prærupta, &  
opportuna ad mortem oppe-  
tendam facilius.

*Procellæ, &c.* Mari pro-  
celloso. Projice te confestim  
in fluctus, qui te confestim  
hauriant.

*Herile pensum.* Lanz por-  
tionem quamdam, tibi ab  
hera Barbara datam, quam  
trahere cogaris tu, quæ Re-  
gio sanguine es nata, & tra-  
di illius heræ marito, ut sis  
ejus pellex.

*Per-*



Regius sanguis, dominæque tradi  
 Barbaræ pellex. Aderat querenti  
 Perfidum ridens Venus, & remisso  
 Filius arcu.

Mox ubi lusit satis: abstineto,  
 Dixit, irarum calidæque rixæ,  
 Cum tibi invisus laceranda reddet  
 Cornua taurus.

Uxor invicti Jovis esse nescis?  
 Mitte iungulus; bene ferre magnam  
 Disce fortunam: tua sectus orbis  
 Nomina ducet.

*Perfidum.* Perfidiose, im-  
 probe.

*Remisso.* Soluto.

*Filius Veneris,* Cupido.

*Ubi lusi.* &c. Ubi Venus  
 latis risit Europam tremen-  
 tem: Noli inquit, adeo in  
 illum, qui te rapuit, taurum,  
 crudelis esse, cum tibi offe-  
 ret sua cornua discerpenda.  
 An ignoras te uxorem esse

Jovis, quæ in taurum illum  
 mutatus est? Nescis uxor es-  
 se Jovis? Græca locutio, pro  
 nescis te esse uxorem Jovis?  
*Mitte.* Omitte.

*Tua sectus orbis,* &c. Para-  
 una ex iis, in quas divisus  
 est orbis, tuum nomen acci-  
 piet: nempe Europa, quam  
 ab hac Europe dictam vo-  
 lunt.

## O D E XXII.

*Hortatur Lydem, ut festum Neptuni diem biben-  
 do, & canendo transigat.*

**F**esto quid potius die  
 Neptuni faciam? Prome' reconditum,  
 Lyde strenua, Cœcubum,  
 Munitæque adhibe vim sapientiæ;  
 Inclinare meridiem  
 Sentis, ac, veluti stes volucris dies,

*Festo.* Istud Neptuni fe-  
 stum celebrabatur Kalendis  
 Septemb.

*Quid,* &c. Quid potius  
 faciam, & melius, quam bi-  
 bam?

*Prome.* Profer ex apotheca.  
*Strenua.* Confestum, pro-

perè.

*Munitæque* &c. Expugna  
 tuam illam sapientiam, &  
 modestiam, quæ contra jo-  
 cos, & hilaritatem videtur  
 munita esse.

*Inclinare.* In occasum ver-  
 gere.

*Paye*

Parcis: deripere horreo

Cessantem Bibuli Consulis amphoram ?

Nos cantabimus invicem

Neptunum, & virides Nereidum comas ;

Tu curva recines lyra

Latonam, & celeris spicula Cynthiam.

Summo carmine, quæ Cnidon

Fulgentesque tenet Cycladas & Paphon:

Iunctis visit oloribus.

Dicetur merita Nox quoque nuxia.

*Parcis?* Cessas, moraris?

*Deripere.* Cito detrahere, & superiori loco deducere: nam horrea vinaria erant fere in summaedium parte, ubi vina in amphoris condita, celo interdum sereno supposita, vel fumo excocta, veterascebant.

*Cessantem.* Jam diu otiosam.

*Bibuli Consulis.* Additam ann. U. C. 794. in horreum, sive cellam vinariam, nomine Bibuli inscripta in operculo, pro more.

*Invicem.* Alternis.

*Nereidum.* Sunt Nerei filii, Deæ maris.

*Curva.* Cava, e curvo ligno, & excavato facta.

*Cynthie.* Dianæ, sic dictæ a Cyntho, monte Delii. Celerem vocat, quia vena-

trix, vel quia Luna suum orbem celerrime perficit.

*Summo.* Extremo, post cætera carmina.

*Quæ Cnidon, &c.* Venerem. Cnidum est urbs Carie: Paphus Cypri, quibus in locis præcipue Venus colebatur.

*Cycladas.* Insulae Ægei maris. Fulgentes vocat, quia eminus apparent, ob scopulos, quibus abundant, & spumam, quam efficit mare ad ipsas allisum.

*Iunctis.* Suo currui.

*Merita.* Qui per noctem computaturi erant.

*Nuxia.* Carmine jocosum: Nuxia enim pro ejusmodi cantilena interdum sumitur, vel pro carmine subtili, quod nocti, ac tenebris conveniat.

## O D E XXIII.

*Mæcenatem invitat ad frugalem cœnam, & ut severiores curas Fortunæ, Superisque permittat, monet.*

**T**YRRHENA Regum progenies, tibi  
Non ante verso lene merum cado

*Tyrrhena, &c.* O Mæcenas, qui es Regum Tyrrhæ-  
norum progenies, progentia ab Etruscis Regibus, tibi est

Cum flore, Mœcenas, rosarum, &  
 Pressa tuis balanus capillis  
 Jam dudum apud me est. Eripe te moræ:  
 Neu semper udum Tibur, & Æsulæ  
 Declive contempleris arvum, &  
 Telegoni juga parricidæ.  
 Fastidiosam desere copiam, &  
 Molem propinquam nubibus arduis;  
 Omitte mirari beatæ  
 Fumum, & opes, strepitumque Romæ:  
 Plerumque gratæ divitibus vices,  
 Mundæque parvo sub Lare pauperum  
 Cœnæ, sine aulæis, & ostro,  
 Sollicitam explicuere frontem.  
 Jam clarus occultum Andromedes pater

est apud me, tibi servatur domi meæ, lene merum in cado nondum inverso, id est; ex quo nondum haustum est vinum: os enim dolii erat in superiori ejus parte, quocirca inverti, & versus humum inclinari dolium necesse erat, cum ex eo vinum hauriretur.

*Balanus*. Glans quædam odorifera, ex qua exprimebatur oleum, sive unguentum primæ notæ. Sensus est, habeo etiam apud me balanum, ex qua oleum eductum est; ad capillos tuos ungendos.

*Eripe te moræ*. Eripe te, ac subducito iis rebus, quæ te morantur & impediunt, quominus ad nos venias, genitum cures.

*Neu semper, &c.* Desere aliquando tuam domum, magna mole usque ad nubes eductam, ex qua soles contemplari Tibur, Æsulam, & Tusculum, vicinas Romæ urbes.

*Udum*. Propter aquarum copiam.

*Declive*. In colle positum.

*Telegoni*. Telegonus, filius Ulyssis e Circe, patrem imprudens interfecit; Tusculum condidit.

*Fastidiosam*. Quæ fastidium, & satietatem parit.

*Copiam*. Luxum, lautitias menterum, &c.

*Molem*. Domum tuam.

*Fumum*. Pompam, spectacula, gloriam.

*Plerumque, &c.* Gratæ sunt sæpe divitibus vices, id est, vicissitudo, & mutatio, cum dapes opiparas, ac mensas mutant frugalibus, & naris.

*Mundæ*. Nec sordidæ, nec sumptuosæ.

*Aulæis*. Aulæa sunt vela, quibus lacunæ desuper integitur, ne quid in mensam suppositam decidat.

*Ostro*. Vestibus purpureis, quibus lectuli insternebantur,

*Sollicitam, &c.* Curas divitibus ademere, eos exhilararant. Tristitia frontem in rugas contrahit; explicat lætitia, & exporrigit.

*Jam clarus &c.* Jam famum

Offendit ignem; jam Procyon furit,

Et stella vesani Leonis,

Sole dies referente siccos.

Jam pastor umbras cum grege languido,

Rivumque fessus quærit, & horridi

Dumeta Sylvani; caretque

Ripa vagis taciturna ventis.

Tu, civitatem quis deceat status,

Curas, & Urbi sollicitus times;

Quid Seres, & regnata Cyro

Bactra parent, Tanaisque discors.

Prudens futuri temporis exitum

Caliginosa nocte premit Deus;

Ridetque, si mortalis ultra

gnum Coeleste, Cepheus (Æthiopum olim Rex, & Andromedes pater, & inter sidera beneficio Minervæ repositus) oritur, & suas stellas antea occultas, ostendit. Oriri dicitur septimo Idus Julii. Est illud filius ad caudam minoris Ursæ.

*Procyon.* Signum coeleste. Canis minor, sive Canicula, ut quidam volunt.

*Leonis stella.* Signum Leonis, quod ingreditur Sol, exeunte Julio. Inter stellas, e quibus constat, una est præcipua, quæ cor Leonis vocatur.

*Siccos.* Æstuosos.

*Languido.* Ob æstum.

*Sylvani.* Sylvanus, Deus sylvarum, e Satyrorum erat gente, caprinis pedibus, proluxa, & hirsuta barba: unde hic vocatur horridus, vel *horridi* explica, asperi ob vepres, & sylvas, quibus gaudet.

*Caretque, &c.* Significatur æstus maximus, qui nullo vento leniatur, ne in ipso quidem litore, ubi sunt frequentiores venti.

*Urbis sollicitus &c.* Anxius ne quid Roma detrimenti capiat. Erat Mæcenas tum Præfectus Urbis.

*Seres.* Asiae populi, prope Indos.

*Bactra.* Pluralis numeri; & neutrius generis ea vox est. Urbem primariam significat regionis Asiaticæ prope Scythiam, quam Cyrus, Persarum Rex, olim domuit.

*Tanais.* Fluvius est, in sinibus minoris Tartariæ, Europam ab Asia dividens, olim Scytharum regionem alluens.

*Discors.* Quis Scythæ, Parthi, & alii circa fluvium hunc positi Orientis populi, sibi diffidebant, domesticis bellis agitati.

*Prudens, &c.* Certo consilio. Sensus est: consulto Deus futurarum rerum eventus nobis ignotos esse voluit; ridetque homines, cum trepidant, id est, solliciti sunt, ultra id, quod ipsis licet, quod commode possunt, nempe si de futuris, quæ in ipsorum potestate non sunt, nimis anxii sunt.

Quod

Fas trepidat. Quod adest, memento  
 Componere æquus: cætera fluminis  
 Ritu feruntur, nunc medio alveo  
 Cum pace dilabentis Etruscum  
 In mare, nunc lapidea adesos,  
 Stirpesque raptas, & pecus, & domos  
 Volventis una, non sine montium  
 Clamore, vicinæque sylvæ,  
 Cum fera diluvies quieto  
 Irritat amnes. Ille potens sui,  
 Lætusque deget, cui licet in diem  
 Dixisse: Vixi; Cras, vel atra  
 Nube polum Pater occupato,  
 Vel Sole puro; non tamen irritum  
 Quodcumque retro est, efficiet; neque  
 Diffinget, infectumque reddet.  
 Quod fugiens semel hora, vexit.

*Quod adest, &c.* De operam, ut componas, id est, recte ordines, & equo animo constituas ea, quæ præsentia sunt: nam cætera, id est futura, modo pacata sunt, modo turbida & inquieta, more fluminis, &c.

*Etruscum mare.* Alluit Italiæ, ab occidente, & meridie.

*Lapides adesos.* Vetustate, vel aquis corrosos, & comminutos.

*Stirpesque, &c.* Arborea ab radicibus evulsas.

*Una, Simul.*

*Diluvies.* Aquarum subita vis, & inundatio.

*Irritat.* Quasi provocat ad iram agris inferendam, & in furorem agit.

*Potens sui.* Sui compos, & dominus.

*Deget.* Vivet.

*Cui licet, &c.* Qui hoc potest vere pronuntiare: Ego vivo in diem, id est, præsentem tantum diem curo, de

crassino non laboro, præsentibus rebus acquiesco, & contentus sum.

*Pater, &c.* Deus, Jupiter. Sententia est: cras Deus statuat quod libuerit, vel claram & serenam diem, vel obscuram & nubilam orbi donet, non tamen efficiet, ut quod est retro, id est, quod præteritum & factum, sit irritum, hoc est, infectum sit, & non præteritum. His verbis innuit, id solum esse nostrum, quod vivimus; nullum in præterita jus esse. *Fortuna.*

*Occupato.* Tertia persona imperativi.

*Diffinget.* Destruet, mutabit. Fingere proprie est ex argilla vas formare, diffingere est, vel destruere, quod factum, & formatum est, vel reformare, quod est fractum, & quassatum.

*Quod fugiens, &c.* Quod tempus secum abstulit, quod semel præterit.

*Fur-*

Fortuna saevo læta negotio, &  
 Ludum insolentem ludere pertinax,  
 Transmutat incertos honores,  
 Nunc mihi nunc aliis benigna.  
 Laudo manentem: si celeres quatit  
 Pennas, resigno quæ dedit, & mea  
 Virtute me iuvolo, probamque  
 Pauperiem sine dote quæro.  
 Non est meum, si mugiat Africia  
 Malus procellis, ad miseræ preces  
 Decurrere, & votis pacisci,  
 Ne Cypria, Tyriaque merces

*Fortuna. &c.* Quæ saevire  
 gaudet, hominesque, ut pi-  
 las, exercere, ac jactare ad-  
 versis rebus, cuius negotium,  
 & occupatio videtur una esse,  
 ut negotium nobis faceat,  
 nos ludat.

*Insolentem.* Inexpectatum,  
 vel odiosum, & superbum.

*Transmutat.* Huc illuc cre-  
 bra mutatione transfert.

*Manentem.* Apud me con-  
 stanter habitantem, mihi fa-  
 ventem.

*Si quatit pennas.* Si avo-  
 lat, si me deserit. Solent e-  
 nim aves volantes pennas  
 concutere.

*Resigno.* Reddo illi, & re-  
 situo. Sumitur ea vox a  
 re nummatia; qui enim pe-  
 cuniam reddebant, quam ac-  
 ceptam significaverant in ar-  
 gentarii, aut creditoris tabu-  
 lis, illi redditam demonstra-  
 bant suo signo, & nomine,  
 vel deleto, vel iterum scri-  
 pto, & signato, quæ etiam si-  
 gnificatione accipiebatur ver-  
 bum, *rescribo*, de quo vide  
 Satyr. 3. lib. 3.

*Me iuvolo.* Ut veste, quæ  
 nos a frigore defendit; ita  
 mea me virtute contra fortu-  
 næ vim, & injuriam munio.

*Sine dote.* Sine Fortunæ

muneribus. Contentus sum  
 probitate paupere, & illam  
 tanquam uxorem indotatam  
 non respuo.

*Non est meum, &c.* Sen-  
 tentia est, non is ego sum,  
 ut velim augere meas opes  
 navigatione, & commercio,  
 & vota facere Superis, dum  
 tempestas sæviet, malisque  
 navis mem, procellis a ven-  
 to Africo excitatis verbera-  
 tus. stridebit ac ingemiscet,  
 votisque illis quasi pacisci  
 cum Diis, & ab illis emere,  
 ut ne meæ merces, quas e  
 Tyro, aut Cypro advexerim,  
 demergantur in mare, quod  
 multorum jam opes hausit,  
 servatque instar avarorum.  
 Numquam ego peregrinis mer-  
 cibus pretiosis navim onera-  
 bo, quibus timeam scilicet,  
 ne, ingruente tempestate, pe-  
 reant, sed si tempestas sæviet,  
 navigante me, tunc ego de  
 nulla re, præterquam de ca-  
 pite meo, & salute sollici-  
 tus, descendam in scapham  
 bremem, id est, naviculam  
 exiguam, & tutus Deorum  
 præsidio, per tumultuantes  
 in Ægeo mari procellas, le-  
 ni vento a Polluce immisso  
 in portum vehar.

*Et.*

Addant avaro divitias mari,  
 Dum me biremis præsidio scaphæ  
 Tutum per Ægeos tumultus  
 Aura feret, geminusque Pollux.

*Biremis*. Quæ duobus remis tantum agatur.

*Scaphæ*. Solent ejusmodi scaphæ adjungi majoribus navibus, ut, si periculum ingruat, in eas vectores possint se recipere.

*Geminusque*, &c. Conjunctus cum suo fratre Castore: vel gemellus, qui eodem

partu editus est a Leda cum fratre suo Castore. Ignes quidam, & erraticæ exhalationes, seu vapores, instar stellarum apparent interdum in mari, & serenitatis indicium faciunt. Vocantur Castor, & Pollux; ac nautis favere dicuntur, maxime si duo simul appareant.

## O D E X X I V.

*Immortalem sibi ab lyricis versibus gloriam promittit.*

**E**Xegi monumentum ære perennius,  
 Regalique situ Pyramidum altius:  
 Quod non imber edax, non Aquilo impotens  
 Possit diruere, aut innumerabilis  
 Annorum series, & fuga temporum.  
 Non omnis moriar, multaque pars meæ  
 Vitabit Libitinam: usque ego postera  
 Crescam laude recens, dum Capitolium

*Exegi*, &c. Perfeci carmina, quæ ingenii mei, & eruditionis monumentum erunt durabilius omnibus ex ære monumentis, & operibus. Potest hoc loco monumentum accipi proprie pro sepulchro; quasi diceret: Reges Ægypti sibi Pyramides olim pro sepulchris erexerunt; ego illustrius mihi sepulchrum condidi, &c.

*Situ*. Basi, substructione.

*Pyramidum*. Erant Pyramides saxæ quædam moles, e basi quadrata in acumen surgentes, mira altitudinæ, & amplitudine, ab Ægyptiis

Regibus ædificatæ, ut in his, morte obita, conderentur.

*Impotens*. Vehementer faviens.

*Omnis*. Totus.

*Multaque pars meæ*. Ingenium, mens, fama.

*Vitabit*, &c. Mortem effugiet. Erat Libitina Dea funerum.

*Usque ego*, &c. Semper ego nova, & recenti, idest, non senescenti laude apud posteros vigebo; & in dies magis magisque celebrabor.

*Dum*, &c. Donec Romanum Imperium (quod æternum

Scandet cum tacita virgine Pontifex .  
 Dicar , qua violens obstrepit Aufidus ,  
 Et qua pauper aquæ Daunus agrestium  
 Regnator populorum , ex humili potens ,  
 Princeps Æolium carmen ad Italos  
 Deduxisse modos . Sume superbiam ,  
 Quæsitam meritis , & mihi Delphica  
 Lauro cinge volens , Melpomene , comam :

num credebant fore ) durabit : donec sacra fient in Capitolio , & in illud ascendent Pontifices maximi cum Vestali virgine . Singulis Idibus fiebant a Pontificibus in Arce sacrificia , quæ idcirco Idualia vocabantur . Aliqua e Vestalibus semper aderat cum Pontifice maximo , in omnibus sacrificiis ; neque tamen factorum verba ulla pronuntiabat , sed solus Pontifex : atque ideo dicitur *sacris* . Porro centum gradibus in Capitolium ascendebatur .

*Dicar , &c.* Ordo est , ac sententia : Omnes in Italia ( in qua est fluvius Aufidus , & in qua Daunus regnavit ) dicent , ac prædicabunt me , ex humili potentem , idest , clarum ex obscuro , & ignobili factum , Æolium carmen , nempe lyricum , deduxisse ad Italos modos , idest in Latium , in Latinam linguam invexisse , principem , primum omnium . Nemo enim ante Horatium lyricos versus Latinos fecerat . Vide lib. 2. *Odar.* Od. 10.

*Violens.* Antiquè , pro violentus .

*Aufidus.* Fluvius Apuliz .

*Daunus* in Apulia regnavit . Dicitur aquæ pauper , quia totus Apuliz tractus ma-

xime ficus est , & aquarum inopia laborat . Fluit etiam in eadem Apulia fluvius Daunus , a Rege Dauno dictus ; de quo isti versiculi possunt intelligi : fluvii quippe regionibus imperitare dicuntur apud Poetas .

*Populorum.* Verbum *regno* apud Græcos cum gignendi casu ponitur ; quod hic Horatius est imitatus , ut alia pleraque . Agrestes dicuntur Appuli , quia incultiores aliis Italiae populis erant .

*Ex humili.* Qui prius eram humilis , & ignotus , nempe libertini patris filius , &c.

*Modos.* Cantus , numeros .

*Sume , &c.* O Melpomene . accipe in bonam partem hanc qualemcumque meam arrogantiam , qui mihi tam fidenter immortalem gloriam assim polliceri : est illa meritis quæsitæ , & mihi jure concedenda , atque ignoscenda . Erat Melpomene una e Musis , Rhetoricæ præses . Vel , Melpomene , sume spiritus majores , gloriare merito , & superba esto , me vate .

*Delphica.* Apollinea . Delphis , ( quæ civitas est Bœotiz , juxta Parnassum ) Apollo in primis colebatur , ac elebat oracula .



Q. HORATII FLACCI  
**O D A R U M**

*LIBER QUARTUS.*

**O D E I.**

*Julus Antonius rogaverat Horatium, ut Pindarum imitatus Augusti victoriam caneret. Ille respondet.*

**P**indarum quisquis studet æmulari,  
 Jule, ceratis ope Dædalea  
 Nititur pennis, vitreo daturus  
 Nomina ponto.  
 Monte decurrens velut amnis, imbres  
 Quem super notas aluere ripas,  
 Fervet, immensusque ruit profundo  
 Pindarus ore:  
 Laurea donandus Apollinari,

*Pindarum.* Fuit Pindarus poeta Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps, floruit Olympiade 75. ante Christum annis 400.

*Jule.* Julius Antonius, filius Marci Antonii Triumviri, post necem patris, veniam ab Augusto, & eximios honores adeptus, cum nihilominus in eum conjurasset, ejusdem jussu est interfectus.

*Ceratis, &c.* Sensus est: quicumque studet Pindarum imitari, ille aliis utitur ceratis ope Dædalea, id est, cera compactis a Dædalo: idem facit, quod Icarus, qui alas humeris aptavit, confectas a patre suo Dædalo, sed ejus fatum idem erit atque Icarum,

qui solutis pennis, Sole ceram liquefaciente, in mare decidit, cui nomen suum dedit. Icarium mare, pars Ægei maris, vitreum vocatur, id est, cæruleum, vel pellucidum instar vitri.

*Aluere.* Auxere, itaut supra ripas exundet.

*Fervet.* Stylus Pindari est incitatus, uberrimus, & sententiarum gravitate præstans, itaque recte cum fluvijs æstuante, immenso, ac profundo comparatur.

*Ore profundo.* Carmine; stylo amplo, vasto, sublimi, copioso.

*Laurea.* Corona ex lauro, qua solet Apollo coronari, & vates suos coronare.

*Ne-*

Seu per audaces nova dithyrambos  
Verba devolvit, numerisque fertur

Lege solutis:

Seu Deos Regesque canit, Deorum  
Sanguinem, per quos cecidere iusta  
Morte Centauri; cecidit tremenda

Flamma Chimææ:

Sive quos Elea domum reducit,

*Nova*. Nova, a Pindaro facta, non antea usitata.

*Dithyrambos*. Versus erant liberiores, primo in Bacchi, deinde heu omni honorem facti, in quibus metaphora, sententia, omnia erant grandiora, & sonantiora: hinc audaces vocat, nempe ob rerum, & verborum copiam, licentiam, ampullas. Vocati sunt autem Dithyrambi, vel quia Bacchus ipse Dithyrambus est appellatus, quasi bis in vitam missus, vel ab eo, qui primus genus illud carminis invenit. Vide Turneb. l. I. c. 4.

*Devolvit*. Vox a flavio sumpta, qui magna vi e superiore loco delabitur, ac præcipitat.

*Numeris*. Numeri, sive modi in versibus, proprie pertinent ad cantum, cujus mensura sunt pedes, ad syllabarum quantitatem, & mensuram. Sæpe inter se ista duo confunduntur.

*Lege solutis*. Dithyrambi sunt versus liberiores.

*Sanguinem*. Reges, Deorum filios appellabant.

*Per quos*. Pirithoum, & Theseum significat.

*Centauri*. Tauri quidam in Thessalia, furore correpti, montem Pelion occupaverant; unde obvios impetebant, & totam circum vastabant re-

gionem: eos domnere, & jaculis confecere juvenes quidam e vicino pago, cui nomen Nephele, equis adhibitis: quorum in tergo sedentes cum primam sunt aspecti, quod antea nondum visum erat, ab eminus intuentibus monstra ex hominibus, & equis composita esse credita sunt, quos Centauros appellaverunt, a jaculis, quibus tauros interfecerant. Illi cum in Hippodamia, & Pyrithoi nuptiis, matronas quasdam polluisent, & Pirithoum ipsum tractassent contumeliosius, ab eo cæsi sunt. Od. 16. lib. 1. Ovid. lib. 13. Metamorph.

*Chimææ*. Mons Lycia fuit, cujus in vertice leones stabulabantur; in radice serpentes, in medio caprae pascebant: unde nata fabula, monstrum esse Leonino capite, alvo caprina, serpentina cauda, flammam vomens ore, &c. Hoc monstrum Bellerophon domuit.

*Sive, &c.* Subaudi, canit: seu canit Pindarus eos, quos Elea palma, id est, corona relata in ludis Olympiis, apud Elidem, Græciæ civitatem, celebrari solitis, reducit domum Coelestes, id est, Superis aequales, Coelestibus, ob relatum cum victoria gloriam, comparandos.

Pa

Palma cœlestes ; pugilemve , equumve  
Dicit , & centum potiore signis

Munere donat :

Flebili sponsæ juvenemve raptum  
Plorat , & vires , animunq̄ue , moresq̄ue  
Aureos educit in astra , nigroque

Invidet Orco .

Multa Diræzum levat aura cygnum ,  
Tendit , Antoni , quoties in altos  
Nubium tractus : ego apis Matinæ

More modoque

Grata carpentis thyma per laborem  
Plurimum , circa nemus uvidique  
Tyburis ripas , operosa parvus

*Pugilemve , &c.* Sive dicit , sive laudat pugilem , idest , aliquem qui pugno vicerit , quod certaminis genus nunc erat e quinque certandi modis , in celeberrimis illis ludis usurpari solitis , saltu , disco , cursu , lucta , & pugilatu . Pugiles igitur proprie nudis pugnis decertabant inter se , quos interdum tamen armabant cœstibus . Erant autem cœstus involucre e corio bubulo facta , quibus extremam brachii partem , ad validiores ictus insigendos , tegebant armabantque .

*Equumve* . Aut aliquem laudat , qui curuli vicit certamine . Imo equi victorum coronabantur , & laudabantur .

*Signis* . Statuis .

*Munere , &c.* Versibus , qui potiores , & pluris æstimandi sunt , quam centum statuz .

*Flebili* . Dignæ fletu , ac lacrymis .

*Educit in astra* . Laudibus in Cœlum tollit .

*Invidet* . Vindicat ab Or-

co ; morti quasi , & oblivioni ereptum , immortalitate donat . Quz enim aliis invidemus , adimimus , aut certe adimere illis volumus .

*Multa , &c.* Pindarus , cygnus ille Dicæus , idest , vates Thebanus , a Dirce , fonte vicino Thebis ( quæ urbs Græciæ in Bœotia ) multo vento , aura favente , & secunda , in altas nubes tollitur , id est , utitur in his omnibus dicendis , sive Deos . sive Reges , & Victores canat , stylo sublimi , & humum spernit , fugiente penna .

*Cygnum* . Pœtæ , cum Cygnis , qui suavissime canere feruntur , comparari solent .

*Nubium tractus* . Per aeris volat spatia , ubi nubes pendunt , ac trahuntur . Tractus e terra pariter , & mari dicitur , pro regione , æquore .

*Matinæ* . Matinus est mons Italiæ , in Calabria .

*Uvidi* . Humidi . Tiburiz autem ripas dicit , pro rivis , quibus Tibur alluitur .

*Operosa* . Elaborata , laboriosa .

Fin.

Carmina fingo.

Concines majore poeta plectro  
Cæsarem, quandoque trahet feroces  
Per sacrum clivum, merita decorus

Fronde, Sicambros:

Quo nihil majus, meliusve terris  
Fata donavere, bonique Divi,  
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum  
Tempora priscum.

Concines lætosque dies, & Urbis  
Publicum ludum, super impetrato  
Fortis Augusti reditu, forumque  
Litibus orbam.

Tum meæ (si quid loquar audiendum)  
Vocis accedet bona pars, & O Sol  
Pulcher, o laudande, canam, recepto  
Cæsare felix.

Tuque dum procedis, Io triumphe,

*Fingo.* Elaboro.

*Poesa.* Tu, o Antoni, poeta præstantissime.

*Majore.* Quam ego scilicet. De plectro, vide Oden 1. lib. 2. sub finem.

*Quandoque.* Quando.

*Clivum.* Viam sacram, per quam triumphantes Capitolium petebant.

*Sicambros.* Germaniæ populos, ubi est nunc Guedria. Bellum in eos gestum est, circa annum 738. Vide 2. Indicem Odarum, ad hunc annum. Ab ea regione orti sunt Franci, & in eas, quas obtinent modo, Gallias effusi.

*Super.* Propter.

*Reditu.* E Germania, quo se contulerat pro bello Sicambrico, ex quo, cum in Gallias esset profectus, inde rediit Romam anno U. C. 741. ubi tunc Julius Antonius Præturam gerebant.

*Litibus orbam.* In publi-

ca lætitia, vel luctu, fiebat forum, id est, lites nullas agebantur: idque appellabant *justitium*.

*Tum meæ, &c.* Tum ad dam vocis meæ bonam partem, ad augendam publicam gratulationem, contendam voce, & exclamabo: O Sol, O dies pulcher &c.

*Audiendum.* Audiri dignum, quod tanti sit.

*Felix.* Ego felix ob Cæsarem reducem, canam, &c.

*Recepto.* Recuperato, qui videbatur amissus, vel cujus salus in dubium veniebat, propter incertos belli eventus.

*Tuque, &c.* Ipsum triumphum, pro more, tanquam si esset persona, compellat. Vel ipsum Antonium alloquitur; qui, ut erat Prætor, processurus erat, id est, insigni quadam pompa cultuque incessurus ad ordinandam triumphum, & cohonestandam.

H

Is.

Non semel dicemus, Io triumphe,  
Civitas omnis, dabimusque Divis  
Thura benignis.

Te decem tauri, totidemque vaccae,  
Me tener solvet vitulus, relicta  
Matre, qui largis juvenescit herbis  
In mea vota,

Fronte curvatos imitatus ignes  
Tertium Lunæ referentis ortum,  
Qua notam duxit niveus videri,  
Cætera fulvus.

*Io.* Vox lætitiæ index; alias doloris, & fletus.

*Solves Voto.* Damnari dicuntur voto, quibus id, quod optaverant, quod voverant, contigit, & ita obligantur; solvuntur isto quasi vinculo, cum id, quod Superis promiserant, reddunt.

*Relicta matre.* A lacte depulsus.

*Juvenescit.* Crescit, adolefcit.

*Fronte, &c.* Habem cor-

na in fronte curvata, & instar Lunæ crescentis, & tertio die apparentis.

*Qua notam, &c.* Certe corporis parte (fortasse in fronte, ubi pœudes solent notari, ut agnoscantur cuius fiat) nota candida insignis; cætero corpore, quod spectat reliquas partes corporis, fulvus.

*Niveus videri, Hellenismus, pro niveus visu.*

## O D E I I.

*Gratias agit Melpomene pro beneficio lyricæ possessionis sibi ab ea concessio.*

**Q**uem tu, Melpomene, semel  
Nascentem, placido lumine videris,  
Illum non labor Isthmius

*Quem tu, &c.* Cui nascenti parere dignata sis.

*Melpomene.* Una e Musis.

*Labor Isthmius.* Certamina Isthmica. Isthmus est angusta pars terræ, interjacens inter duo maria. Celebratissimus est Corinthiacus in Græcia, in faucibus Peloponnesi, inter Ægeum, & Ionium

mare. In eo Isthmo est Corinthus, cuius urbis Rex olim Sisyphus certamina quædam instituit, in honorem Melicertæ. Eadem postea Thefeus Neptuno dedicavit: celebrantur quinto quoque anno, ut vult Plin. lib. 4 vel ut docet Pindarus, tertio.

*Cha-*

Clarabit pugilem , non equus impiger  
 Curru ducet Achaico  
 Victorem : neque res bellica Deliiis  
 Ornatum foliis ducem ,  
 Quod Regum tumidas contuderit minas  
 Ostendet Capitolio :  
 Sed , quæ Tibur aquæ fertile præfluunt ,  
 Et spissæ nemorum comæ  
 Fingent Æolio carmina nobilem ,  
 Romæ , principis urbium ,  
 Dignatur soboles inter amabiles  
 Vatum ponere me choros ;  
 Et jam dente minus mordeor invido .  
 O testudinis aureæ ,  
 Dulcem quæ strepitum , Pieri , temperas

*Clarabis .* Clarum efficit .  
*Pugilem .* Vide Oden superiorem .

*Curru , &c.* Id est : non sedebit in curru Achaico victor , ob equorum suorum pernicitatem . Achaicum vocat currum , quia Corinthus , & Isthmus , in quo fiebant certamina Isthmica , de quibus agit , sunt in Achaja , Peloponnesi parte .

*Neque res , &c.* Ordo est : Neque res bellica , res præclare in bello gesta , eum ostendet Capitolio ducem , & imperatorem triumphantem , ornatumque foliis Deliiis , id est , laurea Apollinari ( a Delo insula , Apollini sacra , ) quod Reges superbos , minacesque contuderit , profligaverit . Non ibit Romam , post hostes victos , gratias acturus Jovi in Capitolio .

*Tibur .* De illa urbe vide librum 2. Od. 4.

*Præfluunt .* Præterfluunt ; fluunt magna ubertate & copia : nam sæpe auget verbi , cui jungitur , significationem vocula ista , *præ* .

*Fingent , &c.* Reddent idoneum , ut Æolia carmina conficiat , quibus nobilitetur , & famam insignem sibi comparet . Poetæ sylvatum amœnitate , ac secessu maxime gaudent .

*Æolio carmine .* Lyrico : quia Alcæus , & Sappho , ejus carminis auctores , quos Horatius imitatus est , erant oriundi e Lesbo insula , & ex urbe Mitylene , quæ ditionis Æolicæ erat , sic ut dictum libro tertio .

*Romæ soboles .* Romani .

*Testudinis :* Lyra testudo vocatur : quia impostæ sunt fides , sive chordæ , ligno incurvo , in morem tegminis , & tergi testudinei : vel quia primam lyram compegit Mercurius ex ejusmodi concha , & tergo testudinis .

*Streptum .* Testudinis cantum ,

*O Pieri .* Vocativus a re-cto Pieris . O Musa , o Melpomene . Musæ vocatæ sunt Pierides , a Pierio fonte Macedoniae , ipsis sacro .

H a Temp.

O mutis quoque piscibus  
 Donatura cygni, si libeat, sonum!  
 Totum muneris hoc tui est,  
 Quod monstror digito prætereuntium  
 Romanæ fidicen lyræ;  
 Quod spiro & placeo (si placeo) tuum est.

*Temperas. Moderaris, quæ  
 lyram meam regis.*

*Cygni sonum. Cigneam vo-  
 cem. In dictione, Cygni, pri-  
 ma syllaba est cy, secunda,  
 gni: unde prima syllaba est  
 brevis. Sic Martialis secun-  
 dam corripit in voce Sma-  
 sagdus, exemplo Græcorum.*

*Fidicen, &c. Poeta La-*

*tinus lyricus. Fidicem is est,  
 qui fidibus, & lyra canit.  
 Sæpe gloriatur Horatius se  
 principem versus Latinos ly-  
 ricos fecisse.*

*Quod spiro. Vitam se ac-  
 ceptam referre Musis, non  
 semel testatus est. Vide Od.  
 4. lib. 3. his verbis, vestris  
 amicis, &c.*

## O D E I I I.

*Drusi laudes, post reportatam ab illo insignem de  
 Rhætis, & Vindelicis victoriam.*

Qualem ministrum fulminis alitem,  
 Cui Rex Deorum regnum in aves vagas  
 Permisit, expertus fidelem  
 Jupiter in Ganymede flavo,  
 Olim juvenus, & patrius vigor  
 Nido laborum propulit inscium,  
 Vernique jam nimbis remotis,

*Qualem, &c. Ordo est:  
 Qualem aquilam: quæ mini-  
 strat Jovi fulmina, & cui il-  
 le regnum in alias volucres,  
 dedit (postquam expertus est  
 fidelem in Ganymede rapien-  
 do) juvenile robur, & inna-  
 tus vigor exire nido cogit,  
 insciam laborum, idest adhuc  
 imperitam volandi, & pugnan-  
 di, &c. talem Drusum hostes  
 senserè.*

*Ministrum fulminis. Jo-  
 ve fulmina gestare aquila di-  
 citur, vel quod, ut Plinius*

*auctor est, numquam fulmi-  
 ne feriat: vel quod in al-  
 tissimos nubium tractus evo-  
 let, ubi fulmina producun-  
 tur, & unde in terras deci-  
 dunt.*

*Ganymedes, &c. Fuit Ga-  
 nymedes filius Trois, Troja-  
 norum Regis, raptus a Jo-  
 ve in aquilam mutato dici-  
 tur, ut Superis in Cælo ne-  
 star misceret.*

*Olim. Aliquando: vulgo.  
 Patrius. A patre acceptus.  
 Vernique, &c. Ordo est:*

*Es*

Insolitos docuere nifus

Venti paventem; mox in ovilia

Demisit hostem vividus impetus;

Nunc in reluctantes dracones

Egit amor dapis, atque pugnae.

Qualemve lætis caprea pascuis

Intenta, fulvæ matris ab ubere

Jam lacte depulsum leonem

Dente novo peritura vidit;

Videre Rhœti bella sub Alpibus

Drusum gerentem, & Vindelici; quibus

Mos unde deductus per omne

Tempus Amazonia securi

Dextras obarmet, quærere distuli;

Et venti verni, jam remotis  
nimbis, idest, jam depulsa,  
& fugata hyeme, eandem  
aquilam, quamvis adhuc pa-  
ventem, docuerunt nifus inso-  
litos. Per *nifus* intellige co-  
natum, & laborem junioris  
aquilæ in volando, in vibran-  
dis pennis, in quo utitur  
ope ventorum, a quibus de-  
fertur, & veluti docetur vo-  
lare.

*In ovilia.* Ad agnos ra-  
piendos.

*Hostem.* Ruentem, hostili  
more, & impetu.

*Reluctantes.* Pugnaces, &  
contra aquilam se acriter de-  
fendentes. Mutuum enim in-  
ter se odium exercent, a na-  
tura insitum.

*Qualemve, &c.* Qualis est  
leo, cum in capram, occu-  
patam in herbis depascendis,  
& nihil de hoste, ac periculo  
cogitantem, fertur, &c.

*Fulvæ matris.* Lævæ.

*Ab ubere.* Recentem ab  
ubere, qui non ita pridem  
ubera sugere desit, quod  
idem est ac, lacte depulsum  
in sequenti versiculo.

*Dente novo.* Nondum ad  
prædam, & eadem exercita-

to, assuefacto.

*Rhœti.* In Germania sunt;  
ubi nunc Grifones, & Tiro-  
lensis Comitatus, ad Alpium  
radices.

*Drusum.* Claud. Drusus, fi-  
lius Tiberii Neronis fuit, ac  
Livæ Augustæ, quæ, relicto,  
& annuente priori viro, Au-  
gusto nupsit, ac tertio quam  
nupsit mense, hunc Dru-  
sum peperit, de quo vide Vel-  
lejum Paterculam lib. 2. c.  
97. 98.

*Vindelici.* Infra Rhœtos,  
ad Danubium: Bavaris pars,  
& Suabis nunc est. Post τῷ  
*Vindelici* Sequitur vitiosa pa-  
renthesis ambagibus imple-  
ta, & Horatio indigna, qua-  
tuor fere versibus constans:  
fortasse nota alicujus veteris  
interpretis id textum subducta  
est per exscriptorem, & in ver-  
sus mutata a malo quodam  
Grammatico. Ita cl. Dorighel-  
lus in Hor. edit. Patav. 1776.

*Amazonia securi.* Feruntur  
Amazones primæ securim  
in bello adhibuisse: erant illis  
bellicosæ foeminae, quæ ma-  
gnam partem Scythiæ circa



Nec scire fas est omnia . Sed diu

Lateque victrices catervæ

Consiliis juvenis revictæ

Sensere , quid mens rite , quid indoles

Nutrita faultis sub penetralibus

Poffet , quid Augusti paternus

In pueros animus Neronæ .

Fortes creantur fortibus , & bonis .

Est in juvenis , est in equis patrum

Virtus ; nec imbellem feroces

Progenerant aquilæ columbam .

Doctrina sed vim promovet insitam ,

Rectique cultus pectora roborant :

Ut cumque defecere mores ,

Tanaim , & Aſam circa Ther-  
modoontem fluvium occupa-  
verunt .

*Nec scire , &c.* Videtur hic  
jocari Horatius , & aliquem  
irridere qui forte tum Drusi  
victorias easdem celebrare co-  
mabatur .

*Victrices .* Rhetorum , &  
Windelicorum , qui magnas  
antea clades Romanis intule-  
rant , Vide Pater . l. 2 .

*Juvenis .* Drusi .

*Revictæ .* Vicissim victæ ,  
quæ antea Romanos diu , la-  
teque vicerant .

*Mens , indoles .* Mens con-  
siliam & prudentiam indicat ,  
indoles virtutem & mores .  
Est autem hic ordo , sensere ,  
quid mens , quid indoles nutri-  
ta rite , idest sancte , & more  
institutoque majorum , poffet .

*Penetralibus .* In Augusti  
domo . Penetræ proprie est  
pars illa domus , ubi colun-  
tur Penates , seu Dii dome-  
stici : pro tota domo sumitur .

*In pueros , &c.* Tiberium  
Neronem , & Cl. Drusum pri-  
vignos suos , filios Tiberii  
Neronis , & Livie : quorum  
tutor Augustus ipsis a paren-  
te Tiberii moriente dicitur ,

& animo & benevolentia par-  
ter fuit .

*Creantur .* Gignuntur . Vox  
ista , Nervo , lingua Sabiaor-  
um ( quo ex populo erant  
oriundi Claudii ) fortem signi-  
ficat ; Laudat igitur Drusum  
a patre , nimirum Tiberio  
Nerone : sed eundem laudat  
magis ab Augusto , a quo re-  
cte fuerat educatus .

*Doctrina .* Institutio , edu-  
catio .

*Vim , &c.* Indolem , vir-  
tutes a natura acceptas .

*Rectique cultus &c.* No-  
minativus pluralis est : rectas  
educationes , disciplina , cura  
singendæ ætatis teneræ , cor-  
roborant , augentque mentes  
bene natas . Sic Od. 9. lib. 1.  
dixit , feros cultus hominum  
recentum a Mercurio fuisse  
formatos .

*Ut cumque , &c.* Ubicum-  
que , quotiescumque mores ,  
idest , bona illa institutio , ac  
disciplina defecit , negligitur ,  
non adhibetur ; ibi multa  
committantur vitia , quæ de-  
decorant , & corrumpunt be-  
ne nata , hoc est indolem bo-  
nam a natura acceptam , na-  
tura

Dedecorant bene nata culpæ.

Quid debeas, o Roma, Neronibus,  
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal

Devictus, ac pulcher fugatis

Ille dies Latio tenebris,

Qui primus alma risit adorea,

Dirus per urbes Afer ut Italas,

Ceu flamma per tædas, vel Eurus

Per Siculas equitavit undas.

Post hoc secundis usque laboribus

Romana pubes crevit, & impio

Vastata Pœnorum tumultu

turs præstantiam, ac nobilitatem.

*Neronibus.* Priscos intelligit Neronēs; unde orti Tiberius, & Drusus.

*Metaurum, &c.* Finivus est Umbria, apud quem caesus est anno U. C. 546. Asdrubal, frater Hannibalis, cum valida manu, quam, fratri suppeditas ferens, in Italiam duxerat. Eum Claudius Nero Consul, junctis cum Salinatore collega copiis, adortus delevit, ac statim in sua castra, quæ erant in conspectu Hannibalis in Lucania, rediens, antequam ipsam abesse comperisset hostis, caput Asdrubalis in Hannibalis castra conjecit, quæ res una maxime salutis Romæ fuit, Hannibalemque Italia decedere coegit, Livius lib. 27. 28.

*Fugatis tenebris.* Depulso metu; & periculo quod ab Hannibale victore certissimum imminabat, si suas copias cum Asdrubalis exercitu junxisset.

*Qui primus, &c.* Qui dies primus insigni gloria, & felicitate clarus fuit. Asdrubale quippe caeso, Hannibal de recessu, & fuga cogitavit. Livius sub fin. lib. 27.

*Adorea.* Est proprie ado-

ris copia. Ador frumentum est, sumitur pro bellica felicitate, & gloria qualibet re bene gesta, quia antiquorum opes, frumenti copia maxime continebantur.

*Afer us, &c.* Primus dies ille fuit auspiciatus, & felix, postea quam, ex quo, dirus Afer, idest, Hannibal, Italiam populabundus peragravit.

*Per tædas.* Tæda hic est arbor quædam igni concipiendo aptissima, ex qua fieri solebant facies, quæ idcirco dictæ sunt tædas.

*Equitavit.* Omnia vastando peragravit, inftar flammæ sylvam pervolantis, aut venti per mare Siculum properantis. Itaque hic ordo est. Ex quo dirus Afer equitavit per urbes Italas, ut flamma per tædas, aut Eurus per Siculas undas, subaudi, equitavit, vel aliud verbum: nam venti equitare quoque dicuntur a Poëtis.

*Post hoc.* Post victoriam C. Neronis.

*Secundis, &c.* Fortunatis præliis.

*Etque.* Semper.

*Romana pubes.* Romanæ.

*Tumultu.* Sic fere vocabant

Fana Deos habuere rectos.  
 Dixitque tandem perfidus Hannibal:  
 Cervi luporum præda rapacium  
 Sectamur ultro, quos opimus  
 Fallere, & effugere est triumphus;  
 Gens, quæ cremato fortis ab Ilio,  
 Jactata Thufcis æquoribus sacra,  
 Natosque, maturosque patres  
 Pertulit Ausonias ad urbes.  
 Duris ut ilex tonsa bipennibus  
 Nigræ feraci frondis in Algido,  
 Per damna, per cædes, ab ipso  
 Ducit opes, animumque ferro.  
 Non Hydra secto corpore firmior

hant bella civilia, & domestica: item ea, quæ in ipsa Italia gererentur.

*Rectos.* Quorum antea dejectæ jacebant statuz.

*Perfidus.* Vel, quia Pœni erant infignes ob perfidiam, vel quia primus Hannibal fœdus violavit, quod post primum bellum Punicum, Romanos inter, & Afros initum fuerat.

*Cervi, &c.* Est oratio Hannibalensis ad suos milites. Ordo est; nos Pœni, instar cervorum, sectamur id est, agitamur bello Romanos, qui sunt instar luporum rapacium, quorum præda sumus.

*Utro.* Quia tertium bellum Punicum Carthaginenses moverunt, non laceffiti a Romanis.

*Opimus.* Amplius, magnificus. Opima proprie spolia dicebantur, quæ dux duci hostium detrahebat.

*Fallere, &c.* In triumphali loco ducere debemus, si eos salvi effugiamus.

*Gens, &c.* Romani a Trojanis oriundi.  
*Jactata.* Variis tempesta-

tibus agitata in mari Tyrreno. Vide initium libri 5. Æneid.

*Sacra.* Religionem, sacrorum ritus.

*Maturos patres.* Senes.

*Ausonias.* Italas. Auson Rex Italiz fuit, a quo nomen illi regioni fœctum.

*Ut ilex tonsa, &c.* Amputata, sensus est, ut ilex, in Algido fœcunda densis arboribus, (Algidus est mons prope Romam) si ejus rami aliquot amputentur, & quasi inutiles capilli tondeantur, magis repullulat, & ab ipso ferro vires sumere videtur: sic Romani suis cladibus fortiores fiunt, &c.

*Ducis opes.* Vires acquirit, comparat.

*Hydra.* Serpens fuit in Lerina palude, prope Argos. Septem illi capita, aut etiam plura, quorum unum si fœcsetur, alia duo, vel tria in ejus locum succrescebant, unde vocatur ab Horatio alibi *numerofum malum*. Eam Hercules denique, licet ægre, perdomuit, admoto igne, quo fœcunda capita extinxit.

*Cre-*

Vinci dolentem crevit in Herculem;  
 Monstrumve submittere Colchi  
 Majus, Echionizve Thebæ.  
 Merses profundo, pulchrior evenit;  
 Luctere, multa prouet integrum.  
 Cum laude victorem, geretque  
 Prælia conjugibus loquenda.  
 Carthagini jam non ego nuntios  
 Mittam superbos: occidit, occidit  
 Spes omnis, & fortuna nostri  
 Nominis, Asdrubale interempto  
 Nil Claudie non efficient manus,  
 Quas & benigno Numine Jupiter.  
 Defendit, & curæ sagaces.

*Crevit*. Multiplicatis captibus.

*Submittere*. Quasi ex insidiis immisere, e terra eduxere. Sic tellus dicitur a Lucretio flores submittere. id est, producere; arbor se submittere dicitur a Virgilio, id est, se attollere ab humo, crescere.

*Monstrumve*. Draconem pervigilem, tauros ignivomos significat, armatos etiam homines, ex anguineis dentibus natos, &c. quos Jason ope Medee profligavit, ac domuit. Vide lib. Epodon Od. 3. Ovid. 7. Metam.

*Colchi*. Asiae populi prope mare Caspium.

*Thebæ*. Cadmus, antequam Thebas conderet, iussus est ab Oraculo dentes serpentis serere: ex illis dentibus armati milites nati sunt, & inter illos Echion, qui deinde Cadmi gener fuit, & ejus adjutor in Thebis extruendis; unde vocat eas Horatius Echionias. Sententia igitur est; non majora fuere

monstra in Colchide, aut Thebis olien nata, & mirabiliora, quam ipsa Roma sit.

*Merses, &c.* Si coneris Romanos mersare in profundum mare, hinc evenient, id est emergent fortiores: si lucteris cum eis, & pugnes, te integrum hostem, & recentibus instructum copiis, antea victorem prouent, delebunt. Luctari proprie dicuntur, qui inter se manibus pedibusque certant uter utrum proueat ac dejiciat.

*Loquenda*. Deploranda, ob amissos maritos, laudanda, ob servatos; vel, quæ viri uxoribus renarrent, domum reversi.

*Nuntios*. De meis in Italia victoriis.

*Nil Claudia, &c.* Jam Poeta loquitur, & est Odae totius clausula.

*Manus*. Vires, consilia Nerorum; quorum vulgo prænomen erat, Claudius.

*Sagaces*. Cum prudentia consilioque junctæ.

Expediunt per acuta belli.

*Expediunt*. Liberant, tu-  
m præstant; ac victores.  
*Per acuta belli*. Per bel-

la periculosa: sic amara cura-  
rum, pro amara cura.

O D E I V.

*Augustum, ut in Urbem e Galliis cito redeat, hor-  
tatur, & publicam sub eo felicitatem celebrat.*

**D**ivis arte bonis, optime Romulæ  
Custos gentis, abes jam nimium diu:  
Maturum reditum pollicitus Patrum  
Sancto concilio, redi.

Lucem redde tuæ, dux bone, Patriæ:  
Instar veris enim vultus ubi tuus  
Affulsit populo, gratior it dies,  
Et Soles melius nitent.

Ut mater juvenem, quem Notus invido  
Flatu Carpathii trans maris æquora  
Cunctantem spatio longius annuo  
Dulci detinet a domo,  
Votis, ominibusque, & precibus vocat,

*Divis arte bonis*. Propi-  
tius: qui natus es singulari  
Deorum beneficio; vel qui  
originem ducis a Diis. Gens  
enim Julia per Æneam a Ve-  
nere derivata erat, & Julius  
Cæsar, Augusti pater ado-  
ptione, in Divos relatus fue-  
rat; unde in nummis Augu-  
stus passim *Divi filius* ap-  
pellatur.

*Romule*. Romanæ, pro  
Romulæ.

*Abes*. Profectus erat in  
Gallias, anno 738. rediit,  
auno 741. Vide indicem 2.  
Odarum.

*Patrum*. Senatorum.

*Concilio*. Senatui, ordini.

*Instar, &c.* Postquam tuus  
vultus verno tempore simili  
nobis affulsit, dies arce-

niores sunt, & Sol nova lu-  
ce redimitus videtur.

*Juvenem*. Filium.

*Invido*. Adverso; quasi  
reditum filii invideret paren-  
ti. Notum diximus alibi esse  
ventum procellosum, a me-  
ridie flantem.

*Carpathii*. Carpathus insu-  
la est, inter Rhodum, &  
Cretam.

*Æquora*. Vasta, & æqua  
spatia.

*Cunctantem, &c.* Anno diu-  
tius morantem.

*Ominibusque*. Capiendo i-  
dentidem auguria, & omnia  
quæ illi filii reditum adpromit-  
tant. Sumebantur autem omni-  
na interdum ab avibus, in-  
terdum a pecudibus, &c.

*Cur-*

Curvò nec faciem littore dimovet:

Sic desiderii ista fidelibus

Quærit Patriam Cæsarem .

Tutus bos etenim rura parambulat ;

Nutrit rura Ceres , almaque Faustitas .

Pacatum volitant per mare navitæ :

Culpari metuit Fides :

Nullis polluitur casta domus stupris ;

Mos , & lex maculosum edomuit nefas ;

Laudantur simili prole puerperæ :

Culpam poena premit comes .

Quis Parthum paveat ? quis gelidum Scytham ?

Quis , Germania quos horrida parturit ,

Fœtus , incolumi Cæsare ? quis feræ

Bellum curet Iberiæ ?

Condit quisque diem collibus in suis ,

Et vitem viduas ducit ab arbores :

Hinc ad vina redit lætus , & alteris

*Curvo* . Prono , deverso .

*Dimovet* . Detrahit , dejicit .

*Ista* . Percussa , commota .

*Quærit* . Absentem requirit .

*Nutrit* . Saturat frumento ,  
& implet .

*Faustitas* . Felicitas , fru-  
gum copia .

*Culpari* , &c . Fides cavet , ne  
culpatur , ne accusetur perfidiæ ;  
omnes fidem aliis datam servat .

*Mos* , & *lex* , &c . Turpia ,  
& obscœna flagitia domantur ,  
comprimuntur bonis mori-  
bus , idest , disciplina , & stu-  
dio virtutis , ac legibus . Le-  
gem tulit Augustus de adul-  
teriis , & pudicitia .

*Maculosam nefas* . Sic vocat  
frequentiam adulteriorum ,  
quæ labem , & maculam cla-  
rissimis familiis intulerant .

*Laudantur* , &c . Fœminæ  
partu levatæ laudantur ob fi-  
lios similes parentibus , quæ  
similitudo arguit eos spurios  
non esse .

*Iberiam* , &c . Pœnæ sce-

leratos cito consequuntur , &  
plectunt .

*Parthum* . Parthi sunt in  
Asia , Persidem occuparunt .  
Scythæ sunt Septentrionales  
Asiæ populi .

*Fœtus* . Homines : olim  
Germani erant procera , &  
immani statura . Illi , Augu-  
sti adventu in Gallias terri-  
ti arma posuerunt , ut Hi-  
spani , qui nuper ab Agrippæ  
domiti , nonnihil deinde tur-  
baverant .

*Iberia* . Hispaniæ , ab Ibe-  
ro flumine .

*Condit* . Sepelit , idest , to-  
tum transigit . Ita Virgilius  
dixit , *diem componis* , quæ  
vox etiam funerum est : *Plan-  
tus comburis* .

*Et vitem* , &c . Jungit , &  
maritat vitem quibusdam ar-  
boribus sterilibus & sine illa  
quasi viduis : tales sunt ul-  
mus , populus , &c .

*Asteris* , &c . In secundis

H 6 men-

Te mensis adhibet Deum.

Te multa prece, te prosequitur mero  
Diffuso pateris, & Laribus tuum  
Miscet nomen, uti Græcia Castoris,  
Et magni memor Herculis.

Longas, o utinam, dux bone, ferias  
Præstes Hesperia, dicimus integro  
Sicci mane die; dicimus uvidi,  
Cum Sol Oceano subest.

mensis, te cum cæteris Divis jungit, invocatque. Sublata mensa prima, & majoribus ferculis, altera ponebatur: in eaque vulgo poma, uvæ, ac præsertim vinum generosius: quo Diis libabant, & agebant gratias.

*Diffuso paveris.* De patris fuso: de cyatho enim fundebant in terram aliquid vini, antequam biberent, illudque Diis offerebant.

*Laribus.* Privatis cujusque domus, & familiae Diis.

*Uti Græcia.* Ut Græcia, memor & grata pro acceptis beneficiis, miscet Diis nomen Castoris, & Herculis; idest, laudibus Deorum;

& Hymnis admiscet laudes Castoris, &c. De Castore. Vide lib. 1. Ode 3. Sic te Diva, &c.

*Ferias.* Otium, pacem: feriarum dies festi, seu vacui ab opere dicuntur, per quos inferuntur epulæ, victimæ feriuntur.

*Hesperia.* Italiae.

*Integro.* Recenti, novo, ex quo nondum quidquam decisum, & decerptum est ad laborem, & opus, id est primo mane.

*Sicci.* Jejuni.

*Uvidi.* Humidi, idest, potiti, cænati, vino madidi.

*Cum Sol, &c.* Vespere: cum Sol Oceanum mergitur.

## O D E V.

*Precaur Apollinem, ut sæculare carmen a se compositum probet, ac tueatur Virgines, ac Pueros, ut tite illud recitent, monet.*

**D**Ive, quem proles Niobæ magnæ  
Vindicem linguæ, Tityosque raptor

*Dive, &c.* O Apollo, quem filii Niobæ sensere vindicem linguæ magnæ, idest, arrogantis, ac superbæ. Niobe, Tantali filia, uxor Amphionis Thebarum Regis,

cum liberos 12. haberet, sex mares, toridem puellas, Latonam spernere ausa erat, quæ duos tantum edidisset. Apollo, & Diana, omnes liberos Niobæ sagittis confecerunt.

Sensit, & Trojæ prope victor altæ

Phthius Achilles,

Cæteris major, tibi miles impar;

Filius quamvis Thetidos marinæ

Dardanas turre quateret tremenda

Cuspide pugnax.

Ille mordaci velut icæta ferro

Pinus, aut impulsa cupressus Euro,

Procidit late, posuitque collum in

Pulvere Teucro.

Ille non inclusus equo Minervæ

Sacra mentito, male feriatos

Troas, & lætam Priami choreis

Falleret aulam:

Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!

Nescios fari pueros Achivis

Ureret flammis, etiam latentés

Mægis in alvo:

cerunt, ipsa Niobe dirigit dolore, & in saxum est mutata. Ovid. 6. Metamor., qui dat illi 14. liberos; cum alii tantum 12.

*Tityosque*. Nominativus est Græcus, pro Tityus: de illo vide lib. 2. Od. 4. & lib. 3. Ode 4. Vocatur raptor; quia Latonam rapere voluerat, ac temerare: inter Gigantes numeratur.

*Pelope victor*. Hectore nimirum interfecto.

*Phthius*. Oriundus Phthia, urbe Theſſaliæ. Paris, juvante Apolline, Achillem in ejus templo sagitta interfecit.

*Thetidos*. Thetis, Dea marina, Nerei filia.

*Dardanas*. Pro, Dardaniæ, Trojanæ: & postea Teucro, pro Teucro, idest Trojanæ. Teucer Dux fuit Trojanorum, de quo vide Oden. 6. libri 1. & 13.

*Cuspide*. Hasta immani.

*Mordaci ferro*. Securi, vel ferra.

*Equo, &c.* Equo ligneo, qui fingebatur Minervæ datus a Græcis, pro reditu in patriam: equum hunc illis a se promissum, quippe pugna- ci & bellatrici Deæ, simulanti- bus. Hinc dicitur ab Horatio *equus mentitus sacre Minervæ*. Vide Virg. 2. Æneid.

*Male feriatos*. Male ces- santes, otio intempestivo, choreis, & epulis indulgentes.

*Falleret*. Fefellisset, lufisset: non se in equi latebras abdidiſſet, ut Priami aulam, & proceres noctu invaderet.

*Sed, &c.* Ordo est: sed captis & expugnatis palam, ac luce, subaudi, Trojanis, ureret eorum infantes flammis Achivis, idest, Græcis, a se accensis.

*Gravis*. Durus, crudelis.

*Nescios fari*. Nondum per- statem loqui valentes.

An-



Ni tuis victus Venerisque gratæ  
 Vocibus Divum pater adnuisset  
 Rebus Æneæ potiore ductos  
 Alite muros.

• *Doctor* argutz fidicem Thalix  
 Phœbe, qui Xantho lavis amne crines,  
 Daunix defende decus Camœnæ,  
 Lævis Agicu.

Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem  
 Carminis, nomenque dedit poetæ.  
 Virginum primæ, puerique claris  
 Patribus orti,

Delix tutela Deæ, fugaces  
 Lyncas, & cervos cohibentis arcu;

*Adnuisset, &c.* Concessisset rebus, id est, fatis, & fortunæ Æneæ, muros ductos felicioribus quam Troja auspiciis: hoc est, adnuisset ut Æneas uteretur secundis rebus, & duceret, seu, conderet muros Romæ non everteudos olim, ut Trojani ceciderant. Ales in ea locutione sumitur pro auspicio, quia auspicia proprie ex avium cantu, & volatu petebantur, ut sæpe antea dictum.

*Doctor, &c.* O Phœbe, qui fidicem peritissimus, doces Thaliæ argutam, id est, recte canentem, sonora voce præditam. Thalia una e Musis est.

*Xantho amne.* Duo fluvii sic vocati sunt alter in Troade, alter in Lycia: utraque regio nota fuit Apollini, & amica.

*Lavis crines.* Solebant veteres in amnibus cines lavare, ut melius niterent, crederentque.

*Camæna Daunia.* Id est, Musa Italæ, sive, meorum versuum: erat enim ortus ex Apulia, in qua regnavit olim Daunus. Sententia est; fac

ut mei versus placeant, decus illis & gratiam apud omnes concilia.

*Lævis.* Imberbis, qui malas habes læves.

*Agicu.* Vocativus est Græcus, significans eum qui viis præest: id muneris dabant Apollini; statuatque illi i viis, pro foribus ædium, pœnebant.

*Spiritum.* Ingenium ad poemam factum: impetum poeticum.

*Primæ.* Primariæ, nobiliores. Sæculare carmen a lectissimis pueris, puellisque 27. patrimis, & matrimis, id est, quorum pater, & mater essent superstites, canebatur, idque magno ducebant honori parentes, quorum liberi eligerentur.

*Tutela, &c.* Id est, vos, qui estis in fide, ac tutela Dianæ, natæ in Delo. Pueri, & puellæ antequam in matrimonium collocarentur, erant in Dianæ fide. Delos porro est insula Maris Ægel, patria Dianæ, & Apollinis.

*Cohibentis.* Sistentis, & interficientis.

Les-

Lesbium servate pedem, meique

Pollicis ictum:

Rite Latonæ puerum canentes,

Rite crescentem face noctilucam,

Prosperam frugum, celeremque pronos

Volvere menses.

Nupta jam dices: Ego, Dis amicum,

Sæculo festas referente luces,

Reddidi carmen, docilis modorum

Vatis Horati.

*Lesbium, &c.* Numeros, & modos Odæ Lyricæ Sæcularis, quam vobis recitandam dabo, observate; & cantum vestrum moderamini e strepitu, & concentu lyræ, quam pollice percutiam, dum vos verbo recitabitis. Vocat autem lyricos numeros, *pedas Lesbios*: quia primas sunt inventi ab Alcæo, & Sapphone, qui nati erant in urbe Mitylene, primaria insulæ Lesbi. De carminæ Sæculari, plura vide in ultima Ode libri Epodon.

*Rite.* Sancte, Religiose.

*Puerum.* Filium.

*Crescentem face.* Cujus fax, seu lumen crescit.

*Noctilucam.* Dianam, quæ noctu lucet: quæ eadem est ac Luna. Carmen autem Sæculare recitabatur, cum Luna crescere inciperet.

*Prosperam frugum.* Quæ facit, ut lætæ sint fruges, quæ illarum copiam, & proventum impertit. Nihil autem subauditur: sed hoc adjectivum a Latinis ita cum gignedi casu ponitur.

*Celeremque, &c.* Celerem in volvendis mensibus: Hellenismus, seu Græca locu-

tio. Luna Zodiacum diebus 27. emetitur, quem Sol uno tantum anno lustrat: id autem fit, non quia revera celerior sit sole; sed quia circulum minorem describit, quippe terræ propior.

*Pronos.* Quasi cito, & sponte sua cadentes, ac desinentes.

*Nupta, &c.* Tu, o Virgo, carmen meum recitatura (unam alloquitur, omnium nomine) cum eris olim nupta, dices, atque ita gloriaberis: Una eram ex iis, quæ recitabant carmen Sæculare, Diana & Apollini gratissimum, ab Horatio vate compositum.

*Sæculo, &c.* Exacto sæculo, & revehente dies festos ac solemnes, &c. Vide carmen Sæculare, in fine libri Epodon.

*Reddidi.* Fideliter recitavi, cecini.

*Luces.* Per sex enim dies, noctesque agebantur Sæculares illæ feriæ.

*Docilis modorum, &c.* Postquam ab eodem Horatio didici, & memoriæ mandavi ejus modos, seu Oden.

*L. Manlium Torquatam admonet  
de vitæ brevitate.*

**D**iffugere nives, redeunt jam gramina campis,  
Arboribusque comæ.  
Mutat terra vices, & decrefcentia ripas  
Fulmina prætereunt.  
Gratia cum Nymphis, geminisque fororibus audeat  
Ducere nuda choros.  
Immortalia ne fperes monet annus, & alnum  
Quæ rapit hora diem.  
Frigora mitefcunt zephyris, ver proterit æftas  
Interitura, fimul  
Promifer autumnus fruges effuderit; & mox  
Bruma recurret iners.  
Damna tamen celeres reparant cæleftia Lunæ:

*Vices.* Mutatur, errat gratia viciffitudine, pro hyeme ver jam habet: antea iners, & frigida, nunc læta, & aperta eft.

*Prætereunt.* Infra ripas folitas eunt, ac descendunt, arctiori utuntur alveo.

*Gratia.* Tres funt Gratia, feu Charites, Aglaja, Thalia, Euphrofine; beneficiis & amicitia præfunt; hinc fine veftibus pinguntur; quia fincera, & fuci ac fimulationis expers debet eſſe amicitia, & beneficentia; juvenes, quia beneficiorum memoria nunquam debet confenfcere; earum una averfa pingitur, duæ ad nos converfæ; quia duplicem pro accepto beneficio gratiam referre oportet, ac beneficium unum duobus compenfare. Ab accipiente gratiam duplicem reverti docet.

*Audet.* Quæ hyeme pro-

dire non audebat.

*Immortalia, &c.* Ne rem ullam æternam putes; ne vitam femper duraturam confidas.

*Rapit, &c.* Finitis enim horis, dies quæque præterit, *Proterit.* Protrudit, abigit. *Simul.* Statim atque.

*Damna, &c.* Sensus eſt; tamen Luna, quæ celeriter menses evolvit, cito reparat damnum luminis fui Cæleftis, quod patitur, cum decrefcit; brevi enim fit plena, & integram fuam lucem recipit. Vel; tamen hæc damna temporum, & tempeſtatum viciffitudines, brumæ incommoda, &c. reparant, ac refarciunt Luna, Sol, & cæteri Planetæ. Lunam autem præcipue nominat; quia vis ejus eſt maxima in ea omnia, quæ e terra gignuntur. Ita Lambinus explicat. Damna porro tempeſtatum Horatius

ap.

Nos ubi decidimus,  
 Quo pius Æneas, quo Tullus dives, & Ancus?  
 Pulvis, & umbra sumus.  
 Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summæ  
 Tempora Di Superi?  
 Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico  
 Quæ dederis animo.  
 Cum semel occideris, & de te splendida Minos  
 Fecerit arbitria,  
 Non, Torquate, genus, non te facundia, non te  
 Restituet pietas.  
 Infernis neque enim tenebris Diana pudicum  
 Liberat Hippolytum:

appellat Coelestia, quia Cœlum pro aere sæpe sumitur, & præcipua mutatio in sere fit. Porro singulæ tempestatæ aliquid videntur accipere, & afferre damni, cum mutantur; ver enim desinens amittit temperiem suavissimam, æstas calorem, & metes, autumnus fruges &c.

*Quo pius, &c.* In eum locum, in quem deciderunt Æneas, Tullus, & Ancus; nempe ad inferos. Tullus Hostilius fuit Rex Romanorum tertius; Ancus vero quartus.

*Hodiernæ summæ, Ad numeram, & summam annorum,* quos hætenus viximus, quos hodie numeramus. Bene Martialis; *Sera nimis vita est crastina; vive hodie.*

*Tempora crastina.* Diem crastinam.

*Cuncta, &c.* Quæ animo & genio tuo dederis, ea subtrahes prudenter hæredi avaro; non venient in ejus manus illæ opes, quas in epulas, in ludam, impenderis.

*Minos.* Judex Inferorum vocatus.

*Arbitria.* Judicia; vocat

splendida, idest, publica, sapienterba; cum de te pro arbitrio statuerit. Vulgo *Arbiter*, judex privatus est, qui ex æquo, & bono litem inter dissidentes ortam dirimit amice.

*Torquate.* L. Manlius Torquatus, ad quem Horatius hac scribit, Consulatum gessit eodem anno, quo natus est Horatius.

*Genus.* Nobilitas; originem enim ducebat iste Manlius, ab illo Manlio, qui, quod Gallum interemptum torque spoliasset, Torquati cognomen est adeptus.

*Restituet.* Subaudi, vitam, amicis.

*Infernis.* Ipsi Di non possunt eos, quos habebant charissimos, ab Inferis revocare; quis mortalium id moliri, aut sperare astit?

*Diana, &c.* Quamvis vulgo diceretur Æsculapius Hippolytum revocasse ab inferis; hoc tamen Horatius irridere hic videtur.

*Hippolytum.* Thesei filius fuit, qui, cum amores impios Phædræ suæ novercæ respiceret, accusatus ab ea est apud

Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro  
Vincula Pyrihoo.

apud Theseum; qui filio male precatus, Neptunum rogavit, ut poenas ab eo sumeret. Neptunus immisis phocis, idest, marinis monstribus, terruit equos, a quibus traheretur in littore deambulans Hippolytus, ita ut eum excussum curru, & loris implicatum, laceraverint.

*Lethæa*. Inferorum vincula, quibus homines ita deti-

entur in Inferis, ut evadere non possint. Lethe est Inferorum fluvius.

*Pyrihoo*. Fabulantur Poetæ descendisse Theseum ad Inferos cum Pyrihoo, ut Proserpinam raperet, utrumque a Dite, seu Plutone, captum, mansisse in vinculis Pyrihoo, soluto Herculis ope, Theseo.

## O D E VII.

*Amico mittit Carmina, & muneris pretium declarat.*

**D**onarem pateres, grataque commodus,  
Censorine, meis æra sodalibus;  
Donarem tripodas, præmia fortium  
Grajorum; neque tu pessima munerum  
Ferres, divite me scilicet artium,

*Commodus*. Liberalis, benignus. Solebant Romani Saturnalibus ad amicos munera mittere: Horatius pro munere mittit versiculos.

*Censorine*. Cajus Marcius Censorinus Consulatum gessit, anno U. C. 746. Cajum Cæsarem, Augusti nepotem in Orientem secutus, ibi decessit, octavo post Horatii obitum anno, vir omni laude ornatus.

*Æra*. Lebetes, vasa, statuas æreas.

*Tripodas*. Erant isti tripodes ingentes ollæ, & cacabuli, tribus fulti pedibus: iis utebantur ad coquendas igne carnes, vel ad mensæ ornatum, & usum, ad aquam excipiendam, &c.

*Grajorum*. Homerus manum istis muneribus suos heros donat passim in Iliade.

*Pessima munerum*. Pessima munera: si ejusmodi munera donarem amicis, tibi omnium charissimo largirer optima.

*Ferres*. Auferres, idest, obtineres, acciperes.

*Divite me, &c.* Si essem dives rerum, quas arte egregie excudit Parrhasius: & haberem artes, idest, opera, signa, vasa artefacta, quas protulit, idest, in lucem edidit, elaboravit, vel palam spectanda proposuit, ut artifices egregii solent, Parrhasius, (pictor celeberrimus Ephesinus, æqualis Zeuxidi) aut Scopas, statuarius.

*Hic*.

Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,  
 Hic saxo, liquidis ille coloribus  
 Solers nunc hominem ponere, nunc Deum,  
 Sed non hæc mihi vis; non tibi talium  
 Res est aut animus deliciarum egens.  
 Gaudes carminibus: carmina possumus  
 Donare, & pretium dicere muneris.  
 Non incisa notis marmora publicis,  
 Per quæ spiritus, & vita redit bonis  
 Post mortem ducibus, non celeres fugæ;  
 Rejectæque retrorsum Hannibalis minæ,  
 Non incendia Carthaginis impiæ,  
 Ejus, qui domita nomen ab Africa  
 Lucratus rediit, clarius indicant  
 Laudes, quam Calabræ Pierides: neque

*Hic Scopas: iste Parrhasius.*

*Solers.* Peritus.

*Ponere.* Effingere, imitari pingendo aut sculpendo. Solers ponere, pro, solers ad ponendum, more Græco.

*Vis.* Facultas, copia, opes.

*Res, &c.* Sententia est: nec tu es istis deliciis, id est, vasis, signis, tabellis delicatis ad ornatum, & delicias comparatis; neque porro eas res concupiscis: abundat domus tua ejusmodi rebus, & animus tuus ea nimis amat.

*Dicere.* Imponere statuere.

*Notis.* Elogiis, inscriptionibus. Notas vocabant litteras majusculas, aut verba in compendium, certis notis, ut hodieque fit, impositis, redacta: qualia in inscriptionibus visuntur.

*Per quæ, &c.* Quæ efficiunt, ut egregii duces post mortem quasi reviviscant.

*Rejectæque, &c.* Et Hannibal a Scipione fugatus, & ab Italia rejectus, id est, in Africam retrocadere coactus,

qui prius Romam se capturum minabatur. Livius l. 28. 29. 30.

*Incendia.* Scipio Africanus, minor dictus, Carthaginem cepit, & incendit: impia dicitur, quia contra fidem promissam fœdus frangerat, quod, bello Punico secundo confecto, compositum fuerat.

*Ejus qui, &c.* Scipionis Africani majoris, qui Carthaginem, & Africam domuit; unde ipsi nomen. Major dicitur, id est superior, sive senior, ut distinguatur ab Africano altero, qui, cum esset Lucii Pauli filius, adoptatus fuit a filio Africanæ majoris, & ipse quoque Africanus dictus.

*Calabræ Pierides.* Ennii versus. Non statua, non ruina Carthaginis, &c. laudem tantam Africano minori comparerunt, quantum Ennii versus Africano majori. Ita explicari potest Horatius, ne dicatur fœde lapsus historiam inscitia, si Africanum minorem dice-

Si chartæ fileant, quod bene feceris,  
 Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ  
 Mavortisque puer, si taciturnitas,  
 Obstaret meritis invida Romuli?  
 Ereptum Stygiis fluctibus Æacum  
 Virtus, & favor, & lingua potentium  
 Vatum divitibus consecrat insulis.  
 Dignum laude virum Musa vetat mori:  
 Cœlo Musa beat. Sic Jovis interest  
 Optatis epulis impiger Hercules:  
 Clarum Tindariidæ sidus ab iustis  
 Quaffas eripiunt æquoribus rates:  
 Ornatus viridi tempora pampino  
 Liber vota bonos ducit ad exitus.

diceretur laudatum ab Ennio, qui, cum Carthago est incensa jam obierat, nempe anno U. C. 586. Ennius, Poeta Latinus antiquus, Rudiis oppidulo Calabriae natus Scipioni Africano majori charus fuit ejusque res gestas scripsit.

*Pierides.* Supra Od. 17.

*Neque si, &c.* Ordo est; neque tu mercedem tuleris, si &c. idest, nullum fructum, nullam mercedem quisquam in rebus præclare gestis consequetur, si libri fileant, quod recte ab illo factum fuerit.

*Puer.* Romulus, filius Iliæ, & Martis: Illa erat filia Numitoris. Vide Florum, lib. 1.

*Si taciturnitas, &c.* Si de illo scriptores tacerent, quod silentium ejus gloriæ inimicum, & invidium foret.

*Ereptum.* Morti, & oblivioni ereptum.

*Virtus.* Potestas, facundia.

*Potentium.* Præstantium: qui possunt hæc edere miracula.

*Divitibus insulis.* Campis Elysiis, quos multi ponebant in insulis Fortunatis, in ma-

ri Atlantico.

*Consecrat.* Immortalitate donat, & quasi Numen ponit in campis Elysiis. Volunt enim Poetæ Æacum, ob insignem justitiæ amorem, non solum in campos Elysiis delatum, sed præpositum etiam mortuis judicandis.

*Beat.* Facit beatos homines, eos ad Cœlum evehendo. Beare Cœlo, ut, beare munere.

*Interest.* Præsens adest.

*Tyndaridæ.* Castor, & Pollux filii Ledæ, cujus maritus Tyndarus, lib. 1. Od. 3.4.

*Clarum sidus.* Est appositio: Tyndaridæ, qui sunt clarum sidus. Nautis favere dicuntur illæ stellæ, sive erratici ignes, qui nubibus oberrant, quosque Dioscuros, seu, Castorem, & Pollucem vocant. Vide lib. 1. Od. 3.

*Liber.* Bacchus, sic vocatus, quia curis animos liberat. Pampinus est folium vitis, quo Bacchus coronatur.

*Vota, &c.* Præsto est invocantibus: reos votorum facit.

No

## O D E V I I I.

*Suos primum versus, deinde possum univēse,  
postremo Lollium, ad quem scribit,  
commendat.*

**N**E forte credas interitura, quæ  
Longe sonantem natus ad Ausidum,  
Non ante vulgatas per artes,  
Verba loquor socianda chordis.  
Non, si priores Mæonius tenet  
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,  
Cæque, & Alcæi minaces,  
Sterfichorique graves Camœnæ:  
Nec, si quid olim lusit Anacreon,  
Delevit ætas: spirat adhuc amor,

*Ne credas &c.* Noli credere meos versus morituros.

*Natus ad Ausidum.* Ego Horatius. Ausidus est fluvius Apuliæ, quæ Horatii patria fuit. Longe sonans dicitur, quia magno cum impetu, & strepitu volvitur ex Apennino in sinum Adriaticum.

*Per artes, &c.* Per Lyricos versus Latinos, Romanis ante me ignotos, & quorum primus artifex ego sum.

*Socianda chordis.* Ad lyram canenda. Hinc isti versus lyrici vocantur.

*Non si, &c.* Ordo est: ceteri Homerus primas sedes, id est, primum inter Poetas locum obtinet; non ideo tamen Pindarus latet, nullo in honore est, non idcirco jacent alii Poetæ, inter quos ego etiam numerum aliquem, & locum obtinebo.

*Pindaricæ.* Supra Od. 1.

*Mæonius.* Ita dicitur est Homerus, vel a patre Mæone, vel a patria Mæonia, seu Lyciæ, minoris Asiæ regionis.

*Cæque.* Simonidis, e Cæa insula. Persarum bella, & Græcorum calamitates, lugubri carmine profecutus est. De Alcæo sæpe dictum: minaces ejus versus appellat, quia Tyrannum non armis tantum, sed versibus etiam acerrimis exagitavit. Vide Oden. 10. lib. 2.

*Sterfichorique.* Fuit oriundus Himera, urbe Siciliæ; multa scripsit Epico carmine, laudat illum pluribus Quintilian. lib. 1. c. 10.

*Lusit, &c.* Scriptitavit. Anacreon, Poeta Lyricus natus in Joniæ urbe Teo, usus est carmine admodum terfo, & eleganti: floruit Polycratis, Samiorum Tyranni, temporibus, circa Olympiadem 26. Eum acino uvæ passæ strangulatum obiisse Plinius tradit, c. 13. lib. 7.

*Spirat, &c.* Amot Æoliæ puellæ, id est, Sapphus, (quæ nata erat Mitylenæ) quæ urbs inter Æoliæ urbes numerabatur, ut antea passim dictum; adhuc



Vivuntque commiffi calores

Æoliz fidibus puellæ.

Non fola comptos arfit adulteri

Crines, & aurum veftibus illitum

Mirata, regalesque cultus

Et comites, Helene Lacæna:

Primufve Teucer tela Cydonio

Direxit arcu: non femel Ilios.

Vexata: non pugnavit ingens

Idomeneus, Sthenelufve folus

Dicenda Mufis prælia: non ferox

Hector, vel acer Deiphobus graves

Excepit ictus pro pudicis

Conjugibus, puerisque primus.

Vixere fortes ante Agamemnona

Multi; fed omnes illacrymabiles

Urgentur, ignotique longa

Nocte: carent quia vate fagro.

adhuc fpirat, & quafi vivus  
entat in ejus verfibus amato-  
riis.

*Calores.* Amores Sapphus,  
five amatoriz querelæ, quas  
illa commifit, & quafi cre-  
didit fuis carminibus. De Sap-  
pho, vide Od. 10. l. 12.

*Non fola, &c.* Non fola  
Helena Paridem amavit.

*Arfit crines.* Pro amavit,  
deperiit. Vel, non fola arfit  
amore Paridis, mirata ejus  
comites, comptos crines, &  
cultum, hoc eft, veftes præ-  
tiosas, ornatum corporis.

*Aurum, &c.* Aurum in-  
textum opere Phrygio, veftes  
acu pictas, & auro intextas.

*Lacæna.* Lacædæmonia.

*Teucer.* Hunc Homerus ait  
in torquendis arcu fagittis pe-  
ritiffimum fuiſſe. Non ille  
folus talis fuit, inquit Hora-  
tius. De Teucro, vide Oden  
6. & 13. lib. 1.

*Cydonio.* Cretenfi. Cydon

nrbe Cretæ fuit, ad quam  
optimæ fagittis faciendis na-  
ſcebantur arundines.

*Vexata.* Obſeſſa, oppugna-  
ta. Trojam primo Hercules  
obſedit, deinde Amazones,  
demum Græci.

*Idomeneus, Sthenelufve.*  
Duces Græcorum fortiffimi,  
de quibus ſæpe Homerus me-  
minit.

*Dicenda Mufis.* A vatibus  
celebranda.

*Deiphobus.* Frater Hecto-  
ris, Priami filius. Vide Vir-  
gil. 6. Æneid.

*Pro pudicis, &c.* Pro ci-  
vibus fuis, pro conjuge, &  
filiis.

*Agamemnona.* Dux fuit  
præcipuus Græcorum ad Tro-  
jam, Rex Mycænarum.

*Illacrymabiles.* Indeſecti.  
*Urgentur.* Obruuntur æter-  
na morte, ſepeliuntur obli-  
vionis tenebris.

Inulm sepulcræ distas inertiz  
 Celata virtus. Non ego te meis  
 Chartis inornatum filebo,  
 Totve tuos patiar labores  
 Impune, Lolli, carpere lividas  
 Obliviones. Est animus tibi  
 Rerumque prudens, & secundis  
 Temporibus dubiisque rectus:  
 Vindex avaræ fraudis, & abstinentis  
 Lucentis ad se cuncta pecuniæ;  
 Consulque non unius anni,  
 Sed quoties bonus, atque fidus  
 Iudex honestum prætulit utili, &  
 Rejecit alto dona nocentium

*Sepulcræ.* Ignorata, & latentia.

*Inertia, &c.* Pro ab inertia. Poeta enim dativum pro obvio usurpant pro ablativo cum præpositione. Sic Horatius idem scripsit in suis Sæturis: *distas sermoni sermo meus*, pro, a sermone distas. Sententia est, inter viros fortes, & ignavos parum esse discriminis, si de utriusque perinde sitestur: virtus nullis litteris illustrata, incognita, parum differt ab ignavia ignota, & mortua; parum interest an alius vixerit vivus, & mortuus sit, anis fortis, & generosus, si non laudetur hic, si ille non vituperetur.

*Labores.* Lollius maximus bellum a gesserat in Thracia, & perierat: semel a Germanis captus (quam clades Lolliana dicta est) eos sapius profugavit. Ab Augusto moderatus, & custos adhibitus est suo nepoti Cajo Cæsari. Vide Vellejium, lib. lib. 2.

*Impune.* Me non prohibere. Porro hic est ordo sententiarum: non patiar, ut

obliviones carpant, obscurentque impune, nemine injuriam vindicante, tot egregios tuos labores.

*Rerum prudens.* In rebus prospiciendis, in tractandis negotiis.

*Dubis.* Adversis, duris.

*Vindex, &c.* Solitus eos graviter punire, qui fraudes moliantur, ut avaritiam suam sitim explant.

*Et abstinentis, &c.* Qui potest se abstinere a pecunia, quam omnia ad se ducit, trahitque.

*Consulque, &c.* Tuus non est unius anni Consulatus; idest, tu non tantum Consulatum unius anni spatio definitum geris, ut cæteri, sed toties es Consul, & istius Magistratus officium ac munus geris, quoties tuus animus, bonus, & fidus Iudex, idest, instar æqui judicis, honestum bonum præfert utili, alto vultu &c. Fuit autem Lollius Consul, anno U. C. 733.

*Alto vultu.* Erecto vultu, oculo irerecto.

*Nocentium.* Reorum, qui tuam

Vultu, & per obstantes catervas

Explicuit sua victor arma.

Non possidentem multa vocaveris

Recte beatum: rectius occupat

Nomen beati, qui Decorum

Muneribus sapienter uti,

Duramque caller pauperiem pati;

Pejusque letho flagitium timet,

Non ille pro charis amicis,

Aut Patria timidus perire.

tuam integritatem student muneribus corrumpere.

*Per obstantes, &c.* Adulationes, munera, largitiones, qui sunt iudicum hostes.

*Arma.* Æquitatem, constantiam, fidem: his enim pugnat iudex, his vincit.

*Explicuit arma,* idest, viam

sibi armatus aperuit, sine clade.

*Non, &c.* Non recte vocaveris beatum, qui multum possidet.

*Pejus letho.* Magis morte: mori mavult, quam perire.

## O D E I X.

*Ligurinum admonet, ejus pulchritudinem brevem esse perituram.*

**O** Formosus adhuc, & Veneris muneribus potens,

Insuperata tuæ cum veniet pluma superbiæ,  
Et, quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ,

Nunc & qui color est puniceæ flore prior rosæ,

*O Formosus, &c.* O Ligurine, qui adhuc formosus es, & ferox ob Veneris munera, nempe pulchritudinem.

*Cum venies, &c.* Illis rebus dicuntur plumæ veniæ, quæ avolant, ac fugiunt. Sensus igitur est, quando tua superbia, sive tua illa forma, quæ te superbum facit, abierit, te deseruerit, &c. Vel, per plumam, canos, aut, barbam intellige, quibus forma dete-

ritur, & flos ætatis obscuratur.

*Deciderint.* Senio avulsæ, senes vulgo sunt calvi.

*Nunc, &c.* Ordo est: quando color tui vultus, qui est nunc prior, idest potior, pulchrior flore puniceæ, hoc est, purpureæ rosæ, mutatus, te in in aliam faciem, nempe hispidam, e pulchra, mutaverit.

*Alse-*

Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam ;  
 Dices : heu ! (quoties te in speculo videris alterum )  
 Quæ mens est hodie , cur eadem non puero fuit ?  
 Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ ?

*Alterum* . Ita mutatum ab illo , qui fueras olim , ut alterum te pene credas .

*Quæ mens, &c.* Dices : Cur eadem non fuit mihi puero mens , quæ est hodie mihi feni ? cur voluptates , & cætera ludicra non fugiebam tunc , ut modo fugio ?

*Vel cur, &c.* Vel quare non redit mihi forma pristina , & integer florensque vultus , mihi , inquam , his animis prædito , nempe , probitatem amanti , contemnenti voluptates ? Castos enim ornat forma , quæ improbos dedecorat .

## O D E X.

*Phyllidem invitat ad natalem Macrenatis domi  
 suæ , festis epulis celebrandum .*

**E**ST mihi nonum superantis annua  
 Plenus Albani cadus ; est in horto ,  
 Phylli , nectendis apium coronis ,

Est hederæ vis

Multa , qua crines religata fulges .

Ridet argento domus : ara castis

Vincta verbenis avet immolato

Spargier agno .

Cuncta festinat manus ; huc & illuc

Curstant mixtæ pueris puellæ ;

Sordidum flammæ trepidant rotantes

*Albani* . Vini generosi , quod in montibus prope Albam nascebatur .

*Hederæ vis* . Copia multa : est mihi vis hederæ ; quia hederæ crinem habens coronatum fulges : qua caput soles coronare cum dignitate . Apium & hederam valere credebant ad discutiendos vini famos , & arcendam ebrietatem ; sunt enim herbæ illæ humidiores .

*Ridet, &c.* Vasis argenteis

ornata splendet .

*Castis* . Paris , religiosis , ex more sacrorum positis .

*Verbenis* . Verbena est herba , quam circum aras spargebant sacrificaturi ; qua coronabant aras ipsas .

*Avet, &c.* Imbui , & respergi sanguine agni immolati cupit , gessit .

*Manus* . Famulorum turba .

*Puella* . Ancilla .

*Sordidum, &c.* Flammæ cum impetu volant in camino .

Vertice fumum.

Ut tamen noris, quibus advoceris  
Gaudiis; Idus tibi sunt agendæ,  
Qui dies mensē Veneris marinas  
Findit Aprilem:

Jure solemnis mihi, sanctiorque  
Pene natali proprio; quod ex hac  
Luce Mœcenas meus affluentes  
Ordinat annos.

num, rotantes sordidum, &  
pinguem fumum in tecti ver-  
tice. Indicat lautam culinam.

*Quibus, &c.* Quod festum  
tanto gaudio celebratura sis.

*Mensem Veneris.* Mensem  
Veneri sacrum. Est autem  
Aprilis Veneri sacer; quia  
verna tempestate terra sinum  
aperit; ac frugibus rebusque  
cæteris gignendis favet. Vo-  
cat marinam Venerem; quia  
Venus a poetis dicitur nata  
e maris spuma.

*Findit.* In duas partes pro-  
pe æquales dividit. Idus enim  
incidunt in diem mensis cu-  
juslibet 13. vel 15.

*Jure, &c.* Est ille dies mi-  
hi merito solemnis, & pro-  
pe sanctior meo die natali;  
quia ex illo die Mœcenas ordi-  
nat, numerat ordine suos  
annos affluentes, id est, alios  
aliis accedentes; quia nimi-  
rum est dies ejus natalis, a  
quo anni inchoantur.

## O D E X I.

*Virgilium ad cœnam vocat.*

**J**AM veris comites, quæ mare temperant;  
Impellunt animæ lintea Thraciæ:

*Mare temperant.* Mitius,  
& aptum navigationi, fuga-  
tis cum frigore procellis,  
reddunt.

*Anime Thraciæ.* Venti  
molliores, qui ab Oriente  
flant, ubi est Thracia. Anima  
sæpe pro flatu, & spiritu po-  
nitur: unde, *ventorum ani-  
ma*. Sin autem velis Zephyros  
hic significari, quia fere flant  
verno tempore, ac sunt mitif-  
simi, dicentur Zephyri Thra-  
cæ, respectu Orientalis ma-

ris, cujus ad Occidentem est  
Thracia: Zephyri enim sunt  
venti Occidentales: & sensus  
erit; Zephyri, ab Thracia  
flantes, impellunt naves sibi  
oppositas, nempe in Ponto  
v. g. Euxino, maris Caspio,  
& Carpathio; quæ maria  
Thraciam Occidentalem ha-  
bent. Quid si legamus, *ani-  
ma Trasciæ*? Est enim Tra-  
scias ventus Occidentalis, &  
Favonio vicinus.

*Lintea.* Navium vela.

*Fine*

Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt

Hyberna nive turgidi.

Nidum ponit Ithin flebiliter gemens,

Infelix avis, & Cecropiæ domus.

Æternum opprobrium: quod male barbaras

Regum est ultra libidines.

Dicunt in tenero gramine pinguium

Custodes ovium carmina fistula,

Delectantque Deum, cui pecus, & nigri

Colles Arcadiæ placent.

Adduxere sitim tempora, Virgili:

Sed pressum Calibus ducere Liberum

Si gestis, juvenum nobilium cliens,

Nardo vina merebere:

*Rigens.* Gelu, & frigore obrita.

*Turgidi, &c.* Non sunt amplius hybernis nivibus turgidi, non strepunt.

*Ithin.* Hirundo.

*Domus.* Andionis Atheniensis, nupserat Te-

*Thraciæ.* Ille cum

*Prognos,* sorori Prognos,

*epulans,* Progne suum

*epulans,* Ithin epulans.

*apposuit:* quo

*stricto,* ereus, cum stricto

*involare,* rorem involaret,

*est in hirundi-*

*demus.* Athenien-

*familia:* qua

*Rez Athenien-*

*Fillum suum*

*mollius ulcisci po-*

*Regum, Tetei.*

*Pana, Fau-*

*regio est Græ-*

*Psiloponneso, ex qua*

*venire Pan, Fe-*

*bruanse, dicebatur. Vi-*

*de Odyss. lib. 3.*

*Nigri colles. Umbrosi.*

*Tempora.* Tempestas jam calidior. Ver, in Italia, interdum calore vehementi est infestum. Vel, tempus conæ, tempus serotinum, cum per diem totum abunde collecta sitis est.

*Virgili.* Poetarum princeps fuit, Horatii amicus.

*Calibus.* Cales, urbs Campaniæ, cujus ager vitibus felix: hinc vinum Calenum.

*Ducere.* E patere haurire.

*Juvenum &c.* Drusi, & Tiberii, Livii filiorum, & Marcelli, ex Augusti sorore geniti, qui ejusdem Augusti postea filius adoptione fuit; a quibus unguenta ejusmodi, muneris loco, data esse facile Virgilio poterant.

*Cliens.* Qui te illis dediisti, quos observas, colis, &c.

*Nardo, &c.* Id est, dabo vinum, si tu nardum, hoc est unguentum e nardo confectum afferas. Solebant enim, ut sæpe diximus, uncti, & delibuti accumbere.

*Merebere.* Emes, obtinebis a me.

Nardi parvus onyx eliciet cadum,  
 Qui nunc Sulpitiis accubat horreis,  
 Spes donare novas largus, amaraque  
 Curarum eluere efficax.

Ad quæ si properas gaudia, cum tua  
 Velox merce veni. Non ego te meis  
 Immunem meditor tingere poculis,  
 Plena dives ut in domo.

Verum pone moras, & studium lueri;  
 Nigrorumque memor, dum licet, ignium,  
 Misce stultitiam consiliis brevem:  
 Dulce est desipere in loco.

*Onyx.* Vasculum ex ony-  
 ce, lapide pretioso, factum.

*Eliciet.* Adducet, persua-  
 debit mihi, ut adduci jubeam  
 cadum integrum &c.

*Sulpitiis horreis.* Apothecis,  
 quas Sulpitius Galba ex-  
 truxerat, & locabat publice;  
 ubi mercatores condebant vi-  
 na, merces, &c.

*Accubat.* Quiescit, serva-  
 tur.

*Spes, &c.* Qui potest pro-  
 lize dare spes novas, & cu-  
 ras eluere.

*Amara curarum.* Pro ama-  
 ras curas.

*Ad quæ, &c.* Si te cupi-  
 ditas vini mei, & epularum  
 tangit.

*Tua merce.* Onyce tuo,  
 & nardo, quo vinum meum  
 quasi emere debes.

*Immunem.* Nihil afferen-  
 tem, nil contribuentem. Non  
 dabo vina, nisi tu aliquid  
 etiam des.

*Tingere.* Medasacere, pro-

luere.

*Plena.* Locuplète, lautif-  
 sima.

*Lueri.* Virgilius non con-  
 tenuendas opes suis versibus  
 collegerat; quæ res illum ad  
 scribendum acuebat. Adde  
 quod studium bonæ ar-  
 tes creditorum dici pos-  
 sunt. Tamen ex occa-  
 sionem quibusdam, ad  
 spicandi Virgilius, ad  
 quem scribit. Horatius non  
 esse Maronem poetam satis  
 notum; sed unguentarium  
 quemdam, ejusdem, atque  
 Virgilium, nominis.

*Ignium.* Rogi; mortis ni-  
 gros vocat ignes, idest, fu-  
 nestos, tristes.

*Stultitiam.* Ita vocat hi-  
 laritatem solutiorem, & libe-  
 riores, ut sit in vino, jocos.

*Consiliis.* Prudentiæ, re-  
 bus seriis, gravioribus occu-  
 pationibus.

*In loco:* Tempestive, op-  
 portune.

\* \*  
 \* \*



\* \*  
 \* \*

Que

## O D E X I I.

*Tiberii de Rhætiâ victoriam celebrat, & Augusti auspiciis ac felicitati acceptam refert.*

**Q**UÆ cura Patrum, quæve Quiritium;  
 Plenis honorum muneribus tuas,  
 Auguste, virtutes in ævum  
 Per titulos memoresque fastos  
 Æternæ? O, qua Sol habitabiles  
 Illustrat oras, maxime Principum;  
 Quem legis expertes Latinæ  
 Vindelici didicere nuper  
 Quid Marte posses: milite nam tuo  
 Drusus Genauos, implacidum genus,  
 Brennosque veloces, & arces

*Quæ cura, &c.* Sententiâ est, Senatûm, populumque Romanum, quantumvis curæ studiique conferat ad meritos honores Augusto decernendos, id præstare tamen pro dignitate nunquam posse.

*Patrum.* Senatorum.

*Quiritium.* Cæterorum civium.

*Plenis, &c.* Statuis, triumphis, titulis, & fastis; quæ omnia plena sunt honoris, ac dignitatis.

*Titulos.* Elogia, inscriptiones subscriptas statuis, pilis lapideis, &c.

*Fastos.* Sunt commentarii, seu codices, qui memoriam rerum singulis annis gestarum continent.

*Æternæ.* In consequentiâ sæcula propaget; æternitate donet.

*Quem, &c.* Cujus fortitudinem in bello, & felicitatem sensere Vindelici. Est autem ista syntaxis Græca: nam Græci v. g. pro, scio quæ-

nam &c. illa urbs, dicunt; scio illam urbem, quænam sit; pro, didicere hostes quid Augustus Marte possit, ajunt didicere Augustum, quid possit.

*Legis.* Imperii, dominationis.

*Vindelici.* Vide Oden. 5. hujus libri.

*Nuper.* Anno U. C. 738. Consule 2. Indicem Odarum, qui est Chronologicus.

*Drusus.* Multa de Tiberio hic, paucula de Druso refert, quem Ode 3. pluribus laudavit. Hæc tota pene victori Drusi fuerat, qui contra Vindelicos, & Rhætos cum exercitu ab Augusto missus, anno ab Urbe Condit. 739. bello jam prope confecto, adiutorem fratrem Tiberium, & gloriæ socium acceperat: is autem ne se præteritum doleat, modo laudatur.

*Genauos, Brennos.* Vicini erat Vindelicis sub Alpibus.



Alpibus impositas tremendis  
Dejecit acer, plus vice simplici.  
Major Neronum mox grave prælium  
Commisit, immanisque Rhætos

Auspiciis pepulit secundis,  
Spectandus in certamine Martio,  
Devota morti pectora libera

Quantis fatigaret ruinis:

(Indomitas prope qualis undas  
Exercet Auster Pleiadum choro.

Scindente nubes) impiger hostium

Vexare turmas, & frementem

Mittere equum medios per ignes.

Sic tauriformis volvitur Ausidus,

*Tremendis*. Vel propter hostium, qui arces illas obtinebant, feritatem; vel propter montium altitudinem.

*Plus vice simplici*. Plus quam semel, sæpius, multis præliis.

*Major Neronum*. Cl. Tiberius Nero, qui Druso fratris major erat annis fere quatuor. De Neronibus, ac de istis duobus præcipue, dictum antea est, Ode 3.

*Rhætos*. Nunc Grifones, & vicinos quosdam populos, Helvetiis, & Bavaris finitimos.

*Auspiciis*. De illis dictum, antea, Ode 12. lib. 2.

*Secundis*. Felicibus. Res prosperæ dicuntur secundæ, quasi quæ sequantur conatus nostros, quæ nobis obsequantur.

*Spectandus*, &c. Dignus qui spectaretur. Juvabat, operæ pretium erat spectare illum in acri pugna: quibus ruinis, quanta strage fatigaret, vexaret, debellaret, pectora devota, id est, homines, qui se devoverant morti liberæ, hoc est, qui voverant,

deliberatum habebant, potius mori retinendo libertatem, quam, illa amissa, vivere; hostes, qui se morti devovisse videbantur, modo essent liberi, modo ne servirent.

*Exercet*. Vexat, agitat.

*Auster*. Ventus Meridionalis, & sævus.

*Plejadum*, &c. Plejades sunt stellæ 7. inter Arietem, & Taurum; alia voce Vergilia dicuntur, & Atlantides. Ita dispositæ sunt in orbem; ut choream agitare videantur, Procellas autem, & imbres terris important, cum oriuntur, & occidunt; hinc nubes ab illis dicuntur scindi, & rumpi, cum nempe in pluvias solvantur.

*Impiger venare*. Est Hellenismus, pro impiger, strenuus in vexandis hostium turmis. De C. Tiberio Nerone loquitur.

*Per ignes*. Quos hostes in Romano jaculabantur: pugnabant enim sæpe telis igne armatis, ac missilibus.

*Tauriformis*. Comparatur tauris flumina, ob impetum, & quasi mugitum fluminum,

Qui regna Dauni præfuit Appuli,  
 Cum sævit, horrendamque cultis  
 Diluviem meditatus agris:  
 Ut Barbarorum Claudius agmina  
 Ferrata vasto diruit impetu;  
 Primosque, & extremos metendo,  
 Stravit humum sine clade victor,  
 Te copias, te consilium, & tuos  
 Præbente Divos: Nam tibi, quo die  
 Portus Alexandria supplex,  
 Et vacuum patefecit aulam,  
 Fortuna lustro prospera tertio  
 Belli secundos reddidit exitus,  
 Laudemque, & optatum peractis

*Stum*: itaque cum taurinis cornibus pinguntur, forte quia olim Achelous sub tauri forma cum Hercule pugnavit.

*Regna Dauni*. Apuliam partem unam, in qua regnavit Daunus: altera pars Peussetia dicitur. Supra Od. 4.

*Præfuit*. Idest præterfuit.

*Us barbarorum, &c.* Est altera pars comparationis: sic volvitur Aufidus, ut Claudius Tiberius Nero Barbaros diruit, &c.

*Ferrata*. Quibus erat lorica, & galea e ferro.

*Metendo*. Trucidando. Sic Virg. *Proxima quæque metis gladio*.

*Stravis*. Hostium cadaveribus textit.

*Sine clade suorum militum*, impune.

*Tuos, &c.* Auxilium Deorum tibi faventium præbentem. Imperatores Legatis suis Deos præbere dicebantur, quia bellum non gerebatur auspiciis Legati, sed Imperatoris, sed Ducis absentis.

*Nam tibi, &c.* Probat rem a Tiberio bene gestam auspi-

ciis Augusti, & Numinis Deorum illis faventium: quia eodem die, quo ante annos 15. ingressus erat Augustus Alexandriam, victis Antonio, & Cleopatra, eodem Tiberius felici bello Rhodos profligavit; adeo ut iidem Dii huic duplici victoriæ præfuisse merito viderentur.

*Quo die*. Anno U. C. 732. pridie Kal. Sept.

*Vacuum*. Mortuo Antonio, victa Cleopatra.

*Lustro Tertio*. Anno decimo quinto, idest, U. C. 738. Lustrum est spatium annorum quinque; quo spatio exacto, Censores lustrabant, & recensabant Urbem.

*Reddidit*. Quasi eadem, & condita die representavit Tiberio, atque adeo tibi, victoriam de Rhodis.

*Laudemque, &c.* Et arrogavit, id est, attribuit, adscripsit, concessit laudem, & optatum decus, hoc est victoriam, triumphum, imperiis peractis; idest Tiberio, qui tua imperia, & iussa feliciter peregerat; vel, For-

Imperii decus arrogavit.  
 Te Cantaber non ante domabilis,  
 Medusque, & Indus, te profugus Scythes  
 Miratur, o tutela præsens  
 Italiæ, dominæque Romæ;  
 Te fontium qui celat origines  
 Nilusque, & Ister; te rapidus Tigris,  
 Te belluosus qui remotis  
 Obstrepat Oceanus Britannis;  
 Te non paventis funera Galliæ,  
 Duræque tellus audit Iberiæ;  
 Te cæde gaudentes Sicambri

tuna concessit Tiberio optatum decus, qui bellis gravissimis Dux ab Augusto constitutus, & a militibus Imperator de more appellatus, tandem summum triumphum honorem adeptus est. Imperia enim eo sensu possunt accipi, nempe pro bellis summo cum Imperio administratis.

*Cantaber.* Hispaniæ populus. Vide Oden. 8. lib. 2. & 2. Indicem Odarum, ad annum 718. Eandem sub Augusto felicitatem publicam prædicat Ode 4. hujus libri.

*Non ante, &c.* Qui a nullo, ante Casatem, vinci poterat.

*Medusque.* Parthi; quorum Rex Phraates Romana signa, Crasso quondam erepta, Augusto reddiderat, anno U. C. 734.

*Indus* Porus Indorum Rex Augusti, & Romanorum amicitiam, pacemque per legatos expetierat, anno U. C. 734.

*Scythes.* Populus Europæ Septentrionalis incola. Scythæ, Daci, Sarmatæ, Geloni, aliique multi populi Barbari, partim Augusti armis fuerant domiti, partim legatos illi miserant de pace: pro-

fugos vocat Scythas, id est, errabundos.

*Nilus.* Fontes Nili diu ignoti fuerant, & adhuc forte latent.

*Ister.* Alio nomine Danubius, maximus est Germaniæ fluvius, ab Occidente in Orientem fluens, erat Augusti tempestate Septentrionalis Imperii Romani Imperii.

*Tigris.* Armeniæ fluvius, ob celeritatem sic dictus.

*Belluosus.* Belluis, id est, balenis, & aliis id genus monstris, scatens.

*Obstrepat.* Alluit cum strepitu.

*Britannis.* Angli ultro ad Augustum legatos miserunt, qui ejus in fide, & potestate futuram Britanniam promitterent. Remoti appellantur; quia orbem Oceano Britannico finiri a Septentrione veteres putabant.

*Galliæ.* Galli ab omni suo periculi, & necis contemptores fuere.

*Audit.* Veneratur, parat.

*Iberia.* Hispaniæ, sic dicta ab Ibero flumine. Duram vocat, id est, patientem laboris, vinci difficilem.

*Sicambri.* Germaniæ populus

Compositis venerantur armis..

puli, ad Rheni ostia. Illi Augusti in Galliam adventu, & virtutis ejus fama territi, arma posuere, & pacis leges ab eo accipere Vide a. Indi-

cem Odarum.

*Compositis*. Simul, & uno consensu abjectis: vel uno in loco positis; tranquillis, & feratis.

## O D E XIII.

*Augusti pacifici laudes.*

**P**Hœbus volentem prælia me loqui  
 Victas & urbes, increpuit lyra,  
 Ne parva Tyrrenum per æquor  
 Vela darem. Tus, Cæsar, ætas  
 Fruges & agris rettulit uberes,  
 Et signa nostro restituit Jovi  
 Direpta Parthorum superbis  
 Postibus: & vacuum duellis  
 Janum Quirini clausit: & ordinem  
 Rectum, & vaganti fræna licentiæ  
 Injecit, emovitque culpas,

*Increpuit, &c.* Leviter percutiendo me lyra, monuit ne &c.

*Ne parva, &c.* Ne res meis viribus impares aggrederer, ne (instar nautæ, qui exigua scapha procelloso mari, quale est Tyrrenum, seu Thuscum, se committeret, prælia triumphosque, Cæsar, tuos canerem: sed potius eam, quam pace confecisti, felicitatem, quam tua ætas omnibus attulit, &c.

*Nostro Jovi.* Capitolino: cujus in templo vexilla hæc reposuit Cæsar.

*Direpta.* Detracta. Vide Indicem Odarum Chronologicum ad ann. 731.

*Postibus.* Templis.

*Duellis.* Bellis: quasi bella in eo templo habitarent:

quibus pulsus pax succedet.

*Janum, &c.* Erant multa Jani templa Romæ; unum in primis, quod Janum Quirini, seu Romali, vocabant, a Romulo ædificatum, quod flagrante bello apertum erat: confectò, clausum. Illud bis Augustus, pace ubique constituta, clausit.

*Et ordinem; &c.* Morem in deterius lapsos, & ab recta virtutis via velut aberrantes emendavit; ordinemque rectum rebus omnibus induxit: eumque licentiæ, velut frænum, injecit. Legit Lambinus, *evaganti*, & explicat, extra vaganti: licentiæ, extra ordinem rectum vaganti, ordinem non servanti.

*Emovis.* Expulit. Sic Virg.

I 5 gib

Et veteres revocavit artes,  
 Per quas Latinum nomen, & Italæ  
 Crevere vires, fama que, & imperi  
 Porrecta majestas ad ortum  
 Solis ab Hesperio cubili.  
 Custode rerum Casare, non furor  
 Civilis, aut vis eximet otium:  
 Non ira, quæ procutit enses,  
 Et miseras inimicat urbes.  
 Non qui profundum Danubium bibunt,  
 Edicta rumpent Julia: non Getæ,  
 Non Sères, infidive Persæ,  
 Non Tanaim prope flumen orti.  
 Nosque & profectis lucibus, & sacris,  
 Inter jocosæ enuacra Liberi  
 Cum prole matronisque nostris,  
 Rite Deos prius apprecati,  
 Virtute sanctos more patrum duces,

gil. 6. *Aeneid.* *Arma omnia  
 sectis emovis*: idest, subducit, aufert.

*Artes*. Frugalitatem, Justitiam, Fidem.

*Imperi*. Pro Imperiis.

*Porrecta*. Producta, amplificata.

*Ad ortum, &c.* Ab Occidente usque ab Orientem, orbo toto.

*Hesperio cubili*. Sol enim occidens videtur dormitum descendere in Oceanum Hesperium, idest Hispanum, sive Atlanticum, ab Hespero, stella serotina, aut ab Hespero Atlantis fratre sic appellatum.

*Rerum*. Orbis terrarum.

*Eximas*. Tolleat, perturbabit.

*Procutit*. Fabricatur.

*Inimicat*. Reddit invicem inimicas.

*Non qui, &c.* Germani, Daci, &c. Porro iste fluvius prope fontem Danubius vocatur: medio in cursu, usque

ad ostia, Ister appellatur.

*Edicta*. Leges ab Augusto latas. Augustus appellatus etiam est Julius, quia in nomen, & familiam C. Julii Cæsaris adoptione transferat.

*Getæ*. Populi feroces in Scythia Europæ prope Thraciam. Daci etiam dicti.

*Sères*. Populus Orientalis prope Indiam.

*Infidi*. Quia Crassum per simulationem gacis, & colloqui deceptum peremerant.

*Tanaim*. Dividit Tanais Europam, & Asiam: circa illum habitant Scythæ, & Tartari, qui minores, sive Precopenses appellantur.

*Profectis, &c.* Diebus non sacris, qui festos præcedunt.

*Inter, &c.* Inter vina.

*Prius, &c.* In secundis mensis Deos precabantur, libabant vina, &c. Vide Oden 4. hujus libri.

*Virtute sanctos*. Cum gloria,

Lydis remisso carmine tibiis,  
Trojamque, & Anchisen, & alius  
Progeniem Veneris canemus.

ria, & virtute mortuos: vel  
virtutis officio probe sanctos.

*Lydis, &c.* Miscentes iterum  
atque iterum hymnos,  
& carmina cum tibiis Lydis:  
alternis canentes, nunc voce,  
nunc tibiis. Tibis Lydis,  
seu Lydis quanam sint, vide  
Oden 14. lib. 3. & est-

wam libri Epoden. Quidam  
suspiciantur Lydias easdem esse,  
ac Phrygias, ob vicinitatem  
utriusque regionis.

*Progeniem Veneris.* Julium  
Cesarem, Augustum, Tiberium,  
Neronem, Drusum,  
&c. qui omnes, per Æneam,  
a Venere originem ducunt.

Q. HORATII FLACCI

E P O D O N

L I B E R.

O D E I.

*Offert se Mæcenati ad bellum Asiaticum  
profecturo.*

**I** Bis Liburnis inter alta navium,  
Amice, propugnacula,  
Paratus omne Cæsaris periculum  
Subire, Mæcenas, tuo.

*Epodon.* Est genericus pluralis, a voce Epode, sive Epodus, sic vocatur versus minor, qui majori subiungitur, & quasi supercanitur, id quod Græca vox sonat: itant sententia non sit absoluta in majori versu, sed minori finiatur, quia clausula. Hinc nomen huic libro factum, ut liber Epodorum, sive Epodon, diceretur, quia primæ illius Ode constant alternis ejusmodi versibus brevioribus.

*Ibis, &c.* Ergone, o Mæcenas, iturus es ad bellum, & exiguæ navibus cum vallis

illis Antoni navibus pugnaturus?

*Liburnis.* Sabaudi, quibus. Naves Liburnæ erant naves celeriores, & ad cursum expeditæ, a Liburnis, Illyrici populis, aut inventæ, aut plurimum usurpatæ.

*Navium propugnacula.* Tales vocat Antoni naves, quæ, ut ait Florus lib. 4. cap. 11. turribus, & tabulatis elevatis, castellorum, & urbium specie, non sine gemitu maris, & labore ventorum, se rebantur.

I 6 Quis

Quid nos? quibus te vita sit superflite

Jucunda; si contra, gravis?

Utrumne iussi persequemur otium

Non dulce, ni tecum simul?

An hunc laborem mente laturo, decet

Qua ferre non molles viros?

Feremus: & te, vel per Alpium juga,

Inhospitalem & Caucasum,

Vel occidentis usque ad ultimum sinum,

Forti sequemur pectore.

Roges, tuum labore quid juvem meo,

Imbellis, ac firmus parum?

Comes minore sum futurus in metu,

Qui major absentes habet.

Ut affidens implumibus pullis avis

Serpentium allapsus timet

Magis relictis; non ut adsit, auxili

Latura plus presentibus.

Libenter hoc, & omne militabitur

Bellum in tuae spem gratiae:

*Quid nos; Subaudi, faciemus, vel refer ad ea, quae sequuntur, quid nos? utrumne otium persequemur?*

*Si contra.* Si tu superstes non sis.

*Utrumne, &c.* An lentus hic, & otiosus manebo, ut jubes?

*An hunc, &c.* Ordo est: an laturo sumus hunc belli laborem, ea mente, qua ferre illum debet vir minimus timidus? Videtur joculari: parum enim fortis habebatur. Statim respondet: Nos vero illum feremus, &c.

*Alpium.* Alpes Galliam ab Italia dirimunt.

*Caucasum.* Est mons Scythiae, vocatur *inhospitalis*, id est, non habitabilis, nempe ob glaciem, & nives, &c.

*Sinum.* Sinus est pars maris, in terras medias excur-

rens: hic significatur Hispaniam litus, vel Africae, circa montem Atlantem, quae terras finiri putabant Romani; neque enim alias ultra norant.

*Roges, &c.* Forasan a me petes, cui tibi sim usui futurus, &c. Respondet: Equidem te parum juvabo praesens; at minus tibi timebo.

*Comes.* Si te comiter.

*Ut affidens, &c.* Ordo est: quemadmodum avis, quae pullis incubat, timet illa quidem allapsus, & incursiones serpentium: at eos tamen magis timet, relictis pullis, & absens: sic ego, &c.

*Ut adsit.* Quamquam sit praesens; licet incubet nido.

*Militabitur.* A me.

*In tuae, &c.* Tum erga me benevolentiam retinendam, & augendam studio; non praemii,

aut

Non ut juvenis illigata pluribus  
 Aratra nitantur meis:  
 Pecusve Calabris ante fidus fervidum,  
 Lucans mutet pascua:  
 Nec, ut superni villa candens Tusculi  
 Circa tangat mœnia.  
 Satis superque me benignitas tua  
 Diavit: haud paravero,  
 Quod aut, avarus ut Chremes, terra premam,  
 Discinctus aut perdam ut nepos.

aut mercedis consequendæ spe ductus.

*Pecusve Calabris, &c.* Calabria est Italia regio, magis vergens in Orientem, & Meridiem, quam Lucania: solebant autem viri divites, gregum pascua mutare, & aliis uti hybernis, aliis æstivis. Non ut mei greges transseant ante æstatem a Lucanis pascuis in Calabriam: per fidus enim fervidum intelligit Canicula, quæ, cum oritur, magnos colores affert.

*Nec us, &c.* Non militabo hoc bellum, ut villam in agro Tusculano possideam, quæ extendatur, & conjungatur usque ad mœnia ipsius urbis Tusculi. Vocat Tusculum Circæum, quia fuit edificatum a Telegono Circes, & Ulyssis filio: quam Urbem alii vocat eam ob rem Telegoni juga paricidæ. Circa mœnia possunt exponi de Urbe in ora maris Tyrheni posita, quam Circejos appella-

bant, a Circe condita.

*Superni.* In colle sitæ.

*Candens.* Candido, & nitenti lapide structa.

*Haud paravero.* Non eas opes mihi quaram anxie, & parabo.

*Chremes.* Senex avarus, ab Terentio sæpe inductus in scenam.

*Premam.* Defodiam, abdam.

*Discinctus.* Dissolutus, gæneo. Solebant antiqui zona vestem colligere, & præcingere, ut ad agendum essent expediti: quod qui mittebant, aut negligentius faciebant, in suspitione inestis laborabant.

*Nepos.* Significat ea vox aliquando libidinosum hominem, & prodigum: quia pueri patre mortuo, cum in avæ tutelam veniunt, evadunt dissoluti; sunt enim avi patribus indulgentiores, & a pueris metu paterno solutis facile contemnuntur.





## O D E II.

*Alphius fœnerator, quasi artis suæ pertasus, laudat vitam rusticam, mox tamen ad ingenium, & institutum redit.*

**B** Eatus ille, qui procul negotiis,  
 Ut prisca gens mortalium,  
 Paterna rura bobus exercet suis,  
 Solutus omni fœnore;  
 Neque excitatur classico miles arciis;  
 Neque horret iratum mare;  
 Forumque vitat, & superna civium  
 Porentiorum limina.  
 Ergo aut adulta vitium propagine  
 Altas maritat populos;  
 Aut, in reducta valle, mugentium  
 Prospectat errantes greges;  
 Inutilesque falce ramos amputans,  
 Feliciores inserit.  
 Aut pressa puris anella condit amphoris;

*Paterna.* Avita, non pretio conducta, &c.

*Solutus, &c.* Qui nec usuram pro mutua pecunia exigit ab alio, nec eam cuiquam debet, qui neque dat fœnori, neque accipit, in quorum altero summa miseria.

*Classico.* Buccinarum ad arma vocantium sono, & signo. Classis exercitum significat aliquando, tum navalem, tum etiam terrestrem.

*Forumque vitat.* Et litibus assidet.

*Limina.* Quæ a parasitis, & adulteratoribus teri solent. Non captat favorem divitum, & nobilium, eos adeundo, salutando, &c.

*Adulta, &c.* Ramos vitium jam grandiores adju-

git, & sociat arboribus altis, a quibus sustineantur. Propago est proprie vitis vetulæ palmæ, qui jungitur, id est, figitur, & immittitur in scrobem, & actis radicibus aliam vitem producit novam, & recentem.

*Maritas.* Umi, populi, aliz arbores cum vitæ jungunt, & sustinent, sunt quasi fecundæ illius fructibus, quæ per se sunt steriles.

*Reducta.* Semota, disjuncta.

*Prospectes.* Procul spectat.

*Errantes.* Pascentes.

*Feliciores.* Fertiliores, ex arbore meliori decisos.

*Pressa.* E favis expressa.

*Puris.* Purgatis, sine artibus.

*Infir-*

Aut tondet infirmas oves;  
 Vel, cum decorum mitibus pomis caput  
 Autumnus arvis extulit,  
 Ut gaudet insitiva decerpens pyra,  
 Certantem & uvam purpuræ,  
 Qua muneretur te, Priape, & te, pater  
 Silvanæ, tutor finum!  
 Libet jacere modo sub antiqua ilice,  
 Modo in tenaci gramine.  
 Labuntur altis interim ripis aquæ:  
 Queruntur in sylvis aves,  
 Fontesque lymphis obstreperunt manantibus;  
 Somnos quod invitet leves.  
 At, cum tonantis annus hybernus Jovis  
 Imbres nivesque comparat,  
 Aut trudit acres hinc & hinc multo cane  
 Apros in obstantes plagas;  
 Aut amite levi rara tendit retia,  
 Turdis edacibus dolos,  
 Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem;

*Infirmas.* Oves multis sunt morbis obnoxias qui ingravescent, nisi tempestive tondentur.

*Decorum, &c.* Maturis fructibus, quasi coronatum: sic enim pingebatur.

*Ut gaudet.* Quanda voluntate afficitur!

*Insitiva.* Ex insitione nata, adeoque gratiora, quam que sua sponte nascuntur: quod videantur esse premia, & fructus laboris, atque industria.

*Purpure.* Est in dandi casu, uvam de colore contententem cum purpura.

*Qua muneretur.* Quam tibi pro munere, offerat.

*Priape.* Erat Priapus horum Deus; Sylvanus vero agrorum, & sylvarum.

*Finium.* Limitum, quibus agri finantur, & ab aliis se-

parantur.

*Tenaci.* Quia multis fibris & radicibus terra firmiter adheret.

*Inserim.* Dum ipse jacet sub arbore, aut in gramine.

*Queruntur.* Canunt.

*Obstreperunt, &c.* Strepitum edunt, eorum aquis lenites fluentibus, que res, qui strepitus, somnos molles, & lenes inducit, avertit.

*Tonantis.* Procellosi.

*Annus hybernus.* Hyems, tempestas hyberna.

*Jovis.* Aeris.

*Comparat.* Adducit, colligit.

*Plagas.* Retia densiora.

*Amite.* Est ames farca quædam, bacillum teres, & politum, quo retia subtrahuntur.

*Rara.* Laxioribus foraminibus texta.

*Advenam.* Quæ ex alia regio-

Jucunda captat præmia .

Quis non malarum , quas amor curas habet ;  
Hæc inter obliviscitur ?

Quod si pudica mulier in partem juvet

Domum , atque dulces liberos ,

( Sabina qualis , aut perusta solibus

Pernicis uxor Appuli ) .

Sacrum vetustis extruat lignis focum ,

Lassi sub adventum viri ;

Claudensque textis cratibus lætum pecus ,

Diffenta siccet ubera :

Et horna dulci vina promens dolio ,

Dapes inemptas apparet :

Non me Lucrina juverint conchyliis ,

Magisve rhombus , aut scari ,

Si quos Eois intonata fluctibus

regione , nempe frigidiori , in calidiorẽ Italiz partem advenit , peregrinam , transmari-  
nam .

*Jucunda præmia* . Appositi-  
tio , quia turdi , lepores , gru-  
es , sunt dulcia laboris , & au-  
cupii præmia .

*Quis non , &c.* Quis inter  
istat occupationes , non obli-  
vificatur facile malarum cura-  
rum , quas amor habet ?

*In partem* . Pro sua parte :  
hæc est autem pars , & cura  
mulieris , ut rem domesticam  
procuret interim dum vir la-  
borat foris .

*Perusta Salibus* . Nigra ,  
ob sudorem collectum furi ,  
dum opus facit sub dio .

*Pernicis* . Velocis , agil-  
is , strenui . Laudat porro Sabi-  
nas , & Appulas mulieres ,  
quia erant in primis laborio-  
sæ , & sedulæ .

*Sacrum* . Vestis sacrum ,  
vel Diis Penatibus , quorum  
status circa focum erant po-  
sitæ .

*Sub adventum* . Paulo an-

tequam vir domum fatigatus  
redeat .

*Textis cratibus* . E vimin-  
e , septis vimineis' .

*Diffenta* . Plena .

*Sicces* . Mulgeat .

*Horna* . Ejuſdem anni .

*Inemptas* . Natas domi , non  
comparatas pecunia .

*Non me , &c.* Ordo est ,  
non magis me juverint , me  
delectaverint , non mihi pro-  
fecto erant gratiora conchy-  
liis , idest , pisces conchis in-  
clusi , ut ostrea , &c .

*Lucrina* . Idest : capta in  
lacu Lucrino , qui est in sinu  
Bajano , contra Puteolos ,  
prope lacum Avernum ,

*Rhombus* . Piscis latus , &  
magis tunc pretii , ut & sca-  
rus .

*Si quis , &c.* Si quos sca-  
ros hyems , idest , aliqua pro-  
cella , *insonata* , idest , cum  
tonitru ingruens fluctibus Eo-  
is , hoc est Orientali pelago ,  
*versas* , impellat , & recipere  
se ad mare Italum cogat .  
Nempe scarus in Asia Gra-  
cia .

Hyems ad hoc vertat mare:  
 Non Afra avis descendat in ventrem meum,  
 Non attangen Jonicus  
 Jucundior, quam lecta de pinguissimis  
 Oliva ramis arborum,  
 Aut herba lapathi prata amantis, & gravi  
 Malvæ salubres corpori,  
 Vel agna festis cæsa Terminalibus,  
 Vel hædus creptus lupo.  
 Has inter epulas, ut juvat passas oves  
 Videre properantes domum!  
 Videre fessos vomerem inversum boves  
 Collo trahentes languido,  
 Positosque vernas, ditis examen domus,  
 Circum residentes Lares!  
 Hæc ubi locutus fœnerator Alphius;  
 Jam jam futurus rusticus;  
 Omnem relegit Idibus pecuniam;

claque littoribus. (Columella teste lib. 8) frequentissimus erat, nec inde in mare Tyrrhenum subibat, nisi tempestate propulsus.

*Afra avis.* Gallina Numidica.

*Attagen.* Quidam Gallinam sylvestrem Asiaticam, alti pernicem esse volunt.

*Jonicus.* Ex Jonia, Asia provincia advectus.

*Lapathi.* Lapathum, sive rumex, salubris herba.

*Gravi.* Dimento, alvo pigro, moranti.

*Terminalibus.* Erant Terminalia festa Dei Termini, qui limitibus agrorum præfidebat; celebrabantur ix. Kal. Martias.

*Inversum.* Supinum.

*Vernas.* Servos.

*Postos.* accubentes ad men-

sam, vel assidentes foco, aut ministrantes.

*Examen.* Turbam.

*Circum, &c.* Circa domum nitentem, & mundam, vel, circa focum, ubi erant Lares. Erat focus in media culina, & circa focum erant statua Deorum Penatium quas nitidas, idest, tersas, & probe cultas vocat; circa focum autem rustici ordine positi vesci solebant.

*Relegis.* Collegit a debitoribus, apud quos eam magno fœnore collocaverat; ut scilicet agros, & rusticam suppellectilem compararet. Legitur etiam, *redegis.*

*Idibus.* Idibus, & calendis, idest, primo, & medio mense, pecuniam colligere solebant a debitoribus.

Qua

Quærit Kalendis ponerè .

*Quærit, &c.* Ostendit quam brevi perituerit hominem boni consilii ; qui, pauculis diebus interjectis, sententiam mutaverit ; & quæserit calendis,

sive initio sequentis mensis, ponere, hoc est, rursus locare sœnori redactam ante dies quindecim, nempe Idibus, pecuniam .

### O D E I I I .

*Allium detestatur, quod imprudens, cum apud Mæconatem cœnaret, gustaverat.*

**P**arentis olim si quis impia manu  
 Senile guttur fregerit,  
 Edat cicutis Allium nocentius .  
 O dura messorum ilia !  
 Quid hoc veneni scivit in præcordiis ?  
 Num viperinus hic cruor  
 Incoctus herbis me fefellit ? an malas  
 Canidia tractavit dapes ?  
 Ut Argonautas præter omnes candidum  
 Medea mirata est ducem,  
 Ignota tauris illigaturum juga ,

*Edas.* Cicuta est herba frigidissimi succi, adeoque pestiferi. Legunt aliqui, *edis*, pro *edas*, antique, ut *dims*, pro *dem*.

*Messorum.* Qui tali cibo vescantur impune.

*Quid hoc, &c.* Quid hoc veneni est, quod male me habet, & mea torquet viscera ? Quasi allium venenum esset.

*Fefellis.* Latuit, fugit.

*Canidia.* Venefica.

*Tractavit.* Ut illis aspergeret virus.

*Ut Postquam.*

*Argonautas.* Erant illi viri fortissimi, Jason, Hercules, Theseus, &c. qui ut velus auream exportarent e Col-

chide, navim Argo, a qua nomen traxere, conscenderunt. Dux totius expeditionis erat Jason ; qui ab avunculo suo Pella, juvenis gloriam ægre ferente, & ab eo sibi metuente, missus fuit in Colchidem, velut ibi periturus : Medea, tamen arte servatus est.

*Mirata est, &c.* Unum præ cæteris Argonautis amavit.

*Tauris, &c.* Aureum velus a tauris duobus ignivomis servabatur : quos ut Jason domaret, illum Medea certis herbis, ac venenis perunxit : quas ut vim haberent majorem, & præsentiosem, addidit illis, ut ait Horatius, ab-  
 lium :

Perunxit hoc Jasonem :  
 Hoc delibutis ultra donis pellicem ,  
 Serpente fugit alite .  
 Nec tantus unquam siderum infedit vapor  
 Siticulosæ Apulix ;  
 Nec munus humeris efficacis Herculis  
 Inarfit astuosus .

Itum : est enim hæc ejus natura , ut venena efficaciora , & certiora efficiat . Ita illius diritatem ostendit , sine quo , etiam acerrima venena languidiora sunt . Est autem hic ordo : ut Medea mirata est candidum ducem , perunxit illum hoc alio , illigatura , id est , ut illigaret , ut imponeret juga tauris indomitis .

*Ignota juga* . Aratrum , quod nunquam passus fuerant .

*Hoc , &c.* Eadem Medea , pellicem Jasonis , nempe Creusam , sive , ut alii volunt , Glaucam , Creontis regis Corinthi filiam ( quam , spreto Medea , Jason amare inciperat ) ultra donis delibutis , id est , imbutis , tinctis hoc alio , fugit in curru tracto ab serpente alite , id est , ab alatis serpentibus , & avolavit . Non aliam neciscendæ pellicis rationem invenit , quam si mitteret ei vestes alio tinctas .

*Donis* . Veste , corona , mo-

nibus , quam Creontis filia detulit Medea jussu .

*Siderum vapor* . Æstus creatus a vaporibus , quos Sol , & alia sidera colligunt e terra . Vapor idem sæpe valet , quod calor .

*Munus* . Palla , indusium .

*Efficacis* . Laboriosi .

*Herculis* . Nessus Centaurus Dejaniram , Herculis uxorem , abripere cum vellet , cum Hercules sagittis interesset , ille , ne inultus periret , vestem suo sanguine , qui præstantissimi veneni erat instar , imbutam , Dejaniram dat ; quasi valeret hoc munus ad Herculis amorem ita Dejaniram adjungendum ut nunquam aliam amaturus esset : induerat pallam hæc Hercules , cum toto corpore deslagrare cepit ; quo igne paulo post extinctus est .

*Inarfit humeris* . In humeris arsit .

## O D E IV.

*Menam , Pompeii Magni libertum , insectatur .*

**L**Upis & agnis quanta sortito obtigit ,  
 Tecum mihi discordia est ,

*Sortito* . Fatali necessitate , natura . Quippe certas propensiones animalia singula nascendo sortiuntur . Adde , quod

fors ponitur sæpe pro fato , & certæ rerum constitutione , quæ a nobis non pendet .

*Mo-*

Ibericis peruste funibus latus,

Et crura dura compede.

Licet superbus ambules pecunia,

Fortuna non mutat genus.

Videsne, sacram metiente te viam

Cum bis ter ulnarum toga,

Ut ora vertat huc & huc euntium

Liberrima indignatio?

Sectus flagellis hic Triumviralibus,

Præconis ad fastidium,

Arat Falerni mille fundi jugera,

Et Appiam inannis terit;

*Ibericis funibus.* Quia spartum optimum, ex quo fiebant funes, ab Hispania petebatur; vel, quia Menas fuerat Ibericum mancipium.

*Peruste, &c.* Qui latus habes perustum, concisum toris. Servi enim sæpe vapulabant a dominis, iidem compedibus vincti opus ruri faciebant.

*Fortuna, &c.* Non facit fortuna felix, & potentium gratis, ut servus non fueris. Ille Menas post obitum Pompeii Magni, a quo donatus fuerat libertate, Pompejum filium secutus est; mox ad Augustum, belli civilis reliquias persequentem, defecit, a quo Eques Romanus, deinde militum Tribunus creatus est. Idem tamen postea, Octavio relicto, rediit ad Pompejum, quo tempore videtur hæc Ode scripta. Consule 2. Indicem odorum.

*Metiente, &c.* Ironice, incedente composito gradu per viam Sacram, cum toga, cujus syrma, (idest, cauda) sex ulnas longum est. Sacra via ita dicta est, a maximo Romæ templo, nempe Jovis Capitolini, quo ducebat; item

a sacris, & triumphis, qui per eam in Capitolium deducebantur.

*Ora vertas, &c.* Ut cives huc & huc euntes, ultro citroque commeantes, in te ora covertant, & suam indignationem præferant, ac palmam dicant: sectus flagellis, &c.

*Indignatio.* Excitatur hic animi affectus in eos, quibus bene est, immerentibus & indignis.

*Triumviralibus.* Triumviri Capiales, tres erant iudices, qui judicia de servis, & libertis exercebant. Prætor autem cognoscebat de criminibus civium alicujus nominis & loci.

*Prætoris, &c.* Cum aliquis publice poenam luebat, addebatur præco, qui supplicii causam ediceret, ceteros admoneret. Tam sæpe autem Menas sectus flagellis publice fuerat, ut præconem delassasset.

*Falerni.* Ubi vites, & seteges optimæ, in Campania Romana.

*Appiam.* Subaudi, viam, per quam in suum prædium Falernum ibat. Huc via Appia

Sedilibusque magnus in primis Eques,

Othone contempto, sedet.

Quid attinet tot ora navium gravi

Rostrata duci pondere

Contra latrones, atque servilem manum;

Hoc, hoc Tribuno militum?

plus ( qui postea cæcus est appellatus ) nomen dedit, quod eam lapide stravisset.

*Mannis.* Equis parvulis & velocibus.

*Sedilibusque, &c.* Amphitheatrum locus erat, in quo spectabantur ludi: ejus pars theatro proxima, Orchestra dicebatur, & addicta Senatoribus erat; ordines 14. sive gradus inde retro, sepositi erant Equitibus, eorumque duo primi Tribunis, quos inter Menas numerabatur.

*Othone contempto.* Quia L. Roscius Otho lege sanxerat, ne quis libertus, aut libertinus, sederet in 14. primis ordinibus. Tamen Augustus Menam in Equestrum or-

dinem cooptaverat, eique jus aureorum annulorum dederat, quod Horatius dissimulat, nisi forte hæc scripserit, antequam ille hunc honorem adeptus esset.

*Quid attinet, &c.* Quid convenit tot naves, rostris æreis instructas, tanta mole duci in latrones, & servos (quos Sextus Pompejus, bellum instaurans in Sicilia, contra Augustum armaverat) si hic, hic Menas, piratarum ac servorum princeps, Tribunus est militum, & unus e primariis ducibus exercitus? Fuerat Menas pirata, & servus.

*Ora Navium.* Proras, antteriores partes.

O D E V.

*Puer a Canidia dire interfectus.*

**A**T, o Deorum quisquis in Cælo regis

Terras, & humanum genus,

Quid iste fert tumultus? & quid omnium

Vultus in unum me truces?

Per liberos te, si vocata partibus

*At &c.* Pueri voces. *At* servit iracundiæ, & perturbationi significandæ. Sic Priamus, ubi filium interemptum vidit. *At tibi, pro scelere,* exclamat, &c. Virg. lib. 2. quicumque in Cælo estis, unde terras, hominesque regitis,

vos testor, vos appello.

*Quid iste, &c.* Quid sibi vult tumultus iste? Videt veneficas tumultuantes puer, & in se unum irruentes.

*Te precor.* Canidiam alloquitur, ut principem cæterarum: Oro te, pro tuo erga tuos



Lucina veris adfuit;  
 Per hoc inane purpuræ decus, precor,  
 Per improbaturum hæc Jovem,  
 Quid ut noverca me intueris, aut uti  
 Petita ferro bellua?  
 Ut hæc trementi questus ore consistit  
 Insignibus raptis puer,  
 Impube corpus, quale posset impia  
 Mollire Thracum pectora,  
 Canidia, brevius implicata viperis  
 Crines & incomptum caput,  
 Jubet sepulchris caprificos erutas,  
 Jubet cupressos funebres,  
 Et uncta turpis ova ranæ sanguine,

tuos liberos amore, ut alterius quoque liberis parcas.

*Si vocata, &c.* Si vere mater es: si quos filios aliquando peperisti. Juno Lucina invocabatur a parturientibus.

*Veris partibus.* Legitimis non adulterinis, & incestis: legitimi enim partus magis diliguntur. Adde quod veneficæ illæ sæpe simulabant partum, ut infantuli, quos ad veneficia domi enutriebant aliunde abreptos, ab iis editi putarentur, & ne Censores, aut vicini requirerent, unde essent illi pueri.

*Purpuræ decus.* Togam prætextam purpura significat, hoc est, limbo purpureo insignem, quam pueri ferebant usque ad annum 17. quo sumebant virilem. Vocat inanem, & inutilem, quia quamvis esset nobilitatis, & innoxie ætatis nota, imo & custos (ut sit Persius Sat. 5.) ipsum tamen a veneficarum immanitate non servasset.

*Petita ferro.* Percussa; feræ a venatoribus istæ sæviunt.

*Consistit.* In medio posi-

tus est.

*Insignibus raptis.* Toga prætexta, & bulla detractis. Erat bulla, corculum quoddam; vel aliud quidpiam id genus, puerorum collo appendi solitum ad dignitatem, & amuletum. Bulla dicebatur, quia figura cordis ad bullæ similitudinem intumescit.

*Impube corpus.* Qui puer erat corpus impube, id est, qui nondum annos pubertatis, nempe 14. attigerat.

*Thracum.* Thraces feritatis nomine male audiebant.

*Implicata, &c.* Habens crines implicatos viperis, ut Furia.

*Caprificos.* Caprificus est ficus sylvestris, & sterilis, numquam florens, numquam fructus maturescens, adeoque merito inter infelices arbores numeratur. Hæc ad veneficia, & incantiones, ut valerent, eruenda manu erat, non secanda ferro, item e sepulchretis erat petenda.

*Et uncta &c.* Ordo est, & ova strigis, uncta, delibata, merfa, turpi sanguine ranæ. Ranæ, illæ rubetæ, & ter-

Plumamque nocturnæ strigis,  
 Herbasque, quas Jolcos atque Iberia  
 Mittit, venenorum ferax,  
 Et ossa ab ore rapta jejunæ canis,  
 Flammis aduri Colchicis.  
 At expedita Sagana per totam domum  
 Spargens Avernales aquas,  
 Horret capillis, ut marinus, asperis;  
 Echinus, aut currens aper.  
 Abacta nulla Veja conscentia,  
 Ligonibus duris humum  
 Exhauriebat, ingemens laboribus:  
 Quo posset infossus puer  
 Longo die bis, terve mutatæ dapis  
 Immori spectaculo;

terrestres erant, quæ a veneficis maxime adhibebantur.

*Strigis.* Strix est avis nocturna, & mali ominis, sic dicta, quod per tenebras stridat.

*Jolcos.* Civitas Thessaliæ. Erat autem omnis Thessalia sagis, & veneficis infamis.

*Iberia.* Regio prope Pontum Euxinum in Asia, non procul a Colchide.

*Jejunæ canis.* Salivæ animalium jejunorum, maxime canum, ajunt inesse virus quoddam, quo imbuatur, si quid ore tum atrectaverint.

*Flammis, &c.* Flammis eo ritu paratis, & accensis, quo magi solent, quo Medea solita olim erat apud Colchos (ubi artem magicam exercebat) calefieri, & simul concoqui.

*Expedita.* Agilis, accincta.  
*Sagana.* Nomen sagæ, & veneficæ, comitis Canidiæ.

*Avernales aquas.* petitas ex Averno, lacu Italiæ, in Campania, per quem iter parere ad inferos credabant, ob

aquæ graveolentiam, & cujus aquas placandis inferorum Diis adeo putabant necessariam, ut, si decissent verè, adhiberentur simulatæ, & solo nomine Avernales. Vide Virg. lib. 4. Æneid.

*Horres.* Horrida est aspectu.

*Asperis.* Subrectis, ut Echinus marinus setas & pilos instar jaculorum erigit. Est & echinus terrestris, sed pilos obtusiores, quam marinus habet, vulgoque Erinaceus vocatur.

*Abacta, &c.* Veja, alio venefica, nulla sceleris tantæ diritate percussa, & ab incepto abacta, idest, deterrita.

*Exhauriebat.* Ut scrobem faceret, in quam puer mento tenuis immitteretur.

*Ingemens, &c.* Anhelans graviter, ob laborem, quem capiebat in humo egerenda.

*Longo die.* Per diem totum; quam longus est, toto die, qui sane longus famelico videbatur.

*Immori, &c.* Emori in spectaculo, in spectanda da-

Cum promineret ore, quantum extant aqua  
 Suspensa mento corpora,  
 Exsucta uti medulla, & aridum jecur  
 Amoris esset poculum,  
 Interminato cum semel fixæ cibo  
 Intabuissent pupulæ.  
 Non defuisse masculæ libidinis  
 Ariminensem Foliæ,  
 Et otiosa credidit Neapolis,  
 Et omne vicinum oppidum:  
 Quæ sidera excantata voce Theßala,  
 Lunamque Cælo deripit.  
 Hic irreflectum sæva dente livido  
 Canidia rodens pollicem,  
 Quid dixit, ut quid tacuit? O rebus meis  
 Non infideles arbitrix,  
 Nox & Diana, quæ silentium regis,

pe, quos bis, terque mutata, apponeretur illi ob oculos, ita tamen ut ea vesci, eam attingere non posset.

*Promineret, &c.* Extaret e fossa, quantum natantes ex aqua, qui mento tenus sub ea sunt, seque sic suspensos, & mento tenus extantes sustinent.

*Esset poculum.* Serviret conficiendo poculo, & beneficio ad amorem excitandum.

*Exsucta.* Fame exsiccata.

*Interminata, &c.* Vetito, prohibito, ab verbo interminari, idest, vetare, interdiceret. Ordo est: cum semel; idest, postquam pupulæ; hoc est, pupillæ (sive oculi) fixæ cibo, defixæ in cibo interdicto, contabuissent; postquam puer periisset fame, ac desiderio cibi sæpius obliti, semper negati.

*Non defuisse.* Cum Canidia, Sagana, & Veja adfuissent.

*Masculæ, &c.* Supra mo-

rem foeminarum libidinosarum, ad flagitia audaciorem ipsi viris. Est autem hic genitivus proprietatis, ut ajunt; sic dicitur, homo summi ingenti, & Folia nomen est veneficæ.

*Ariminensem.* Oriundam Arimino, urbe Italiæ, ad finem Adricaticum. *Rimini.*

*Otiosa.* Neapolitani otio delectari jactabantur.

*Excantata.* Certis incantationibus vexata, & labefactata.

*Voce Theßala.* Magica.

*Deripit.* Detrahit.

*Hic.* Tunc.

*Irreflectum.* A longo tempore non sectum.

*Pollicem.* Unguem pollicis.

*Quid tacuit, &c.* Quid non dixit?

*Rebus.* Consiliis, beneficiis.

*Arbitrix.* Testes, conficiæ.

*Diana, &c.* Luna, quæ silenti nocti præfides.

*Arca-*

Arcana cum fiunt sacra,  
 Nunc nunc adeste, nunc in hostiles domos  
 Iram, atque numen vertite,  
 Formidolosæ dum latent sylvæ feræ,  
 Dulci sopore languidæ,  
 Senem (quod omnes rideant) adulterum  
 Latrent Suburrane canes  
 Nardo perunctum; quale nec perfectius  
 Mæ laborarunt manus.  
 Quid accidit? Cur dira barbaræ minus  
 Venena Medæ valent,  
 Quibus superbam fugit ultra Pellicem  
 Magni Creontis filiam,  
 Cum palla, tabo munus imbutum, novam  
 Inceudio nuptam abstulit?  
 Atqui nec herba, nec latens in asperis

*Arcana, &c.* Sacra magica significat, quæ noctu fiunt.

*In hostiles domos.* In Varum hostem meum, a quo spernor, qui mea veneficia, & maleficia ridet securus, potentiori venefica fretus.

*Formidolosæ.* Formidandæ.

*Senem, &c.* Sententia est. Facite, ut Varum senem libidinosum, quod merito omnes ridere debeat, latrent canes Suburrane, cum ad me properabit. Erat Suburra, vicus Romæ, in quo meretrices vulgo degebant.

*Nardo, &c.* Unguento odorato delibatum, confecto e Nardi succo. Nardus, sive Nardum est arbuticula bene olens. Porro istas delicias festari, turpe seni, & merito ridendum.

*Quale, &c.* Quale Nardum, & Sententia est: tali Nardo perunctum, quale nulum perfectius mæ manus laborarunt. Sic idem Horatius scribit in Satyris: *anima,*

*quales neque candidiores terra tulit, neque queis sis me devinctior alter pro, animæ, quibus, &c. vel, quales alias nullas, &c.*

*Quid accidit, &c.* Quid in causa est, cur veneficia, quæ hactenus in Varum adhibui, fuerint irrita?

*Cur dira, &c.* Cur mea venena, similia venenis, & succis magicis, quibus olim usa est Medea, minus valent, quam sperabam? vim expectatam non habent? vel, cur mea venena minus valent venenis Medæ?

*Quibus &c.* Vide Od. 3. hujus libri.

*Palla.* Vestis, longo sylvate.

*Tabo.* Veneno, succo magico. Tabum proprie est sanguis corruptus.

*Novam nuptam.* Creusam: quæ, ubi vestem induit donec sibi a Medea datam, subitis ignibus deflagavit.

*Asperis locis.* Montibus inaccesibus.

Radix fefellit me locis .

Indormit unctis omnium cubilibus

Oblivione pellicum .

Ah! ah! solutus ambulat veneficæ

Scientioris carmine .

Non usitatis, Vare, potionibus

(O multa fleturum caput!)

Ad me recurre: nec vocata mens tua

Marsis redibit vocibus .

Majus parabo, majus infundam tibi

Fastidienti poculum:

Priusque Cælum fidet inferius mari,

Tellure porrecta super;

Quam non amore sic meo flagres, uti

Bitumen atris ignibus .

Sub hæc puer jam non, ut ante, mollibus

Lenire verbis impias;

Sed dubius unde rumperet silentium .

*Fefellit me.* Latuit, præterita, & neglecta est .

*Indormit, &c.* Sensus est: Varus dormit in cubilibus, omnium aliarum pellicum, oblivione unctis, & circumlinitis aliquo succo inducente, & afferente illi oblivionem meretricum: ob carmen, & incantationes alicujus veneficæ potentioris, quam ipsa sim. Vel dormit securus, tutus ab amoribus omnium pellicum, utpote solutus alterius veneficæ opera .

*Solutus.* Expeditus vinculis amoris: nullam amans, me spernens .

*Potionibus.* Nempe confectis e medulla, & jecore hujus pueri .

*O multa fleturum.* Quam graves mihi poenas dabis!

*Recurre.* Candiam olim amaverat .

*Nec vocata, &c.* Neque ad mentem saniolem recipere me poteris, ac meum amorem

excitans ullo carmine magico . Marsi artem magicam callere dicebantur: erant Italiæ populi . Turnebus ita explicat: adhibebo solemnes Marsorum incantationes, ut te vocem, ac redire ad me cogam: majus, & potentius veneficium paro .

*Fastidienti.* Tibi, qui me aspernaris .

*Sidet.* Subfidet, descendet infra terras, ac mare .

*Tellure, &c.* Ita ut terra super Cælum, & mare porrigatur, atollatur, & ita omnia confundantur .

*Sub hæc, &c.* Post hanc orationem Candiam, cum jam esset defossus puer, cœpit ille non jam lenibus verbis eas mollire, &c .

*Sed dubius, &c.* Incertus unde ordiretur, tam multa occurrerant, quæ diceret: vel, adeo erat perturbatus, inops animi .

*Thye-*

Misit Thyestæas preces :

Venena, magnum fas nefasque, non valens  
Convertere humanam vicem :

Diris agam vos : dira detestatio  
Nulla expiatur victima .

Quin, ubi perire jussus expiravero,  
Nocturnus occurram furor ,

Petamque vultus, umbra, curvis unguibus ;  
Quæ vis Deorum est Manium :

Et inquietis affidens præcordiis,  
Pavore somnos auferam .

Vos turba vicatim hinc, & hinc saxis petens  
Contundet obscenas anus .

*Thyestæas* . Diras, plenas imprecationis, & furoris : quales misit Thyestes, cum filium illi sum epulandum frater Atreus apposuisset .

*Venena, &c* Venena, id est, magicæ artes, valent quidem convertere, id est, pervertere, & confundere magnum fas & nefas, id est, æquum, iniquum, jus, & injuriam, possunt omnia efficere scelera : sed non valent convertere, & mutare humanam vicem, id est, efficere, ut id, quod debetur hominibus, & iis pro virtutis, & vitii præmio vice rependendum est, ipsis non eveniat ; non possunt facere, ut malis male non sit, neque impedire, quin impii, ea quæ aliis intulere mala, vicissim ipsi patiantur : hanc humanam vicem Horatius vocat . Vide lib. I. Ode 23. *Te maris, & terra, &c.* ad hæc verba, *Vicesque superba &c.* Ait igitur puer, Candidam & alias veneficas, miserabili morte, ut merentur, vicissim perituras .

*Diris, &c.* Persequar vos nunc diris imprecationibus,

quæ imprecationes vim suam obtinent ; neque ullo sacrificio expiantur, id est, impediuntur, quominus valeant ; putabant enim eam vim inesse hujusmodi imprecationibus, si vere, & ex animo fuissent factæ, ut post meam necem, ego ipse, tristis umbra, vos agitabo, &c.

*Furor*, instar Furis nocturnæ, vobis occurram : vos vexabo .

*Petam vultus* . Involabo in ora vestra .

*Quæ vis, &c.* Quod facere Dii Manes possunt, nempe excitare, & immittere utrices umbras, ut illas sceleratos persequantur . Vel, quod facere mortui possunt . Manes sæpe sumuntur pro animabus mortuorum, & vim quamdam Divinam habere credebantur, maxime, ut eos exagitant, a quibus interfecti forent .

*Et inquietis, &c.* Et vestra præcordia vellians, non secus, ac ille additus Prometheus vultur .

*Turba* . Populus .

*Vicatim* . per singulos vicos .

Post insepulta membra different lupi,

Et, Exquilinae alites:

Neque hoc parentes (heu!) mihi superstites

Effugerit spectaculum.

*Post.* Postea, ad extremum, cum expiraveritis.

*Differens.* Dissipabunt, huc illuc spargent membra vestra; insepulta jacebitis, quae poena censebatur apud veteres esse maxima.

*Alites.* Corvi, vultures, quae aves convenire solebant in Exquilias unum ex septem Romae montibus, in quo supplicium de facinorosis sume-

batur, ubi eorum jacebant cadavera.

*Heu, &c.* Erunt quidem parentes mihi superstites, quae nihil eis gravius accidere potest (est enim grave parentibus, ipsos esse, liberis perantibus, salvos & incolumes) sed hoc solatio dolorem suum lenient, quod vos insepultas videbunt.

## O D E VI.

*In Cassium Severum, oratorem maledicum.*

**Q**uid immerentes hospites vexas, canis  
Ignavus adversum lupos?

Quin huc inanès, si potes, vertis minas,

Et me remorsurum petis?

Nam, qualis aut Molossus, aut fulvus Lacon,

Amica vis pastoribus,

Agam per altas aure sublata nives,

Quaecumque praecedet fera.

Tu, cum timeuda voce complexi memus,

Projectum odoraris cibum.

Cave, cave: namque in malos asperrimus

Parata tollo cornua:

*Quin huc, &c.* Quin me, tu ceteros accusas, aut insectaris? De illo Cassio Severo, vide Tacit. 1. Annal. C. 14. Plin. lib. 36. e 12. Quinfil. lib. 10.

*Molossus, &c.* Molossia, regio est Epiri; Laconia, Peloponnesi, utraque bonis canibus abundans.

*Amica vis, &c.* Qui canes amici, & optati sunt pasto-

ribus. Vis canum, pro canes. Virg. *Et odora tantum vis*, Graeca locutio.

*Agam &c.* Quaecumque fera praecedet, illam agam, & sectabor, &c.

*Cibum.* Munera significat, quibus Cassius corruptus saepe fuerat.

*Tollo cornua.* Sumitur a tauris metaphora. Erecto sunt capi-

Qualis Lycambæ spretus infido gener,  
 Aut acer hostis Bupalò.  
 An, si quis atro dente me petiverit,  
 Inultus ut flebo puer?

espice & ad pugnam semper instructo.

*Qualis &c.* Ordo est, sum talis in maledicos, qualis fuit Archilocus in focerum suum Lycamben. Gener (nempe Archilocus) spretus infido Lycambæ, id est, ab infido Lycambe. Lycambes cum Archiloco filiam suam despondisset, eam alteri collocavit. Quo facto, Poeta Archilocus, ita exarsit, ut carmina Jambica longe amarissima scripserit in

Lycambem, quod Lycambes adeo egre tulit, ut laqueo sibi gulam fregerit.

*Aut acer, &c.* Hipponax Poeta, cum a Bupalò pictore pictus ridiculum in morem fuisset, in eum distinxit styllum, & hominem eo adegit, ut sibi manus violentas afferret.

*Atro dente.* Maledicis verbis.

*Inultus ut.* Transpositio, an flebo, ut inultus puer?

O D Æ VII.

*Civile bellum a Sexto Pompejo, Magni filio, instauratum, detestatur.*

Quo, quo scelesti ruitis? aut cur dexteris  
 Aptantur enses conditi?  
 Parumne campis, atque Neptuno super  
 Fusum est Latini sanguinis?  
 Non, ut superbas invidæ Carthaginis  
 Romanus arces ureret,  
 Intactus aut Britannus ut descenderet  
 Sacra catenatus via;  
 Sed ut, secundum vota Parthorum, sua

*Conditi.* In vaginas iam abditi, nempe confectis civilibus bellis duobus, primo, inter Casarem & Pompejum, altero, inter Augustum, & Brutum, Cassiumque. Vide a. Iudicem Odarum.

*Invidæ.* Quæ Romæ erat æmula.

*Intactus.* Nondum Romanorum armis demitus. An-

g'os quidem Casar tentaverat, sed eos nullus ante Claudium Imperatorem, penitus devicit.

*Descenderet.* Pars via Sacra prior, quæ ad forum Romanum pertinebat, declivis erat, ac prona; pars ea, quæ a foro ad Capitolium ferebat, supina, & ardua.

*Secundum, &c.* Ut maximum



Urbs hæc petiret dextera .

Neque hic lupis mos , nec fuit leonibus  
Unquam , nisi in dispar , feris .

Furoræ cœcus , an rapit vis acrior ?

An culpa ? responsum date .

Tacent ? & ora pallor albus inficit ,

Meutesque percussæ stupent .

Sic est ; acerba fata Romanos agunt ,

Scelusque fraternæ necis ,

Ut immerentis fluxit in terram Remi

Sacer nepotibus cruor .

me Parthi , Romania semper  
Inferri , cupiunt .

*Neque hic , &c.* Ordo , &  
sensus est : neque lupis , ne-  
que leonibus feris fuit usquam  
iste mos , nempe saviendi ,  
nisi in dispar , subaudi , ge-  
nus ; numquam feriunt lupi  
in lupos , &c. Vel , neque lu-  
pis , neque leonibus fuit iste  
mos , nunquam feris nisi in  
dispar , idest qui nunquam  
feri crudelesque sunt , nisi  
in dispar animal , nisi in fer-  
ras dissimiles , alterius natu-  
ræ , & speciei : lupi in oves ,  
leones in tauros , &c. vos Ci-

ves Civibus necem intentatis .  
*Vis acrior .* Fatalis quondam  
necessitas .

*An culpa ?* Cujus pœna sit  
iste civilis furor .

*Sic est , &c.* Causam reji-  
cit & in fata , & in eadem  
Remi ; cujus scelera pœnas  
Romani luant .

*Agunt .* Vexant , ad civile bel-  
lum instaurandum impellunt .

*Ut .* Postquam .

*Sacer .* Exitialis , funestus .  
Remus a fratre Romulo in-  
terfectus est , & Roma fratri-  
cidio quasi dedicata . Vide Flor.  
lib. I. cap. I.

## O D E V I I I .

*Victoriam Augusti de Antonio , & Cleo-  
patra celebrat .*

**Q**uando repostum Cœcubum ad festas dapes ,  
Victore lætus Cæsare ,

Tecum sub alta ( sic Jovi gratum ) domo ,

Beate Mœcenas , bibam ,

Souante mixtum tibiis carmen lyra ,

*Repostum , &c.* Servatum  
in secretiore loco , & seposi-  
tum ad celebrandum diem ali-  
quem festam genialibus epu-  
lis .

*Souante &c.* Mixtis ad  
canendum cum lyra tibiis ,  
ita tamen , ut in lyra pulsan-  
da modus Dorius adhibeatur ,  
in

Hæc Dorium, illis Barbarum?  
 Ut nuper, actus cum freto Neptunius  
 Dux fugit uffis navibus,  
 Minatus Urbi vincla, quæ detraherat  
 Servis amicus perfidis.  
 Romanus (cheu! posteri negabitis)  
 Emancipatus foeminae,  
 Fert vallum, & arma miles, & spadonibus  
 Servire rugosis potest!  
 Interque signa (turpe!) militaria;  
 Sol aspicit conopeum!

In insaudis tibiis modus Phrygius.

Hæc, Lyra: Illis, tibiis.  
 Dorsum, Barbarus. Dores habebant certam canendi rationem: Phryges, quos Graeci Barbaros appellabant, suam etiam certam: Dorius modus erat gravior, & lentior: Phrygius ex acuto, & gravi mixtus, ac proinde lentior paulo, & sonantior, temperatus tamen, ita ut dux, quæ adhibentur ab Horatio, tibiis non obruant lyram, sed cum ea gravius, leniusque pulsatae bellice concinant. Præter duos illos modos, tertius erat Tyrius, sive Sarranus, plane acutus, & vividus, quo utebantur, cum res plus hilaritatis postulabat. Vide Odem 14. lib. 3.

Ut nuper. Subaudi, tecum bibi, tecum epulatus sum.

Actus freto. Pulsus mari Siculo.

Dux Neptunius. Sextus Pompejus, qui ab Augusto navali pugna victus, & oppressus est in freto Siculo. Is Neptuni filium appellari se voluit, quia Pompejus magnus ipsius pater imperium maris tenuerat, vel quia ipse præliis aliquot maritimis se-

cundis usus fuerat.

Servis. Pompejus exercitum ex servis conflaverat.

Romanus, &c. Redit ad Antonium. Ergone, inquit, miles Romanus (sub duce Antonio, in ejus castris) emancipatus, quod idem est, ac mancipatus, id est, additus, obnoxius, redactus in potestatem foeminae (Cleopatraz) fert vallum, &c. nam mancipium veteres dicebant jus ipsum, dominiumque, seu proprietatem rei: hinc mancipare, sive emancipare, pro mancipio dare, in alterius manum, ac potestate tradere. Dici non incommode potest, hoc esse initium cantilenæ, quam fidibus, ab tibiis canendam paulo ante dixit.

Vallum. Vallus est palus, seu stipes, qua utuntur ad munienda castra: vallum est ipsa munitio.

Spadonibus. Eunuchis Cleopatraz comitibus, & ministris.

Conopeum. Muliebri tentorium seu velum annexum lectulo, ad culices arcendos, quos conopas Graeci vocant. Hoc utebatur Cleopatra, & Ægyptiæ vulgo mulieres.

Ad hunc frementes verterunt bis mille equos  
 Galli, canentes Cæsarem;  
 Hostiliumque navium in portu latens  
 Puppis sinistrorum citæ.  
 Io triumphæ, tu moraris aureos  
 Currus, & intactas boves.  
 Io triumphæ; nec Jugurthino parem  
 Bello reportasti ducem,  
 Neque Africano, cui super Carthaginem

*Ad hunc.* Contra Antonium. Sic Virgil. 2. Æneid. *Clypeosque ad sala sinistris protecti obijciunt*, id est, adversus, contra tela. Vel; ad hunc Cæsarem; id est, ad exercitum, & copias Cæsaris, se, suosque equos verterunt: Vel, *ad hunc frementes*: ad Antonii aspectum indignantes, & frementes, equos ad Cæsarem verterunt.

*Verterunt.* Converterunt frementes equos, nempe ab eo ad Cæsarem transfugientes. Duo millia Gallorum, e pedestri Antonii exercitu, qui erat in littore, ad Cæsarem desciverunt; quæ res maximum ad Augusti victoriam momentum attulit. Porro penultimâ in voce, *verterunt* sorripitur.

*Canentes Cæsarem.* Cæsaris nomen iterantes festis vocibus: ut solent, qui Regem adeunt: *Vivas, Cæsar.*

*Hostiliumque,* &c. Et in Ætiaco portu latent puppes hostilium navium, sitæ ad sinistram, id est, respicientes Ægyptum, quæ est ad sinistram portus Ætiaci, ut Italia ad dextram. Cleopatra, paulo antequam Antonium navalem pugnam committeret, naves sexaginta expeditas ad fugam ita composuerat post naves bellicas, ut puppis por-

tum, prorsus pelagus, & Ægyptum spectarent.

*Citæ.* Veloces, & expeditas ad fugam sinistro Marte capiendam.

*Io Triumphæ.* Triumphum quasi personam alloquitur. Propere, Triumphæ, expediti currus aureos, profer victimas: quid tamdiu retardas, & moraris tuos illos aureos currus? &c. Est causa tibi iusta festinandi: neque enim in bello Jugurthino parem Augusto Imperatorem Romam evexisti, &c.

*Intactas boves.* Nondum aratro subditas juvenecas.

*Ducem.* Nempe Marium, qui de Jugurtha triumphavit. Vide Odem 1. lib. 2.

*Neque, &c.* Neque ex Africano bello ducem parem Augusto reportasti; illum scilicet, cui virtus, &c. Intelligit Africanum minorem, qui, eversa Carthagine, videtur in ejus ruinis sepulchrum omni monumento gloriosius invenisse. Quod poetice dicitur hoc in loco: non enim obiit revera Scipio Carthagine, aut in ejus ruinis sepultus est; sed Romæ in majorum sepulchro conditus; conveniet illud forte melius Africano majori, qui domita Carthagine, Roma pulsus, obiit in exilio

Virtus sepulchrum condidit.  
**Terra** marique victus hostis, Punico  
 Lugubre mutavit sagum:  
 Aut ille centum nobilem Cretam urbibus,  
 Ventis iturus non suis,  
**Exercitatus** aut petit Syrtes Noto,  
 Aut fertur incerto mari.  
**Capaciores** affer huc, puer, scyphos,  
 Et Chia vina, aut Lesbia;  
**Vel**, quod fluentem nauseam coerceat,  
 Metire nobis Cœcubum.  
**Curam**, metumque Cæsaris rerum iuvat  
 Dulci Lyæo solvere.

*Terra.* Terreſtrem Antonii exercitum ducebat Canidius; is ad Cæsarem, septimo poſt fugam Antonii die, deſecit.

*Punico, &c.* Eſt hypallage, hoſt. s. victus mutavit puniceum, ſeu, purpureum, & coccineum ſagum, lugubri, nigro, &c. depoſuit militare peludamentum, veſtem Imperatoriam (qua coloris rubri erat, ſive ad dignitatem, ſive quia ſic facilius agnoſcebatur eminus) ut ſumeret funeſtam, & pullatam, qualia in luſtu ſumebatur.

*Non ſuis.* Non ſaventibus, inimicis.

*Cretam.* Inſulam e regio-

ne Maris Ægei.

*Exercitatus.* Vexatus.

*Syrtes.* Littoris Lybici vada, de quibus vide lib. 2.

*Fertur.* Errabundus.

*Chia, Lesbia.* Ex inſulis Chio, Lesbo, in Ægeo mari.

*Vel quod, &c.* Vel, affer Cœcubum, quod impediatur nauſeam, id eſt, vomitum, ſeu ciborum ſaſidium: quia nempe Cœcubum erat acre vinum, & auſterius.

*Curam, &c.* Quæ nos antea ſollicitos habuit, cura in metu eſſemus, ob incertum belli exitum, & Cæsaris ſalutem, fortunamque periculolo loco poſitam.

O D E I X.

*Mævio Poete tempeſtatem, ac naufragium imprecatur.*

**M**ala ſoluta navis exit alite,  
 Ferens olentem Mævium.

*Mala alite.* Malis omnibus. dentibus.

*Olentem.* Foetidam, gurgulientem.

*Exit.* E portu, ſolutis ru-

Ut horridis utrumque verberes latus,  
 Ausser, memento fluctibus.  
 Niger rudentes Eurus inverso mari,  
 Fractisque remos differat.  
 Infurgat Aquilo, quantus altis montibus  
 Frangit trementes ilices.  
 Nec sidus atra nocte amicum appareat,  
 Qua tristis Orion cadit:  
 Quietiore nec feratur æquore,  
 Quam Graja victorum manus:  
 Cum Pallas uestro vertit iram ab Ilio  
 In impiam Ajacis ratem.  
 O, quantus instat navitis sudor tuis,  
 Tibique pallor luteus,  
 Et illa non virilis ejulatio,  
 Preces & aversum ad Jovem,  
 Jonius udo cum remugiens sinu  
 Notus carinam ruperit!  
 Opima quod si præda, curvo littore

*Latus.* Navis.

*Inverso.* Susque deque verberes, & agitato.

*Differat.* Dissipet, jactet.

*Quantus.* Tam vehemens, quam esse solet, cum frangit ilices.

*Orion.* Signum procellosum, de quo sæpe antea. Vide Od. 1. lib. 3.

*Quam Graja, &c.* Græci, cum e bello Trojano victores patriam repeterent, sæva tempestate jactati sunt prope Eubœam insulam, ac præter cæteros, Ajax Oiliei filius, quem Pallas famine percussit, irata quod in suo templo Cassandra ille temerasset.

*Usto ab Ilio, &c.* Irata erat Trojanis ob judicium Paridis; itaque, Troja deleta, ulcisci Ajacem cogitavit, cui privatim erat infensa, licet univere Græcis faveret contra Trojanos. Reliquias iræ, qua

exarserat in Trojam, convertit in Ajacem. De illo vide Oden 13. lib. 1.

*Impiam ratem.* Pro impii Ajacis ratem.

*Luteus.* Flavus, flavos efficiens.

*Non virilis.* Fœminea: ignaviz gemitus, quos media in tempestate mittes.

*Aversum.* Tibi infensum, non auditurum.

*Jonius sinus.* Mare Jonium alluit Græciam ab occasu, inter Siciliam, & Cretam. Sinus Noto remugiens, idest, mare procellosum & a ventis agitatum.

*Opima, &c.* Quod si eveniat ut naufragio pereas, & cadaver tuum, in littore porrectum, mergis, & piscibus opima, & lauta præda fiat, ego caprum fœcidum, ac simile tibi animal, bonis Tempesta-

Porrecta, mergos juveris,  
 Libidinosus immolabitur. caper,  
 Et agna Tempestatibus.

pestatibus, pro re tam feliciter gesta, mastabo. Mergi sunt aves quaedam marinae.

O D E X.

*Ad amicos, ut per hyemem genio indulgeant.*

**H**orrida tempestas cœlum contraxit, & im-  
 bres,  
 Nivesque deducunt Jovem:  
 Nunc mare, nunc silvæ  
 Threicio Aquilone sonant, Rapiamus, amici,  
 Occasionem de die:  
 Dumque virent genua,  
 Et decet, obducta solvatur fronte senectus,  
 Tu vina Torquato move  
 Consule pressa meo:

*Cœlum contraxit.* Frigus omnia contrahit, ac deformat. Ita de apibus Virgilius, *Contracto frigore pigra.* Nubes igitur, & aer densantur, & quasi se contrahunt præ frigore.

*Deducunt.* In terram trahunt.

*Jovem, Aerem.* Pluvia enim nihil aliud sunt, quam aer concretus, & contractus. qui, cum pluit, solvitur; densatur, & cogitur, cum nungit, &c.

*Silvæ.* Trisyllabum est hoc in versu, & Anapestum facit.

*Occasionem.* Comestandi.

*De die.* Hoc ipso die oblatam: luce palam rapiamus.

*Virent genua.* Dum, valetudo, & ætas juvenilis favet. Ægrotis, & senibus tremunt acribant genua, videntque va-

lentibus.

*Senectus.* Pro morore, & tristitia hic sumitur, ut sæpe. Sic Persius Sat. 1. *En pallor seniumque!* Sententia est: frontem explicemus, removeamus tristitiam obducta fronte, idest, quæ habet frontem obductam, testam, & nubes ac tenebræ velut involutam. Vel, solvamus, & removeamus tristitiam a fronte, frontem exporrigamus.

*Tu.* Unum aliquem ex amicis compellat.

*Movet, &c.* Deripe ex horreo, vel apotheca.

*Pressa.* Expressa ex uvis, fusa in amphoras.

*Torquato Consule meo.* Sub quo nempe sum natus, anno U. C. 689. Vide Horatii vitam, in libri hujus fronte positam.

Cætera mitte loqui: Deus hæc fortasse benigna  
 Reducet in sedem vice.

Nunc & Achæmenia

Perfundi nardo juvat, & fide Cyllenea

Levare diris pectora

Sollicitudinibus:

Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:

Invieste mortalis, Dea

Nate puer Thetide,

Te manet Assarici tellus, quam frigida parvi

Findunt Scamandri flumina,

Lubricus & Sinois;

Unde tibi reditum certo sub tegmine

Rupere, nec mater domum

Cæcula te revehet.

Illic omne malum vino, cantuque levato,

Deformis ægrimoniæ

Dulcibus alloquiis,

*Mitte.* Omitte sermones molestos de aliis rebus, quam de vino, & hilaritate.

*Hæc.* Damna Republicæ.

*In sedem.* In pristinum statum. Loquitur de Republica: quæ tam forte, cum hæc scriberet, reliquitur bellorum civilium laborabat.

*Achæmenia.* Persica. Achæmenes Rex Persarum fuit.

*Fide.* Lyra. Fides, fides, proprie est nervus, seu chorda lyrae.

*Cyllene.* Mercurialis, quia invenit lyram, & ejus primus artifex fuit Mercurius, in Cyllene, monte Arcadiæ, natus.

*Grandi Alumno.* Achilli.

*Centaurus.* Chiron, ejus præceptor & moderator.

*Te manet, &c.* Iturus est atiquando Trojam, in qua regravit olim Assaracus.

*Scamander, Sinois.* Troadis flumina.

*Certo sub tegmine.* Certo filo, quod fecare decreverunt, priusquam redeas. Propterea subretem, sive subregmen, est filum in tela, quod flumini, seu filis longioribus, hinc atque inde inseritur operadii; hic usurpatur pro eo sito, quod e colu trahere finguntur Parca.

*Mater Cæcula.* Thetis.

*Illic.* Ad Trojam, in castris.

*Dulcibus, &c.* Est appositio; quod vitium, qui cantus, sunt dulcia alloquia, id est solatia deformis ægrimoniæ, hoc est, tristium curarum; *Alloquutio*, pro consolatione apud Latinos interdum sumitur, & *alloqui*, pro, consolari, Varrone teste, & Catullo. Vel; Illic omne malum omne incusmodum deformis ægrimoniæ, levatur cantu, vino, & dulcibus amicorum colloquiis.

*Alto.*

O D E XI.

*Romanos hortatur, ut Romam, bellis civilibus  
semper astuantem, reliquant, & ad insulas  
Fortunatas commigrent.*

**A**ltera jam teritur bellis civilibus ætas ;  
Suis & ipsa Roma viribus ruit :  
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi ,  
Minacis aut Etrusca Porsenæ manus ,  
Æmula nec virtus Capus , nec Spartacus acer ,  
Novisque rebus infidelis Allobrox ,  
Nec fera carulea domuit Germania pube ,

*Altera ætas* . Prima civilium bellorum ætas dici potest ea, quæ Marium, Syllam, &c. tulit : altera quæ Pompejum, ejus filios, & Antonium, &c. Porro statim pro annorum circiter 30. spatio posuit, ut vulgo von ea sumitur, licet annos interdum plures, paucioresve significet.

*Teritur* . Consumitur, dicitur.

*Quam neque, &c.* Pendet hoc a versu 9. Nos perdemus Romam, quam neque Marsi, &c.

*Marsi* . Italici populi fuerunt, qui cum jus civitatis sibi promissum obtinere non possent adjunctis sibi finitimis Romæ populis, bellum sociale, sive Marsicum conbaverunt. Ode 10. lib. 3.

*Porsenæ* . Porsena Rex Etruscorum conabatur Tarquinium Superbum, ejectum Romæ, restituere, verum Romanorum fortitudine, ac Marci Scævulæ factis deterritus, incepto desistit. Vide Flor. lib. 1. cap. 10.

*Æmula, &c.* Capua Urbs

erat nobilissima in Campania Romana, Romæ propinquior. In eam, ipsa Romæ capta & eversa, sedem imperii orbis terrarum transferre Hannibal meditabatur : quæ spe Capuanos sibi mixtice devinxerat.

*Spartacus* . Servile bellum movit. Lege oden 10. lib. 3. *Mercurii visu, &c.*

*Allobrox* . Allobroges, populi Galliarum, qui nunc Sabaudii, & Delphinates vocantur, rebus novis, & Catilinæ favebant ; itaque merito inter hostes gravissimos Romanæ Reip. numerantur, quamvis postea detecti Ciceronis vigilantia, cui conjurationem omnem ultro patefecerunt, relictis Catilinæ partibus, in officio ac Reip. fide manserunt : ac infideles novis rebus dicuntur ; quia fidem datam civibus novarum rerum, id est, Reipublicæ mutandæ, aut potius, evertendæ cupidis, non servarunt.

*Germania* . Pene Romam deleverunt Cimbri, & Teutones : eos Marius profligavit. *Pube.*



Parentibusque abominatus Hannibal ;

Impia perdemus devoti sanguinis ætas :

Ferisque rursus occupabitur solum ?

Barbarus ( heu ! ) cineres infisset victor , & Urbem

Eques sonante verberabit ungula :

Quæque carent ventis , & solibus offa Quirina ,  
( Nefas videre ) dissipabit insolens ?

Forte quid expediat , communiter , aut melior pars

Malis carere quæritis laboribus ?

Nulla sit hac potior sententia ( Phocæorum

Velut profugit execrata civitas

Agros , atque Lares patrios , habitandaque fana

Apris reliquit , & rapacibus lupis )

*Pubè* . Juventute , militibus . Cæruleos fere oculos habebant Germani , Tacito teste .

*Abominatus* . Invisus , detestabilis .

*Parentibus* . Quorum liberos tam multos interemit .

*Impia ætas* . Nos impii , & impio sæculo nati , quorum sanguis sacer , ac devotus , idest , morti destinatus videtur esse propter majorum scelera .

*Rursus* , &c. Tellurem hanc , ut ante Romam conditam , feræ habitabunt .

*Barbarus* , &c. Barbari post victoriam de nobis partem incensas Urbis cineres calcabant .

*Quæque* , &c. Et Romuli tumulum tectum & clausum aperiet , cineres ejus in ventos dividet .

*Nefas videre* . Quæ offa nefas est , idest , non licet videre . Religio erat , apud veteres tumulos effodere , offa scrutari , & dissipare . Vel , quod spectaculum triste visu , ac nefarium erit .

*Forte quid* , &c. Forte quæritis , o cives , communiter , idest , omnes univèrse , aut melior , seu major pars

vestri quid expediat , quid opus factu sit carere , idest , ad carendum malis laboribus , ut careatis bellis civilibus . Hic infinitivus a Græcis ita ponitur pro gerundio cum præpositione . Legunt aliqui : forte ( quod expediat ) communiter , &c. , & sic ordinant : forte quæritis , & cupitis carere malis laboribus , quod quidem expedit , quod optimum est factu : quis enim remedium calamitati non quærat ? Vel , quæritis communiter , & omnes simul ( quod quidem expediret , ac optimum esset ) aut , si id non potest , major pars saltem quæritis carere , &c. .

*Phocæorum* . Phocæa civitas Joniæ fuit , quam cum obsiderent Persæ Græcis infesti , cives navibus Deos & conjuges imposuere , ac nunquam redituri , profugerunt in eam Galliæ partem , ubi nunc est Massilia .

*Execrata* . Diris execrationibus , & imprecationibus usa , vel Lares , & agros suos detestata , profugit .

*Fana* . Tempia : ea deseruit , a feris incolenda .

*Ire* ,

Ire, pedes quocunq; ferent, quocunq; per undas  
 Notus vocabit, aut protervus Africanus.  
 Sic placet? an melius quis habet suadere? Secunda  
 Ratem occupare quid moramur alite?  
 Sed juremus in hac: Simul imis taxa renarint  
 Vadis levata, ne redire sit nefas;  
 Neu conversa domum pigeas dare lintea, quando  
 Padus Matina laverit cacumina:  
 In mare seu celsus procurresit Apenninus,  
 Novaque monstra junxerit libidine  
 Mirus amor; juvet ut tigres subsidere cervis,  
 Adulteretur & columba milvio:  
 Credula nec fulvos timeant armenta leones,  
 Ametque falsa lavis hircus æquora.  
 Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulces  
 Eamus omnis execrata civitas.

*Ire, pedes, &c.* Nulla fit sententia potior hac; nempe, ire, eundi, quo nos pedes ferent, &c. Phocæorum exemplo.

*Suadere.* Quod suadeat.

*Secunda alite.* Bonis omnibus: de voce, *secundus*, vide Od. 12. lib. 3.

*In hac &c.* in hæc verba Ita juramentum concipiamus: nimirum ne sit nefas redire, idest, non juramento solutum iri, & nefas nemini fore dare lintea domum conversa, hoc est, vela facere, ac in patriam reverti, simul ac saxa, quæ sunt imo in mari, renaverint, emerlerint imis vadis, idest fluctibus. Simile quidpiam Phocæi factitarunt: massam enim plumbeam in mare projecerunt, se non ante redituros confessati, quam illa e fundo maris sponte emerisset.

*Padus:* Italiae fluvius Galliam Cisalpinam ab Occidente in Orientem mediam ferans, inter Liguriam, Duca-

tum Mediolanensem, & Venetam ditionem fluens: Matina est mons Calabriae. Fieri autem nequit, ut Padus supra illum montem attolatur.

*Novaque &c.* Et amor mirus junxerit nova, & inaudita libidine monstra, idest, feras disparis generis, tigres cervis, columbas milviis.

*Milvio,* a milvio adulteretur, ametur. Notat Torrentius legi, *milvo*, in omnibus manuscriptis, meritoque dubitari posse an *milvius* latina vox sit.

*Lavis,* &c. Sine pilis fit hircus, qui natura pilosus, & hirsutus est, idemque amet æquora, instar piscium natet, qui amat in montibus pasci.

*Hæc, & quæ, &c.* Eamus, omnis civitas, omnes cives, postquam adhibuerimus istas jurandi & execrandi reditum formulas, aliasque confimiles, quæ nos a redeundo deterreant.

Aus.

**Aut** pars indocili melior grege; mollis, & expe-  
Inominata perprimat cubilia.

**Vos**, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum,  
Etrusca præter & volate littora.

**Nos** manet Oceanus circumvagus; arva beata  
Petamus, arva, divites & insulas,

**Reddit** ubi Cererem tellus inarata quotannis,  
Et imputata floret usque vinea,

**Germinat** & nunquam fallentis termes olivæ,  
Suamque pulla ficus ornat arborem;

**Mella** cava manant ex ilice; montibus alris  
Levis crepante lymphæ defilit pede.

**Illic** injussæ veniunt ad mulctra capellæ,  
Refertque tenta grex amicus ubera;

**Nec** vespertinus circumgemit ursus ovile,  
Nec intumescit alta viperis humus.

**Pluraque** felices mirabimur; ut neque largis  
Aquosus Eurus arva radat imbribus,

**Pinguia** nec ficcis urantur semina glebis,

*Aut pars &c.* Omnis civitas, aut pars ejus saltem sanior, & melior, consultior, quæ indocili grege, id est, vulgo & plebecula, quæ, instar stupidi gregis, ratione duci nequit.

*Mollis, &c.* at quæ pars est mollis, delicata, quæ non tangitur spe fortunæ melioris, maneat in Urbe, ubi otiose in cubilibus jaceat.

*Inominata.* Inausita, inauspicata.

*Perprimat.* Id est, vaide premat.

*Prætervolat.* Navibus relinquite. Volare naves dicuntur, & aves vicissim nare.

*Etrusca.* Etruria est pars Italiæ, in medio, ad mare Tyrrhenum.

*Manet.* Expectat; Petamus Oceanum, qui circum terras vagatur, qui eas ambit, vel potius, insulas in Oceano positas; Italia est in

mari Mediterraneo.

*Arva beata.* Fortunatas insulas. Sunt illæ in mari Atlantico, non procul ab Hispania; in iis aer purissimus, fertilis admodum terra, quidquid ad victum & delicias desiderari potest, ibi abundare dicitur.

*Imputata.* Non amputata  
*Termes.* Ramus semper feracis olivæ.

*Suamque.* Non instam, naturalem.

*Pulla.* Nigricans, matura.

*Mulctra.* Vasa, in quibus excipitur lac pressis uberibus.

*Tenta.* Distenta, plena.

*Intumescit.* Ob latebras serpentium, sub terra delitescentium.

*Pinguia, &c.* Mirabimur quemadmodum calor, & siccitas nimia non urat pinguis semina in sulcis arentibus, inter glebas siccas.

*Urunt.*

Utrumque Rege temperante Coelirum.  
 Non huc Argoo contendit remige pinus,  
 Neque impudica Colchis intulit pedem:  
 Non huc Sidonii torserunt cornua nautæ,  
 Laboriosa nec cohors Ulyssæi:  
 Nulla nocent pecori contagia; nullius affri  
 Gregem æstuosa torret impotentia.  
 Jupiter illa piæ secrevit littora genti,  
 Ut inquinavit ære tempus aureum;  
 Ære, dehinc ferro duravit sæcula, quorum  
 Piis secunda, vate me, datur fuga.

*Utrumque.* Aquas, & sic-  
 citatem.

*Non huc, &c.* Non huc  
 venerunt Argonautæ, qui  
 nempe, ut alienas opes rape-  
 rent, navim Agro conscen-  
 derunt, non Medea, ob ve-  
 neficia infamis: non nautæ  
 Sidonii, idest, homines avari,  
 & injusti, quales sunt  
 nautæ, & mercatores; quos  
 inter primi semper habiti sunt  
 Sidonii; non focii Ulyssis,  
 homines videlicet libidinosi,  
 & voluptati servientes.

*Sidonii.* Sidon, urbs Phœ-  
 nicæ, ad mare, emporium  
 celeberrimum.

*Cornua.* Antennarum, ex-

tremas partes.

*Laboriosa.* Quæ multos la-  
 bores perculit.

*Ulyssæi.* A nominativo.

*Ulyssæus,* vulgo *Ulyssis.*

*Impotentia.* Vis immodi-  
 ca, & potentia exitialis.

*Et.* Ex quo.

*Inquinavit ære.* Postquam  
 ætatem auream mutavit ære  
 deterior.

*Duravit.* Dura fecit, &  
 æri ferroque similia.

*Piis.* Hominiibus probis.

*Secunda.* Felix, auspicata.

*Vate me.* Me prædicente,  
 ac spondente secuturam fel-  
 citatem.

O D E XII.

*Veniam petit a Canidia venefica, cujus artem  
 spevetat.*

**J**AM jam efficaci do manus scientiæ,  
 Supplex & oro regna per Proserpiam,  
 Per & Dianæ non movenda Numina,

*Demasus.* Victum me fa-  
 ctor. Victi solent manus  
 supplices porrigere.

*Scientiæ.* Arti magicæ.

*Non movenda.* Non irri-

tanda, non movenda ad ira-  
 cundiam; erat enim Diana,  
 sive Luna, gravis in pec-  
 cantes, & acerba: neque  
 mortem solum, & pestilentiam  
 homi-

Per atque libros carminum valentium  
 Refixa Cœlo devocare sidera,  
 Canidia, parce vocibus tandem sacris;  
 Circumque retro volve, volve turbinem.  
 Movit nepotem Thelephus Nerejum,  
 In quem superbus ordinarat agmina  
 Myſorum, & in quem tela acuta torſerat.  
 Luxere matres Iliæ addictum feris  
 Alitibus, atque canibus, homicidam Hectora,  
 Poſtquam relictis mœnibus Rex procidit  
 Heu! pervicacis ad pedes Achillei.  
 Setoſa duris exuere pellibus  
 Laborioſi remiges Ulyſſei,  
 Volente Circe, membra; tunc mens, & ſonus  
 Relatus, atque notus in vultus honor.  
 Dedi ſatis ſuperque pœnarum tibi,

hominibus, ſed etiam amen-  
 tiam immittere credebatur.  
 Hinc illi amœntes, qui Luna-  
 tici appellantur. Quid ſit  
 movere, & quatere Numina,  
 explicuimus in Od. 16. lib. 1.

*Valentium.* Quæ poſſunt.

*Refixa.* Detrahta. His ver-  
 bis libros magicos, & in-  
 cantationes indicat.

*Devocare.* E Cœlo in ter-  
 ras vocare, & trahere.

*Parce, &c.* Noli me per-  
 ſequi, & vexare carminibus  
 tuis ſacris, id eſt, magicis,  
 & diris.

*Volva retro, &c.* Converta  
 in contrariam partem. Ute-  
 bantur magi, in ſuis incau-  
 tationibus, turbine, ſive  
 rhombo, quem filis, & tæ-  
 niolis involatum circumage-  
 bant: ut autem irrita eſſet  
 incantatio, inhibebant mo-  
 tum; ut incantatio eadem  
 valeret in contrariam par-  
 tem, turbinem aliam in par-  
 tem convertebant.

*Nepotem Nerejum, &c.*  
 Achillem, genitum Thetide,  
 filia Nerei.

*Telephus.* Myſorum Rex,  
 qui cum Trojam petentes Gre-  
 cos arceret Myſia, negaretque  
 tranſitum, ab Achille vul-  
 neratus eſt: oraculo conſul-  
 to, reſponſum fuit, eum ab  
 eodem ſanari tantum poſſe,  
 a quo vulnus accepiffet; ſup-  
 plex igitur Achillem adiit;  
 qui decuſſa in vulnus Telephi  
 haſte ſua rubigine, hominem  
 perſuaſit.

*Luxere, &c.* Matres, id  
 eſt, Matronæ Iliæ, Troja-  
 næ, luxerunt Hectorem, ad-  
 dictum, id eſt, deſtinatum  
 ab Achille vulturibus feris.

*Rex.* Priamus; is corpus  
 Hectoris ab Achille petiit,  
 & exoravit. Lege Od. 9.  
 lib. 1.

*Setoſa &c.* Porcina mem-  
 bre exuerunt.

*Sonus relatus.* Vox ipſa  
 fuit reddita.

*Notus honor.* Humana fa-  
 cies, & dignitas.

*Dedi, &c.* Satis me vexa-  
 ſi tuis magicis carminibus,  
 o tu, quæ amaris impenſe a  
 mantis

Amata nautis multum, & infitoribus.  
 Fugit juvenas, & verecundus color  
 Reliquit ossa, pelle amicta lurida.  
 Tuis capillus albus est odoribus;  
 Nullum a labore me reclinat otium:  
 Urger diem nox; & dies noctem; neque est  
 Levare tenta spiritu prœcordia.  
 Ergo negatum vincor, ut credam miser,  
 Sabella pectus increpare carmina,  
 Caputque Marsa diffilire nania.  
 Quid amplius vis? o mare, o terra! Ardeo.  
 Quantum neque atro delibutus Hercules  
 Nessi cruore, nec Sicana fervida.

nautis, & mercatoribus, (qui infitores ab instando vocantur.) Incipit eam carpere, ut vulgarem mulierem, licet in speciem laudare videatur, perinde ac si eam omnes ex-peterent; nautas enim pro navium magistris saepe accipiuntur, qui vulgo sunt locupletes.

*Verecundus color, &c.* Rubicundus: rubor enim est verecundis & pudicitis color. Color vividus deseruit ossa mea, quae nunc sunt amicta lurida pelle & pallida.

*Amicta Vestita.*  
*Tuis, &c.* Mei capilli jam canescunt propter tuos odores; sic vocat ironice phar-maca, & venena Canidia, a qua immittam sibi ante tempus senectutem queritur.

*Reclinat.* Solvit, liberat; quiescere enim solemus reclinati.

*Urger &c.* Diem, molestiam laborisque plenum, excipit laboriosa, graviorque nox; vel, interdum noctem desidero; & noctu, cum mihi sit inquieta quies, diem postulo; luce noctem, nocte lucem expecto.

*Neque est, &c.* Neque licet spiritum ducere, libere respirare non possum, & pulmoneos fessos distentosque liberiori anhelitu relaxare.

*Ergo, &c.* Ordo est; ergo nunc miser vincor, id est, adducor ut credam negatum; hoc est, quod ante negabam, nempe carmina magica (quam Sabella vocat, vel, quod Canidia Sabina esset, vel, quod in Sabinorum regione multi magi reperirentur) pectus increpare, id est, animos hominum perturbare, quaterere, agitare. Sunt, qui Sabellos alios a Sabinis faciunt, ab illis quidem oriundos, sed Samnium incolentes, Marsis proximos.

*Diffilire.* Findi, frangi.  
*Marsa nania,* Magica incantatione. Vide Oden 5. hujus libri.

*Quantum, &c.* Vide hunc lib. Od. 3.

*Nec Sicana, &c.* Ordo est: Ardeo, quantum non ardet Sicana, id est, Sicula flamma, virens in Aetna fervida. Aetna ignes intestinos alit, ac identidem vomit. Vide Virgil. lib. 3. Virentem flammam.

Virens in *Æt*na flamma. Tu, donec cinis  
 Injuriōsis aridus ventis ferar,  
 Cales venenis officina Colchicis.  
 Quæ finis? aut quod me manet stipendium?  
 Effare: juffas cum fide poenas luam;  
 Paratus expiare, seu popofceris  
 Centum juvencis, five mendaci lyra  
 Voles fonari. Tu pudica, tu proba,  
 Parambulabis aſtra, fidus aureum.  
 Infamis Helenæ Caſtor offeñſus vice,  
 Fraterque magni Caſtoris, victi prece  
 Adempta vati reddidere lumina:  
 Et tu (potes nam) ſolve me dementia:  
 O nec paternis obſoleta ſordibus,

*Flammam* appellat, quæ nunquam extinguitur, & ſeneſcit. Quidam legunt *ſurens*. *Virere* dicuntur ea omnia, quæ firma ſunt, ac valida, hinc viridis juvena, ſeneſtus, animus, &c.

*Tu donec, &c.* Tu, o *Canidia* (tanquam officina; in qua ſunt igne multo venena *Colchica*) nova, & efficaciora in dies adhibes, quibus urere me miſerum non ceſſas, donec in cineres ſolvar, & in ventos diſſiper.

*Stipendium*. Pœna. Proprie eſt pecunia militibus in diem dari ſolita, ſtipſ, quæ illis penditur. Pro præmio quolibet uſurpatur: præmium autem de ſupplicio, & mercede dicitur. Quam jubes me poenam pendere? Vel, quid tibi a me jubes perſolvi, quo liberer, quo ſolvar dementia?

*Juffas*. A te conſtitutas.

*Cum fide*. Fideliter.

*Expicare*. Crimen: te placare.

*Centum juvencis*. Sacrificium, quod *Hecatomben* Græci vocant.

*Sonari*. Laudari.

*Parambulabis aſtra*. In Cœlo a me collocaberis, iſtar eximii fideris: ad Cœlum te laudibus meis tollam; dicam te pudicam eſſe, & probam, &c. *Jocatur*, & *Canidiam* irridet.

*Infamis, &c.* Senſus eſt; Caſtor, ejuſque frater Pollux offeñſi vice, id eſt, ignominia, calamitate, & ſorte adverſa Helenæ ſororis ſuæ; quam Poeta *Stefichorus* iſtam reddiderat, victi tamen, & placati precibus ejuſdem Poetæ, ac *Palinodia*, illi reddiderunt lumina, quibus eum privaverant. *Stefichorus* carmen de Helena ſcripſerat, in quo ejus libidinem belli Trojani cauſam eſſe dixerat; oculis ſubinde ceptus; recantavit, quæ ceceſnerat; ajuntque viſum illi reſtitutum fuiſſe.

*Potes nam*. Nam id potes facile.

*Dementia*. Quam magicis tuis carminibus mihi attuliſti.

*O nec &c.* O *Canidia*, quæ neque ob parentum adultæria,

Nec in sepulchris pauperum prudens anus  
 Novendiales dissipare pulveres,  
 Tibi hospitale pectus, & puræ manus.

teria, & ignobilitatem infamis es, &c. Obsoletum id proprie dicitur, quod tractari non solet, quod vetus, ac vietum est, atque adeo detritum, & putridum.

*Nec in &c.* Hæc omnia contrarium in sensum sunt accipienda. Quæ prudens anus es, id est, sciens, & perita ad pulveres, hoc est, cineres mortuorum, nono quam obierunt die ac sepulti sunt, eruendos, ac dissipandos, e tumulis maxime pauperum. Hoc fiebat a veneficis, ut ossa colligerent, quibus in suis incantationibus uterentur. Dicam nunquam hoc a te factum fuisse. Ironia.

*Pauperum.* Divitum sepulchra, ne aut feris, aut veneficis paterent, sedulo custodiebantur; non ita pauperum.

*Novendiales.* Nono die humatos. Apud majores, inquit Servius in lib. 5. *Æneid.* ubi quis fuisset extinctus, domum suam referebatur, & illic septem erat diebus; octavo incendebatur: nono sepeliebantur ejus cineres. Acton triduo tantum ait servatos fuisse in ædibus mortuos: post triduum impositæ rogo: atque iterum post triduum cineres in urnam conditos. Itaque, *Novendiales*, significabit cineres per dies novem servatos: proprie enim novendiale est, quod novem diebus durat.

*Hospitale.* Mite in hospites, plium, & humanum.

*Puræ.* Innocis, puræ sceleris, nullius imbutæ sanguine.

O D E XIII.

*Respondet Horatio Canidia, se nunquam illi placatam fore.*

Quid obseratis auribus fundis preces?  
 Non saxa nudis furdiora navitis  
 Neptunus alto tundit hybernus salo;  
 Inultus ut tu riseris Cotyttia

*Obseratis.* Clausis, furdis. *Non saxa, &c.* Scopuli, qui fluctibus iratis verberantur alto in mari, non sunt furdiores nautis nudis, id est, naufragis, quam ego, sum tibi: ad naufragorum preces, & ejulatus non magis surda sunt saxa, quam ego ad tuas.

*Salò.* Mari. *Inultus, &c.* Tunc riseris impune nocturna, quæ sunt Coryttoni, sacra, in quibus liber Cupido dominatur, tunc, postquam ea vulgavisti, id inultus feceris.

*Cotyttia.* Subaudi, mysteria,



Vulgata, sacrum liberi Cupidinis  
 Et Esquilini Pontifex venefici,  
 Impune ut Urbem nomine impleris meo?  
 Quid proderit superasse Pelignas anus,  
 Velociusve miscuisse toxicum,  
 Si tardiora fata te votis manent?  
 Ingrata misero vita ducenda est, & in hoc  
 Novis ut usque suppetas laboribus.  
 Optat quietem Pelopis infidus pater,

*Aeria, sacrificia. Cotytto, sive Cotys, Dea quaedam fuit, impudicitiae praeses, apud Thracas & Graecos. Legunt aliqui, Cocysia, id est, Infernalis.*

*Sacrum liberi, &c.* Nocturna quaedam sacra, in quibus magi, & venefici omni genere obscenitatum libere, & promiscue se conspurcabant.

*Et Esquilini, &c.* Et quasi esses centor, ac iudex veneficiorum, quae tractare solvo, & peragere in Esquilino monte, & nocturnorum sacrificiorum, me tanquam infamem, Urbe tota cantaveris, ac traduxeris?

*Pontifex.* Cura sacrorum, & cognitio pertinebat ad Maximum Pontificem: quo nomine Canidia Horatium hic vocat: quia ausus erat sacra magica inlectari, & exquirere.

*Venefici.* Extra portam Esquilinam, multa erant sepulchra: quamobrem eo convenire ut plurimum solebant venefici.

*Quid proderis, &c.* Locus obcurior. Fingit Horatius, ut se dementia solveret, sibi per Canidiae incantationes immissa, adiisse, & consulisse alias veneficas, (quas Pelignas vocat, quia Peligni, Maris, & Sabellis vicini, ob

veneficia infames erant) & velocius, id est, praestantius aliquod ab iis toxicum, seu, venenum petiisse, quo emori statim, & vita simul, ac dementia solvi posset. Frustra illum laborasse Canidia respondet. Quid tibi proderit, inquit, anus illas superasse in arte magica, ut velociorem tibi mortem afferrent: si ego efficio, ut tardius votis tuis moriaris? si tibi vitam infelicem praeter spem, ac vota tua prorogo?

*Ducenda. Producentia.*

*In hoc.* Eam ob rem.

*Suppetas.* Sufficias; ut dices in novos labores.

*Pelopis pater.* Tantalus, qui infidus dicitur, quasi infidelis, quod Jovem, Neptunum, & alios Deos, qui ad ipsum diverterant Deos esse non credens, illis suum filium Pelopem, clam a se interfectum, apposuit epulandum, tentaturus an id cognoscerent. Ob id scelus detrusus ad Inferos, aeterna sitis, & fame torquetur. Alii dicunt idcirco vocari infidam, quia, cum interesset conviviis Deorum, in eorumque coetu, & consilio versaretur quotidie, multa perperam effutierit, quae tacita esse oportebat; imo nectar, & ambrosiam furatus sit.

*Beni.*

Egens benignæ Tantalus semper dapis:  
 Optat Prometheus obligatus alicui:  
 Optat supremo collocare Sisyphus  
 In monte saxum: sed vetant leges Jovis.  
 Voles inodo altis desilire turribus,  
 Modo ense pectus Norico recludere;  
 Frustraque vincula gutturi necles tuo,  
 Fastidiosa tristis aegritudonia.  
 Vectabor humeris tunc ego inimicis eques;  
 Meæque terra cederet insolentiæ.  
 An, quæ movere cereas imagines,  
 (Ut ipse nosti curiosus) & polo  
 Deripere Lunam vocibus possum meis:  
 Possum crematos excitare mortuos,  
 Desiderique temperare poculum,

*Benigna, &c.* Affluentis, copiosæ; medias inter dapes jejunus.

*Obligatus.* Alligatus, vel addictus, & obnoxius. De Prometheo vide Oæm 14. lib. 1. & 15. 2

*Sisyphus.* Vide lib. 2. Od. 11.

*Desilire.* Præceps ruere.

*Norico.* Noricum est regio Germaniæ, ferax optimi ferri: nunc Bavaricæ pars.

*Recludere.* Aperire.

*Fastidiosa.* Quæ facit, ut omnia fastidiamus.

*Vectabor, &c.* Tunc tibi inequitabo, idest, insultabor te, irridebo inimicum meum. Inequitare alicui, est insultare. Hanc metaphoram, & vetus adagium, inde sumptum aliqui volunt quod Romani divites lecticariorum humeris interdum gestarentur. Hinc Plinius in Pan. gyr. *Impersari solebant, non dico quadrijugo curru, sed humeris hominum, &c.*

*Meæque, &c.* Tunc exiliam gaudio, & humum pe-

tulanter saltando premam, & cogam subfidere.

*Cereas, &c.* Imaginibus hominum e terra fictis utebantur magicæ artis periti, easque movebant, feriebant, laniabant, ut vivos homines agitados, & percussos volebant.

*Curiosus.* Hæc arcana descripsit O. 5. hujus lib.

*Desiderique &c.* Poculum, potionem aptam ad amorem excitandum.

*Nil agentis, &c.* Ita legitur in pierisque libris manuscriptis, & veteribus codicibus. An dolebo, an patiar meam artem nihil valere contra te? nocere tibi non posse? exitum habere meis votis contrarium? Legunt aliqui, *nihil habentis*, idest, nihil valentis; sed minus Latine. Alii sic explicant: plorem artis (subaudi causa) nihil habentis exitum in te: sed hoc duriusculum est: quis enim Latine dicat satis commode, nihil habeo potestatem, vires, in illum? hæc ars nihil habet

Plorem artis in te nil habentis exitum?

habet exitum? Melius legere  
cum Lambino: plorem artis  
in te nullum habentis exitum:

quam lectionem probe  
tuetur, ac illustrat.

O D E X I V.

G A R M E N S Æ C U L A R E.

*Chorus puerorum nobilium, ac puellarum Deos,  
ac præsertim Apollinem, & Dianam orat  
pro Imperii Romani felicitate.*

**P** Hæbe, sylvarumque potens Diana,  
Lucidum Cœli decus, o colendi  
Semper & culti, date quæ precamur  
Tempore sacro,  
Quo Sibylliæ mouere versus,

*Seculare.* Ita dictum est, quod ludis secularibus caneretur. Vertente quolibet sæculo, Romani dies festos, ludosque celeberrimos agebant, certasque preces, & hymnos canebant. Jussus est Horatius ab Augusto istam Oden ea de causa scribere, anno U. C. 737.

*Potens.* Domina, præses.

*Lucidum, &c.* In ambos, Apollinem, & Dianam, ea vox, lausque cadit.

*Precamur.* Pueri, & Puellæ Apollinem, & Dianam orant.

*Sacro.* Festis diebus, qui vertente sæculo, summa religione peragi solebant.

*Quo, &c.* Quo tempore Sibyllæ suis verbis præceperunt, ut delectæ omni ex urbe virgines, & pueri solenne carmen dicerent Diis, Romæ (in qua colles septem) præsidibus, & custodibus.

*Sibylli.* Sibyllæ fuere vir-

gines quædam fatidicæ, quibus futuri notitiam Deus in præmium castitatis videbatur indulgisse. Decem vulgo numerantur. Insignis est ea quæ Cumana dicebatur, de qua Virgil. lib. 6. Tarquinio Superbo Romanorum Regi, una quadam ex illis, novem libros obculit, in quibus Reipub. Rom. fata contineri diceret: petiitque pretium 300. nummorum. Recusante Rege, tres libros in ignem coniecit; idemque pretium pro reliquis poposcit. Irridente Rege, tres alios libros cremavit, & pro aliis tantumdem petere perrexit. Quod Tarquinus admiratus, & pretium persolvit, & libros inter Imperii Romani sacra haberi voluit, adhibitis viris, qui eos & servarent in Capitolini Jovis sacrario, & cum opus esset, consularent. Illi viri, primum duo, deinde 10. postea

Virgines lectas, puerosque castos,  
Dis, quibus septem placuere colles.

Dicere carmen.

Alme Sol, curru nitido diem qui  
Promis, & celas, aliusque & idem  
Nasceris; possis nihil urbe Roma

Visere majus.

Rite maturos aperire partus,  
Lenis Ilithya, tuere matres;  
Sive tu Lucina probas vocari,

Seu genitalis:

Diva, producas sobolem, Patrumque  
Prosperes decreta super jugandis  
Fœminis, prolisque novæ feraci

Lege marita:

Ita 15. fuisse. Isti libri, Sil-  
læ tempore, incenso Capito-  
lio, cum deflagassent, con-  
quifiti sunt orbe toto versus  
Sibyllini omnes, & ex iis  
confecti novi codices, ac pri-  
stina religione servati, qui  
demum, imperante Honorio,  
exusti sunt.

*Septem colles.* Aventinus,  
Capitolinus, Cælius, Esqui-  
linus, Palatinus Quirinalis,  
Viminalis. Additi postea duo  
Vaticanus, & Janiculus.

*Alme.* Ea vox ab alendo  
ducta est. De Sole dicitur;  
quia Sol omnia educat, alit-  
que.

*Promis, & celas.* Profert,  
& condit.

*Aliusque & idem.* Qui  
alius Sol ab hesterno videris.  
esse, licet unus idemque sis.

*Rite, &c.* Ordo est. O Il-  
ithya, quæ lenis es, facilis,  
& propitia, aperire, id est,  
in lucem proferre maturos  
partus: quæ lenis es, ac be-  
nigna in partibus, & forti-  
bus & matrum alvo educendis,

*Ilithya.* Est nomen Dia-

ne, quatenus parientes juvat,  
& Græca voce significante,  
venio, orior. Dicebatur etiam  
*Lucina*, a luce, in quam ut  
partus feliciter ederentur, cu-  
raret: *Genitalis*, a gignendo,  
quasi ad gignendum juvens.

*Probas.* Mavis. Erat au-  
tem hæc apud veteres religio,  
ut eo nomine Deos vocarent  
quod ipsis putarent acceptissi-  
mum, & rei, quam postula-  
rent, convenientissimum: un-  
de multa sæpe illorum nomi-  
na congeriebant, ignari quod-  
nam esset omnium acceptissi-  
mum.

*Producas.* Amplifices.

*Patrum.* Senatorum.

*Prosperas.* Fortunes: feli-  
cia, & fortunata esse jubeas.

*Super, &c.* De fornicarum  
matrimonio, & de maritali  
lege.

*Jugandis, &c.* In matri-  
monio rite collocandis. Ea  
lege decernebantur iis præ-  
mia, qui e legitimis uxori-  
bus liberos susciperent; pœ-  
næ in adulteros statuebantur,  
&c. quæ ad augendam in Ur-

L be so

Certus undenos decies per annos  
 Orbis ut cantus referatque ludos,  
 Ter die claro, totiesque grata  
 Nocte frequentes.

Vosque veraces cecinisse Parcae,  
 Quod semel dictum est, stabilisque rerum  
 Terminus servet, bona jam peractis  
 Jungite fata.

Fertilis frugum, pecorisque tellus  
 Spicea donet Cererem corona.

be sobolem erant maxime va-  
 litura : unde legem hanc vocat  
 Horatius, *nova proles  
 feracem, & marisam*, seu  
 maritalem, quia matrimo-  
 niorum honori, & sanctitati  
 consulebat.

*Certus, &c.* Ordo est : pre-  
 camur ; vel facite, ut certus  
 orbis, idest, certa annorum  
 conversio per annos decies,  
 undenos facta, referat cantus,  
 & ludos frequentes, per tres  
 dies claros, totidemque gra-  
 tas noctes.

*Undenos, &c.* Sæculares  
 ludi non centesimo quoque,  
 ut multi putant, anno, sed  
 centesimo decimo celebra-  
 bantur, quod patet ex ipsis  
 Sibyllinorum versuum voci-  
 bus, & Romana Historia.  
 Primi enim ludi Sæculares  
 peracti sunt anno U. C. 298.,  
 secundi 408., tertii 577.,  
 quarti 626., quinti, de qui-  
 bus hic agitur, 737. Quos  
 inter singulos intercedit spa-  
 tium annorum 110.

*Vosque, &c.* Sententia hæc  
 germana est : vosque, o Par-  
 cæ, quæ veraces estis ceci-  
 nisse, quod semel a vobis di-  
 ctum, & constitutum est ;  
 idest, quæ veraciter canitis,  
 & immutatum jubetis esse,  
 quod semel, hoc est irrevo-  
 cabili decreto dixistis : quod  
 ipsum Terminus Deus, stabi-

lis rerum, idest, quæ res Im-  
 perii Romani stabiles facit,  
 servat, & immutabiles quoque  
 esse jubet ; vos inquam, per-  
 actis fati sequentia bona, &  
 similia jungite ; præteritæ fe-  
 licitari futuram addite. Par-  
 cæ Romano Imperio immor-  
 talitatem, & æternitatem pro-  
 misisse dicebantur ; idque vi-  
 debatur significasse Deus Ter-  
 minus, cujus effigies reperta  
 in Capitolii fundamentis, mo-  
 veri loco non potuit : quare  
 ob rem vocatur ab Horatio  
*stabilis rerum*. Vide Livium  
 lib. 1. Porro Parcarum hic  
 meminit : quia in ludis, fe-  
 stisque sæcularibus celebra-  
 ndis, initium ducebatur a sa-  
 crificio insigni, in earum ho-  
 norem. Potest etiam hoc ita  
 exponi : O Parcæ, quas in  
 vestris decretis, & cæcis falli  
 nunquam contigit (quippe id  
 canitis, quod semel dictum  
 esse sufficiat) jungite in po-  
 steriorum bona fata præteritis,  
 idque servet Terminus rerum  
 stabilis (legitur enim in mul-  
 tis codicibus *servet*) id est,  
 constans, & perpetua ad ex-  
 tremum usque terminum re-  
 rum series servet, ac retineat  
 eum cursum, ac statum Im-  
 perii, quem edixistis, & ce-  
 cinistis.

*Spicea, &c.* Spicæ offere-  
 bantur

Nutrient foetus, & aquae salubres,

Et Jovis auræ.

Condito mitis, placidusque telo

Supplices audi pueros, Apollo:

Siderum Regina bicornis audi,

Luna, puellas.

Roma si vestrum est opus, Iliæque

Littus Etruscum tenere turmæ,

Iussa pars mutare Lares, & urbem

Sospite cursu;

Cui per ardentem sine fraude Trojanæ

Castus Æneas, patriæ superstes,

Liberum munivit iter daturus

Plura relictis.

Dii probos mores docili juventæ;

Dii senectuti placidæ quietem

Romulæ genti date, remque, prolemque;

Et dectus omne.

Quique vos bobus veneratur albis,

bantur Cereri post messem.

*Foetus.* Pecudum alumnos.

*Jovis.* Pro aere sumitur.

*Condito, &c.* Conjectis enim in terras telis, pestem, & morbos putabatur immittere.

Vide 1. lib. Iliad.

*Bicornis.* Quia Luna crescente isti ludi celebrabantur. Luna porro, & Diana pro eodem Numine sumuntur.

*Roma si, &c.* Apollo præcipue Trojanis favebat, ac Æneæ.

*Iliæque.* Trojanæ.

*Etruscum.* Tyrrenum. lege lib. 7. & 8 Æneid.

*Iussa pars, &c.* Quæ turmæ fuere pars Trojanorum exigua, quos Dii iusserant solum vertere, & Trojam relinquere. Vide Æneid. lib. 3.

*Cursu, &c.* Navigatione salva, & secunda.

*Cui, &c.* Cui turmæ, cui Trojanorum parti, plus Æneæ, superstes patriæ, per

medios Trojæ ignes iter aperuit in Italiam; daturus illi turmæ suæ, & genti plura, id est, Imperium majus, urbem florentiorem, res melius constitutas illis, quas reliquerant, nempe Romam fundaturus, Troja potiorem.

*Fraude.* Periculo, damno.

*Castus.* Pius, sceleris purus.

*Remque.* Opes.

*Quique, &c.* Facit, ut Augustus ab Anchise, & Venere per Æneam oriundus, Imperium orbis terrarum obtineat; prior, id est potior, superior bellante, hoc est, hoste bellum ipsi inferente. Regnet, ac hostes armatos vincat, subjectis domitisque parcat.

*Bobus albis.* Sacris intererat Augustus, & victimas albas (tales enim Diis Superis immolabantur) mactabat.

L a

Ma

Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis,  
Imperet bellaute prior, jacentem  
Lenis in hostem.

Jam mari terraque, manus potentes  
Medus, Albanasque timeret secures:  
Jam Scythæ responsa petunt, superbi  
Nuper & Indi.

Jam fides, & pax, & honor, pudorque  
Priscus, & neglecta redire virtus  
Audet, apparetque beata pleno  
Copia cornu.

Augur & fulgente decorus arcu  
Phœbus, acceptusque novem Cæmenis:  
Qui salutari sevat arte fessos  
Corporis artus;

Si Palatinas videt æquus arces,  
Remque Romanam, Latiumque felix:  
Alterum in lustrum, meliusque semper

*Manus potentes.* Romano-  
rum potentiam, vel Augusti  
victrices manus.

*Albanas, Romanas.* Alba  
enim quasi Romæ mater fuit.  
Inde Albanas pro Romanas  
posuit: & ab Hetruscis fasces,  
ut, & cætera Imperii decora,  
atque insignia Romam vene-  
re. Vide Fior. lib. 2.

*Secures.* Securis, in me-  
dio virgarum fasce posita, e-  
rat insigne Romanorum Ma-  
gistratum, Consulum, ac  
Prætorum: quod ab Hetruscis,  
sive Albanis, Romani sum-  
pserant. Vide Livium lib. 1.

*Scythæ.* Vide Od. 11. &  
12. libri 4.

*Responsa.* Proprie oracu-  
lorum responsa dicuntur: sen-  
sus est, Scythas, Indos, &c.  
Romam quasi ad oraculum pu-  
blicum accedere, audituros  
quid sibi agendum sit, leges  
pacis, bellique accepturos. Il-  
li paulo ante nonnihil cladis

intulerant Romanis.

*Cornu.* De Cornu Copia  
Vide Oden. 15. lib. 1.

*Augur, &c.* Commemorat  
Apollinis munia: primum,  
divinandi artem, 2. jaculan-  
di, 3. canendi 4. medendi;  
tot enim illi tribuebantur.

*Palatinas, Romanas.* In  
monte Palatino, templum A-  
pollini Augustus dedicaverat.

*Æquus.* Propitius.

*Alterum, &c.* In alterum  
usque sæculum. Vulgo lu-  
strum erat spatium annorum  
5. quo exstio civitas a Cen-  
soribus tota lustrabatur, ex-  
piabatur, recensebatur. Inter  
lustra autem celeberrimum  
erat tertium, & vigesimum:  
quo læuente sæculum novum  
ducebatur: unde hic initium  
redeuntis sæculi lustrum vo-  
catur.

*Proroget.* Propaget, pro-  
ducat.

*Ævum.*

Proroget ævum,

Quæque Aventinum tenet, Algidumque,

Quindecim Diana preces virorum

Curet; & votis puerorum amicas

Applicet aures.

Hæc Jovem sentire, Deosque cunctos,

Spem bonam, certamque domum reporto,

Doctus & Phœbi chorus, & Dianæ

Dicere laudes.

*Ævum. Sacalum.*

*Aventinum. Algidum.* Duo montes: ille Romæ, hic non procul, in quibus mediculus, Dianæ sacræ, visebantur.

*Quindecim virorum.* Libris Sibyllinis custodiendis præfectorum.

*Reporta.* Loquitur chorus

puerorum: Hanc spem domum reporto, ego doctus dicere laudes & Phœbi & Dianæ, id est, qui didici, & doctus sum hunc hymnum recitare in honorem Phœbi, & Dianæ. Superiores strophas alteri cantabant pueri, & puellæ: hanc ultimam uterque simul.





# SATYRARUM SIVE SERMONUM

## LIBER PRIMUS

### SATYRA I.

*Nemo sua forte est contentus, praesertim avarus;  
quia nemini satis est quod habet.*

**Q**UI sit, Mœcenas, ut nemo, quam sibi sortem  
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa  
Contentus vivat; laudet diversa sequentes?  
O fortunati mercatores! gravis annis  
Miles ait, multo jam fractus membra labore.  
Contra mercator, navim jaçantibus Austris,  
Militia est potior; Quid enim? concurritur; horæ  
Momento cita mors venit, aut victoria laeta,  
Agricolam laudat juris legumque peritus,  
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

*Satyrarum.* Satyra est carmen quoddam dicax, & salsum, carpendis hominum vitiiis institutum: ita dictum a Satyris, veterum Diis petulantibus, ac protervis.

*Sermonum.* Satyræ Horatii, Sermones vocantur; quia carmina sunt, ut ipse vocat, sermoni, & prosæ propiora.

*Qui sit.* Quid esse causam dicam ut, &c. quonam tandem pacto sit?

*Seu ratio, &c.* Sive consilio, & ratione certa, certum vitæ genus, & institutum amplexus fuerit: sive casu & temere.

*Dederit.* Dat ratio, & prudentia; objicit casus, & for-

tuna.

*Diversa sequentes.* Diversa vitæ genera, & suo diffimilia profitentes.

*Fractus membra.* Græca locutio: subauditur præpositio, *circa*. Habens membra labore fracta.

*Contra.* Subaudi, dicit.

*Potior.* Quam mercatura.

*Quid enim? Quidni? cur non?* quid enim tantum in ea laboris, & periculi est?

*Concurritur.* Pugna committitur.

*Sub.* Paulo post, circa.

*Consultor.* Qui confidenter super lite sua consultit, consilium ab eo petit.

*Datis*

Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem est;  
 Solos felices viventes clamat in urbe.  
 Cætera de genere hoc (adeo sunt multa!) loquacem  
 Delassare valent Fabium. Ne te morer, audi.  
 Quo rem deducam. Si quis Deus: En ego, dicat,  
 Jam faciam, quod vultis; eris tu, qui modo miles,  
 Mercator; tu, consultus modo, rusticus: hinc vos,  
 Vos hinc mutatis discedite partibus: Eja,  
 Quid statis? nolunt. Atqui licet esse beatis.  
 Quid causæ est, merito quin illis Jupiter ambas  
 Iratus buccas inflat, neque se fore posthac  
 Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem?  
 Præterea, ne sic, ut qui jocularia ridens  
 Percurram: quamquam ridentem dicere verum  
 Quid vetat? ut pueris olim dant crustula blandi  
 Doctores, elementa velint ut discere prima.

*Datis vadibus.* Vas, vadis, est qui spondet alteri in jure adfuturum ad diem conditam, ut obeat vadium: ac, nisi compareat, jubetur ipse de suo satisfacere illius loco, pro quod vadem se dedit. Sententia igitur est: rusticus quispiam, qui coactus est rure in urbem venire, quia vadem se obtulit, aut unus est ex vadibus pro aliquo altero datis: vel, quia ipse, cum, citatus a iudice, statim in jus ambulare non posset, vades dedit, qui promitterent eum dicta die adfuturam; ad quam diem obeundam, ipse postea urbem petit.

*Adeo, &c.* Tam multa sunt ejusmodi exempla, tam multi existant, quos sortis suæ similiter poenitet.

*Delassare.* Defatigare.

*Fabium.* Loquacem hunc, & garrulum obiter carpit.

*Quo rem deducam.* Quid fingam, & ponam, unde illorum appareat impruden-

tia: quo illos adigam.

*Tu consultus, &c.* Tu, qui modo eras consultus, id est esufidicus, eris rusticus.

*Mutatis partibus.* Conditionibus vitæ mutatis. Sumptum videtur e theatro, & scena; in qua dicuntur proprie actores suas agere partes.

*Nolunt.* Non mutabunt suam sortem alterius conditione. *Illis.* Illis iratus.

*Buccas inflat.* Succenseat; excandescat. *Minitantes,* & iracundi os distorquent, buccas inflant.

*Ne sic, &c.* Ne rem tantam delibem leviter; ut solent facere, qui narrant res jocularis, qui joci, & voluptatis causa scribunt.

*Ut pueris, &c.* Probat utile interdum esse ridendo, & jocando veritatem aperire; & hominum vitia carpere; ita sit enim, ut homines facilius inducantur ad emendanda, & pernoscenda sua vitia. Quænammodum pueris datis crustulis, id est, libis,

L. 4 & pla.

Sed tamen amoto quæramus serâ ludo.  
 Ille gravem duro terram qui vertit aratro,  
 Perfidus hic campo, miles, nautæque, per omne  
 Audaces mare qui currunt, hac mente laborem  
 Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,  
 Ajunt, cum sibi sint congesta cibaria, sicut  
 Parvula, nam exemplum est, magni formica laboris,  
 Ore trahit quodcumq; potest, atque addit acervo,  
 Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri:  
 Quæ, simul inversum contristat Aquarius annum,  
 Non usquam prorepat, & illis utitur ante  
 Quæsitis sapiens: cum te neque fervidus æstus  
 Dimoveat lucro, neque hyems, ignis, mare,  
 ferrum,

Nil obstat tibi, dum ne sit te ditior alter.  
 Quid juvat immensum te argenti pondus & auri  
 Furtim defossa timidum deponere terra?  
 Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem,

In placentis, adducuntur ut  
 prima litterarum elementa spon-  
 te, ac libenter condiscant.

*Quæramus serâ.* Causam  
 hujus inconsistentis serâ inve-  
 stigamus. Ostendit esse avari-  
 tiam, seu cupiditatem, qua  
 sit, ut plura semper, & ma-  
 jora optemus, & presentibus  
 nunquam acquiescamus.

*Ille gravem, &c.* Agri-  
 cola.

*Hac mens, &c.* Ordo est:  
 ajunt eo consilio se laborem  
 ferre, ut, cum senes erunt,  
 habeant perfrugium sum fene-  
 stis, & paratam quietem,  
 nempe collectis per laborem  
 opibus, & provisus cibus sicut  
 formica, quæ, licet parvula,  
 est tamen animal magni labo-  
 ris (nam hoc utantur exem-  
 plo) ore trahit, &c.

*Exemplo est.* Potest hoc  
 jungi cum sequentibus: est  
 exemplo magni laboris: id  
 est, exemplum dat, seu, do-

cumentum est magni laboris  
 ferendi.

*Quæ simul.* Simul atque,  
 ubi primum. Ibi incipit Ho-  
 ratii responsio. Utitur contra  
 avaros illo ipso, quod attu-  
 lerant, exemplo laudantis for-  
 micam: bene est: at illa  
 quæsitis utitur, &c. vos ne-  
 quaquam.

*Inversum.* Inclinatam in  
 hyemem, mutatum. Annus,  
 cum denuo redit, & incipit,  
 dicitur verti, sive, reverti.

*Aquarius.* Signum Cœle-  
 ste hyemale, idem atque Am-  
 phora. Huic Sol subjacet,  
 mense Januario exeunte: plu-  
 vias, & frigora tristia creare  
 solet.

*Non usquam, &c.* Fors  
 non exit: domi se continet.

*Dum.* Modo.

*Quod si, &c.* Responsio  
 est avari: At (inquit ille) si  
 ego minuat argentum meum pon-  
 dus, & summam, ea, ut ju-  
 bes,

At, ni id fit, quid habet pulchri constructus  
acervus?

Millia frumenti tua triverit area centum;  
Non tuus hoc capiet venter plus, quam meus: ut si  
Reticulum panis, venales inter, onusto  
Forte vchas humero, nihilo plus accipias, quam  
Qui nil portarit. Vel dio, quid referat intra  
Naturæ fines viventi, jugera centum, an  
Mille aret? At suave est ex magno sollere acervo.  
Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,  
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?  
Ut tibi si sit opus liquidi non amplius urua,  
Vel cyatho, & dicas: Magno de flumine malle,  
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere. Eo fit,

hoc, utendo, brevi ad affem,  
ad ultimum nummum illa  
redigetur.

*At, ni id fit.* At, respon-  
det Horatius, nisi id facis,  
nisi quaesita pecunia uteris.

*Millia, &c.* Quamvis ar-  
ea tua triverit centum millia  
mediocum frumenti: non ta-  
men hoc, id est, propter hoc,  
idcirco tuus venter, &c.

*Reticulum.* Sacculum ad  
panem gerendum, retis in  
modum factum.

*Venales inter.* Inter ser-  
vos. Notum quid Æsopus o-  
sim fecerit. Ejus herus iter  
adornabat, ducebatque secum  
familiam. Venales solum quis-  
que gestabant onus, partem  
aliquam domesticæ supellesti-  
liæ. Æsopus, licet brevi, &  
imbecillo corpore, ingentem  
sibi reticulum panis gestan-  
dum sumpsit, ridentibus in-  
itio sociis, ad extremum ta-  
men admirantibus cum eum  
in dies onere levari animad-  
verterent, pane paulatim con-  
sumpto, & comeso.

*Quid referat, &c.* Quid  
interfit illius, qui paucis con-

tentus est, & naturæ neces-  
sitate, non avaritiæ libidine,  
sua vota definit, utrum aret  
centum, an mille jugera?

*At suave est.* Id objicit  
avarus.

*Dum, &c.* Horatii respon-  
sio. Modo ego tantundem  
e parvo acervo sumam, quan-  
tum tu e magno; cur laudes  
ingentia tua horres, præ no-  
stris exiguis cumeris? Est cu-  
mera vas parvum vimineum,  
aptum condendo frumento,  
& aliis rebus id generis.

*Ut tibi, &c.* Exempli cau-  
sa, si indigeres aqua urna  
tantum, aut calice; id, est  
si indigeres, aqua tanta, quan-  
tam capere urna, vel scyphus  
potest, ac diceres malo sume-  
re ex ingenti flumine, &c.  
merito ridendus esses: sic, &c.

*Liquidi.* Liquidum in neu-  
tro posuit, pro substantivo,  
liquor, aqua.

*Eo, fit, &c.* Hinc accidit,  
ut qui amant copiam super-  
fluam, qui e flumine aliquo  
copioso, & uberiore malunt  
bibere, v. g. ex Anside Cest  
Apulia Ruvius præceps, ac

Plenior ut si quos delectet copia iusto;

Cum ripa simul avulsos feras, Ausidus acer.

At qui tantulo eget, quanto est opus, se neque limo

Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in  
undis.

At bona pars hominum decepta cupidine falso,

Nil satis est, inquit; quia tanti, quantum ha-  
beas, sis.

Quid facias illi? jubeas, miserum esse, libenter

Quatenus id facit. Ut quidam memoratur Athenais

Sordidus, ac dives, populi contemnere voces

Sic solitus: Populus me sibilat, at mihi plaudo

Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.

Tantalus a labris sitiens fugientia captat

Flumina. Quid rides? mutato nomine de te

Fabula narratur. Congentis undique fassis

Indormis inhians, & tanquam parcere sacris

Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Nescis, quid valeat nummus, quem præbeat usum?

rapida) eos, cum parte r-  
pa avulsa cadentes, flumen  
sæpe auferat, hauriatque. Ma-  
gna cupiditas, nimis opes,  
multis fraudi, & exitio sunt.

*Bona.* Magna.

*Falso.* Quia suam avari-  
tiam excusant gloriæ cupidi-  
tate; cum revera non glo-  
riam, sed opes ipsas querant;  
ut patet exemplo illius Athe-  
nicensis, qui tamen si iridere-  
tur ob avaritiam, & conde-  
mneretur, ipse sibi plauderet.

*Tanti sis.* Tanti æstima-  
ris, quantas opes habes.

*Quid facias, &c.* Quid  
agas cum homine sic aucto,  
ita sentiente? Sane emittas  
illum, & sinas esse miserum,  
sua miseria frui; quatenus  
id est, si quis, & libenter,  
id facit, ipse sua miseria  
delectatur, se ipse miserum  
facit.

*Sordidus.* Avarus.

*Sibilas.* Explodit, irridet.

*Tantalus, &c.* Postquam  
ea, quæ ab avaris obijciuntur,  
refutavit, ostendit jam  
eos reipsa, licet sibi intus ac  
domi plaudant, esse miseros,  
similesque Tantalò, qui si-  
tiens capere avertit ac haurire  
flumina, ab ipsius labiis fu-  
gientia. De Tantalò, vide  
Odem penult. Epod.

*Quid rides?* Inducitur a-  
varus, ridens Horatium, qua-  
si bonarum rationum inopia  
coactum ad fabulas confugere.

*Mutato nomine, &c.* Tu  
es ille Tantalus, idem ac ille  
facis: pone tuum nomen pro  
illius nomine; in te res to-  
ta, & fabula ista conveniet.

*Sacris.* Tanquam a rebus  
sacris abstinere.

*Quid valeat, &c.* Quis  
humorum esse usus fructus-  
que debeat? Is est nempe,  
ut comatur panis, &c.

Saxa-

**P**anis ematur, olus, vini sextarius: adde,  
**Q**ueis humana sibi doleat natura negatis.  
**A**n vigilare metu exanimem, noctesque, diesque;  
**F**ormidare malos fures, incendia, servos,  
**N**e te compilent fugientes, hoc juvat? Horum  
**S**emper ego optarim pauperrimus esse bonorum.  
**A**t si condoluit tentatum frigore corpus,  
**A**ut alius casus lecto te affixit; habes qui  
**A**ffideat, fomenta paret, medicum roget, ut te  
**S**uscitet, ac reddat gnatis, charisque propinquis.  
**N**on uxor saluum te vult, non filius; omnes  
**V**icini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.  
**M**iraris, cum tu argento post omnia ponas,  
**S**i nemo præstet, quem non merearis, amorem?  
**A**t si cogatos, nullo natura labore  
**Q**uos tibi dat, retinere velis, servareque amicos,  
**I**nfelix operam perdas: ut si quis asellum  
**I**n campo doceat parentem currere frænis.  
**D**enique sit finis querendi: cumque habeas plus,  
**P**auperiem metuas minus, & finire laborem  
**I**ncipias, parto quod avebas: nec facias quod

*Sextarius.* Mensura capiens cyathos, seu calices communes 12. sexta pars congi.

*Adde, &c.* Adde res humanæ vitæ, & naturæ necessarias, quas illi si neget, merito doleat.

*An vigilare, &c.* An putas eo valere nummos, idcirco tibi datos, ut vigiles metu exanimis, &c.

*Compilent. Spolient.*

*Hoc juvat?* Hoccine te delectat? hæccine tandem est opum utilitas?

*At si, &c.* Verba sunt avari: At habebis, qui mihi ægrotanti affideat, evocet medicum, ut me a lecto suscitet, ac recreet a morbo. Falsè respondet Horatius: nemo te saluum cupit, non uxor, &c.

*At si cogatos, &c.* Ordo

est. At si velis retinere nullo labore, cogatos, quos tibi dedit natura, idest, eorum amicitiam conservare, nihil agendo, nullum sumptum eorum causa faciendo: id nunquam assequeris: quemadmodum nemo potest docere asellum currere in campo frænis parentem, idest, obedientem. Indociles vulgo asini sunt, & pervicaces: itaque frænari commode, & ad campestram decursionemungi nequeunt.

*Querendi.* Opes congregandi.

*Cumque, &c.* Siquidem habes plura, cum rebus plurimis abundes: vide ut in minore paupertatis metu sis.

*Parto.* Siquidem comparasti.

Numidius quidam ( non longa est fabula ) dives ,  
 Ut metiretur nummos ; ita fordidus , ut se  
 Non unquam servo melius vestiret : ad usque  
 Supremum tempus , ne se penuria victus  
 Opprimeret , metuebat ; at hunc liberta securi  
 Divisit medium , fortissima Tyndaridarum .  
 Qui mi igitur suades ? ut vivam Mævius ? aut sic ,  
 Ut Nomentanus ? Pergis pugnantia secum  
 Frontibus adversis componere . Non ego , avarum  
 Cum veto te fieri , vappam jubeo , ac nebulonem .  
 Est inter Tanaim quidam , socrumque Viselli ;  
 Est modus in rebus , sunt certi denique fines ,  
 Quos ultra citraque nequit consistere rectum .  
 Illuc , unde abii , redeo . Nemon' ut avarus

*Dives ut , &c.* Ita dives ,  
 ut nummos , non ut sit , num-  
 meraret , sed eorum scervos  
 metiretur . Vel , qui idcirco  
 tantum videbatur esse dives ,  
 ut nummos metiretur , non  
 ut iis uteretur .

*Victus.* Ciberum .

*Divisit.* Eum interfecit .  
 ac secuit in duas partes .

*Fortissima , &c.* Non se-  
 cus , ac si fuisset altera Cly-  
 temnestra , Tyndari filia , quæ  
 Agamemnonem interemit , se-  
 curi in caput impacta . Porro  
 ea vox , *Tyndarida* , liberos  
 Tyndari significat .

*Ut vivam , &c.* An mihi  
 suades ut vivam instar Mæ-  
 vii , aut sicut Nomentanus ?  
 duo erant famosi nepotes , ac  
 prodigi .

*Pergis &c.* Respondet Ho-  
 ratius . At tu pergis male ra-  
 sidcinari ; & conjungis simul  
 duas res plane oppositas ,  
 nempe avaritiam cum prodi-  
 galitate , luxum istorum ga-  
 neonum , cum honesta fruga-  
 litate , ad quam te hortor ,  
 dum ab avaritia detetreo .  
 Componi adversis frontibus ,

proprie dicuntur gladiatores  
 pugnaturo .

*Vappam.* Nebulonem , hel-  
 luonem . Proprie est vappa  
 vinum scefcens , ac fugiens .

*Est inter Tanaim , &c.* Di-  
 screpant inter se duo illi ,  
 quos probe nosse , *Tanis* ,  
 & *Viselli* socrer . Si alteri sis  
 dissimilis , non continuo al-  
 teri similis eris , ( labora-  
 bant illi aliquo opposito cor-  
 poris vel animi morbo ) v.  
 g. alter cæcus , alter cocles  
 erat , aut alter sumptuosus ,  
 & laurus ; alter præparcus ,  
 & fordidus : ita si avarus esse  
 desinas , non continuo sis  
 oportet effase prodigus , &  
 ganeo .

*Nemon' , &c.* Mirantis est ,  
 & indignantis ; Qui fieri tan-  
 dem potest , ut avari sua for-  
 te contenti non sint , ( quod  
 iustulo dicebam ) ; & rabe-  
 scant , quod vicini capelle  
 suis sint pinguiore ? neque  
 id secum reputent , quam  
 multis pauperibus ditiores  
 lauriosos sint , & quam  
 paucis socris pauperiores ;  
 e quibus hunc atque hunc  
 supe-

Se probet, ac potius laudet diversa sequentes  
 Quodque aliena capella gerat dissentius uber  
 Tabescat? neque se majori pauperiorum  
 Turbæ comparat? huic atq; huic superare laboret?  
 Sic festinanti semper locupletior obstat:  
 Ut, cum carceribus missos rapit ungula currus,  
 Instat equis auriga suos vincentibus, illum  
 Præteritum temnens extremos inter euntem.  
 Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum  
 Dicat, & exacto contentus tempore vitæ,  
 Cedat, nisi tonviva satur, reperire queamus.  
 Jam satis est: ne me Crispini strinia lippi  
 Compilasse putes, verbum non amplius addam.

Superare optima laborent?  
 Sic festinantibus ditescere occurrit semper: aliquis ditior,  
 qui homines utat ac mole-  
 tur.

*Carceribus.* Carceres locus ille dicitur, seu repagulum, ex quo in Circum equi admittuntur, & currere occi-  
 giunt.

*Missos.* Emissos.

*Ungula.* Equi ungula præditi.

*Instat.* Eos urget, a quibus vincitur, eos antevertere nititur.

*Huic, &c.* Contemnens,

& non respiciens alios, quos præterit, qui in extremo currunt pulvere; sed illos tantum, qui antecedunt, a quibus sui equi vincuntur.

*Inde fit, &c.* Ordo est: inde fit, ut raro quædam reperire hominem, qui se dicat, &c.

*Crispini.* Erat Stoicus Philosophus & Poeta multorum librorum, exigui iudicii.

*Compilasse.* Scrutatam assuratum esse. Scriptorium est, cista, capsula, in quam abundantur chartæ, &c.

## SATYRA II.

*Dum improbi vitia quædam fugiunt, incidunt in contraria.*

**A**mbularum collegia, pharmacopolæ,  
 Mendici, mimæ, balatrones: hoc genus omne

*Ambularum.* Tibialium, a Syra voce, *ambus*, quæ tibiæ significat.

*Collegia.* Cætus, sodalitates.

*Pharmacopolæ.* Unguentarii, pigmentarii, unctores, & balneatores.

*Balatrones.* Scurri, ac parafiti; a baratro, una lit-  
 te.



Mœstum, ac sollicitum est cantoris morte Tigelli;  
 Quippe benignus erat. Contra hic, ne prodigus esse  
 Dicitur metuens, inopi dare nolit amico,  
 Frigus quo duramque famem depellere possit.  
 Hunc si percuncteris, avi cur atque parentis  
 Præclaram ingrata stringat malus ingluvie rem,  
 Omnia conductis coemens obsonia nummis;  
 Sordidus atque animi quod parvi nolit haberi,  
 Respondet: laudatur ab his, culpatur ab illis.  
 Fufidius vappæ famam timet, ac nebulonis,  
 Dives agris, dives positus in sœnore nummis.  
 Quinas hic capiti mercedes exsecat, atque  
 Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget.

terula mutata d'isti, quod in  
 ventris baratrum omnia de-  
 mittant; vel, a Servilio Ba-  
 latrone, uno ex illis in pri-  
 mis famoso, de quo sæpe Ho-  
 ratius.

*Tigelli.* Tigellius natione  
 Sardus, artis musicæ peritus,  
 & non infacetus scurra, gra-  
 tus Augusto fuit, magnasque  
 collegit opes, quas male pro-  
 fudit.

*Benignus.* Liberalis, com-  
 modus.

*Contra hic, &c.* Alius  
 quispiam, metuens ne dicatur  
 esse prodigus, &c.

*Præclaram rem.* Amplas  
 opes.

*Stringat.* Amputet, im-  
 minuat. Legitur &, *fran-  
 gat.*

*Ingrata Patri, Majoribus:*  
 quorum opes, fragalitate &  
 artibus bonis bene partas,  
 malis comestationibus male  
 perdat: vel, ingrata, idest,  
 ex quo nullum capiat fructum,  
 unde nil ipsi restet

*Conductis.* Mutuo accep-  
 tis, sœnori sibi datis, pro  
 quibus mercedem solvere de-  
 beat.

*Obsonia.* Cibaria, dapes.

*Sordidus, &c.* Respondet  
 id se facere, quod nolit haberi  
 sordidus, &c.

*Fufidius, &c.* Fufidius sœ-  
 nerator, licet agros opimos  
 habeat, licet ingentem que-  
 stum ponendis in sœnore num-  
 mis faciat, quinasque merce-  
 des capiti exsecet &c. tamen  
 parce vivit, ac duriter, ti-  
 mens ne vappa, id est, pro-  
 digus ac nebulo habeatur.

*Capiti.* Summæ integræ,  
 sœnori datæ, quæ fors etiam  
 dicitur.

*Mercedes.* Usuras: usura  
 enim est merces pecuniæ mu-  
 tuo datæ, & quasi fructus.

*Exsecat.* Adimit ab inte-  
 gra summa, v. g. dat mutuo  
 centum nummos, ea lege,  
 ut, exacto mense, quinque  
 nummos lucretur pro merce-  
 de; ac forte non totos num-  
 mos centum dat, sed ex illis  
 demit quinque, ac pro sœno-  
 re, in antecessum, sumit.

*Quanto, &c.* Quanto quis-  
 que est luxu perditior, ac  
 profligatior, tanto acrius il-  
 lum urget Fufidius, & gra-  
 viori sœnore mactare propo-  
 rat, ac perdere.

*Nomi-*

Nomina festatur, modo sumpta veste virili,  
 Sub patribus duris tyronum. Maxime, quis non,  
 Jupiter, exclamet, simul atque audivit? At in se  
 Pro quaestu sumptum facit. Hic? vix credere possis  
 Quam sibi non sit amicus: ita ut pater ille, Terenti  
 Fabula quem miserum gnato vixisse fugato  
 Inducit, non se pejus cruciaverit, atque hic.  
 Si quis nunc querat quo res hæc pertinet? illuc;  
 Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.  
 Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.  
 Nil medium est.

*Nomina festatur, &c.* Sententia est: ambit ac studet in primis foenerari tyronibus, amat debita tyronum, id est, adolescentium, qui nuper sumpsere vestem virilem, qui nondum satis habent experientiam ac prudentiam, ut sibi a malis foeneratorum artibus caveant; qui sunt in potestate patrum durorum, a quibus cum nihil accipiant pecuniam, mutuanam sumunt a foeneratore, magna mercede promissa.

*Nomina.* Vox ea sæpe sumitur pro ære alieno, quia debitores nomen suum scribunt in syngrapha, in Codice Argentarii.

*Veste virili.* Sumebatur anno 17. quo deponebatur Prætexta.

*Maxime, &c.* Ordo est, quis non exclamet: O maxime Jupiter! simul atque audivit hæc a Fufidio fieri?

*At in se, &c.* At, inquit aliquis, iste Fufidius, in se id est, in suo victu, vestitu, &c. sumptum facit pro quaestu, id est, accommodatum tanto quaestui, nempe ingentem, & lautum? Hic vero (respondet Horatius, vel quilibet alius) vix credas quam parum sibi indulgeat.

*Pater ille.* Hesontimortemou, sive, Menedemus;

*Fabula quem &c.* Qui inducitur in Comœdia Terentiana se ipse discrucians, & puniens, quod acerbitate sua filium domo propulisset, &c. Vide notas in Terentium, qui nuper expurgatus a nobis prodit.

*Atque hic.* Quum hic foenerator, &c.

*Quo res hæc, &c.* Quid mihi istis velim, quorsum hæc attulerim.

*Pastillos.* Quidam, ut Rufillus, odores semper suaves efflant, ob pastillos, quos assidue in ore habent. Pastilli sunt offæ quædam, instar exiguorum panum, interdum planæ, alias rotundæ, ex odoratis succis confectæ, &c. alii, ut Gorgonius, semper oleant hircum, id est, efflant odorem tetrum, ac virulentum; quia sunt obsoleti semper, incompti, & squalidi, semper in putore, & sordibus.

*Hircum.* Est odor gravis, qui sub axillis nascitur, ob sudorem incoctum; ita dicitur ab hirco, animali admodum olido.

*Nil medium.* Nestiant consistere in medio; in quo tamen virtus.

*Omnino*

## S A T Y R A I I I.

*Aliena pervidemus vitia, nostra ignoramus. Multa sunt amicis comiter ignoscenda, neque omnia, ut Stoici docent, in scelerum numero ponenda.*

**O**mnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos

Ut nunquam inducant animum cantare rogati ;  
Injussi nunquam desistant. Sardus habebat  
Ille Tigellius hoc. Cæsar, qui cogere posset,  
Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non  
Quidquam proficeret : si collibuisse, ab ovo  
Usque ad mala citaret, lo Bacche, modo summa  
Voce, modo hac, resonat quæ chordis quatuor, ima.  
Nil æquale homini fuit illi : sæpe velut qui

*Omnibus, &c.* Incipit a cantorum, & Tigellii cujusdam insectatione : mox velut e media audientium turba sibi opponit adversarium, querentem, an, qui alios tam libere insectatur, immunis ab omni vitio sit? Quæ ex interrogatione totius sermonis occasio bestissima nascitur.

*Inducens animum.* Velint, exorari se patientur, ut cantent.

*Sardus.* Natus in Sardinia, insula prope Italiam, ad Siciliæ latus.

*Habebat hoc.* Hoc vitio laborabat.

*Cæsar.* Augustus.

*Patris.* Julii Cæsaris, a quo adoptatus fuerat.

*Si collibuisse.* Si libido eum cantandi cepisset.

*Ab ovo, &c.* Per totam causam. Hanc enim decebant ab ovis, falebant in pomis & fructibus. Hinc, *ab ovo aliquid narrare*, id est, a primo initio rem repetere.

*Cæares,* Clara, & alta voce caneret. Unde, *recitare*, est palam, & clare dicere.

*Io Bacche :* Initium est Bacchiæ, & potoris cantilenæ.

*Summa,* Acutissima, *Ima,* gravi, & depressa. Ordo est : modo canebat alta voce, modo hac ima, quæ resonat, sive, contra sonat, ac respondet chordæ ima in instrumento chordarum quatuor. Sententia est, Tigellium organo illi suo, quod tetrachordon erat, voce accinentem, ita temperasse sonos, ut chordæ acutæ vocem acutam, imæ imam accommodaret.

*Nil æquale, &c.* Pergit insectari Tigellium. Erat homo inconstantissimus : sæpe currebat velut qui fugit hostem, sæpe lento & composito passu incedebat, velut, perinde ac si Junonis sacra vasa, & ferula imposita capiti deferret in publica supplicatione.

Tetras-

Currebat fugiens hostem, per læpe velut qui  
 Junonis sacra ferret: habebat læpe ducentos,  
 Sæpe decem servos: modo Reges, atq; Tetrarchas,  
 Omnia magna loquens; modo, Sit mihi menta  
 tripes &

Concha falsis puri, & toga, quæ defendere frigus,  
 Quamvis crassa, queat. Decies centena dedisses  
 Huic parco, paucis contento, quinque diebus  
 Nil erat in oculis. Noctes vigilabat ad ipsam  
 Mane, diem totum stertebat: nil fuit unquam  
 Sic impar sibi. Nunc aliquis dicat mihi, Quid tu?  
 Nullane habes vitia? Imo alia, haud fortasse  
 minora.

Mænius absentem Novium cum carperet: Heus tu,  
 Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis  
 Verba putas? Egomet mi ignosco, Mænius inquit.  
 Stultus, & improbus hic amor est, dignusque  
 notari:

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,  
 Cur in amicorum vitis tam cernis acutum,

*Tetrarchas*. Rege est minor Tetrarcha, eumque sonat, qui quartam regni, aut ditionis partem obtinet.

*Loquens*. Sonans: quasi Regum illorum amicus intimus foret.

*Concha, &c.* Salinum nitidum ex concha, aut conchas in morem factum.

*Decies, &c.* Si dedisses Tigellio, qui modo parsimoniam tantopere laudabat, decies centena mille sestertiorum, post dies quinque omnia vir ille parcus decoxisset, absumpsisset.

*Loculis*. Crumena.

*Impar*. Dissimile, discrepans a seipso.

*Imo, &c.* Respondet Horatius: Fateor, habeo mea quoque vitia, & fortasse majora Tigellii, quem carpo,

vitis; neque id facio, quod Mænius, qui cum absentem Novium vituperaret, diceretque illi nonnemo qui aderat: Heus tu, an te ignoras? an tibi ipse ignotus es? an speras nos fallere & latere? probe te novimus, & ipso Novio pejorem esse scimus, Mænius respondit se quidem alios carpere libenter ac liberaliter; at sibi ignoscere, de seipso tacere, secum lenius agere.

*Hic amor*. Quo nobis, ut Mænius, omnia ignoscimus.

*Notari*. Reprehendi. Notabant proprie Censores civem, quidquid deliquisset.

*Inunctis*. Aliquo unguento, & collyrio delibatis, quo acies obliniatur, vel lippientibus.

*Aus*

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius? At,  
tibi contra

Evenit, inquirant vitia ut tua rursus & illi.

Iracundior est paulo, minus aptus acutis

Naribus horum hominum: rideri possit, eo quod

Rufficius tonso toga defluit, & male latus

In pede calceus hæret. At est bonus, ut melior  
vir

Non alius quisquam: at tibi amicus, at ingenium iugens

Inculto latet hoc sub corpore. Denique teipsum

Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim

Natura, aut etiam consuetudo mala: namque

Neglectis urenda filix innascitur agris.

Illuc prævertamur, amatorem quod amicæ

*Aut aquila.* Aquilæ, & dracones, acerrima sunt oculorum acie.

*Epidaurius.* Sacer Æsculapio, medicorum Deo præfuit: qui Epidaurii (est urbs Græciæ in Peloponneso) præcipue colebatur. Idcirco autem serpens Æsculapio sacer est, quia serpens ad multa remedia utilis est. Adde ex historia Romana, quod cum pestilentia Romæ laboraretur, responsum est ab oraculo, ita salvos cives fore, si e Græciæ Æsculapium adveherent. Legati Epidaurum cum trireme sunt profecti: factumque est ut iugens anguis ad triremem adnaverit, seque in puppi composuerit in gyrum: quem illi cum Æsculapium putarent esse, Romam in triumpho duxerunt.

*Et illi.* Ut illi, quos carpsit tua quoque vitia inveniant.

*Iracundior, &c.* Est aliquis paulo ad iram propensior quam par sit, ineptus ad congressus hominum dicacium,

quorum scemmata ferre non potest: jure illum irrideas, quia non est eleganter & scilicet tonsus, & habet togam male compositam, & ab una parte male pendentem, &c. Esto: et vir est bonus, ut nemo sit eo melior; et est amicus tuus; et ingentium cultum in corpore inculto gerit: cur illi non ignoscas?

*Horum hominum.* Qui nunc vivunt: vel certorum, quibuscumque versatur.

*Concute.* Examina, expende.

*Num qua, &c.* Num aliqua vitia.

*Inseveris.* Ingeneraverit, indiderit.

*Namque, &c.* Ferax vitiorum est natura corrupta, nisi evellantur. Sic sua sponte nascuntur in agris incultis filices, & paliuri.

*Illuc, &c.* Illud ante omnia faciamus: imitemur eos qui amant, quique veluti cæcutiunt in earum vitiiis, quas amant. Ita Plautus, in *Militate: Hoc primum præverti de-*

Turpia decipiunt cœcum vitia, aut etiam ipsa hæc  
 Delectant, veluti Balbinum polypus Agnæ.  
 Vellem in amicitia sic errarem; & isti  
 Errori nomen virtus posuisset honestum.  
 At pater, ut nati, sic nos debemus, amici  
 Si quod sit vitium, non fastidire. Strabonem  
 Appellat pætum pater; & pullum, male parvus  
 Si cui filius est; ut abortivus fuit olim  
 Sisyphus: hunc varum distortis cruribus: illum  
 Balbutit scaurum pravis fultum male talis:  
 Parcus hic vivit: frugi dicatur. Ineptus  
 Et jactantior hic paulo est; concinnus amicis  
 Postulat ut videatur: at est truculentior, atque  
 Plus æquo liber; simplex, fortisque habeatur.

*si decet*, id est, ante cætera omnia fieri. Vel sententia est: omittamus nunc tua vitia excutere: illud potius confideremus, quod amatores excusant, ignorant fere vitia amicarum, illosque imitemur.

*Polypus*. Narium morbus, cum caro intus crescens, & in multos ramulos divisa, nares obstruit: dictus a polypo; pisce quodam, qui multis fibris, tanquam pedibus nititur; de quo Plin. l. 9. c. 20.

*Strabonem*. Qui oculos distortos habet.

*Pætum*. Cui oculi nictantes, & semiclausi sunt. Strabo est oculis plane distortis, inquit Porphyrio, pætus, leviter declinatis.

*Pullum*. Pusillum.

*Male parvus*. Supra modum parvus.

*Abortivus*. Ante tempus solitum, & imperfecte natus.

*Sisyphus*. Puer, Antonii Triumviri pumilio, duos pedes altus, vaser, & subdulus, atque ideo dictus Sisyphus, qui fuit Æoli quondam filius, a Theseo interfectus,

homo vaferrimus.

*Hunc varum, &c.* Alius filium suum, qui est distortis cruribus, appellat varum. Est autem varus is qui crura introrsum versa, & arcuata habet: sicut vulgus, qui crura extrorsum versa, & recedentes a se itidem furas. Varus autem, etsi vitiosum aliquid significet, mollius tamen est vocabulum, & cognomentum multorum Romanorum nobilium.

*Scaurum, &c.* Idem pater alium suum filium qui talos habet vitiose compactos, balbutit, id est, balbutiendo appellat, tremula, & fracta voce dicit esse scaurum. Scauri vocantur, qui vitio aliquo talorum laborant, quibus inflexo, & inverso talo pedes distorti sunt: qua ex voce factum olim cognomen nobilissimæ Romanorum familiæ.

*Postulas, &c.* Videri expetit, haberi vult urbanus in amicos, elegans, & festivus.

*Simplex*. Qui candide quid sentiat eloquitur, & sine ambagibus.

*Inver-*

Caldior est; acres inter numeretur. Opinar  
 Hæc res & jungit, junctos & servat amicos.  
 At nos virtutes ipsas invertimus; atque  
 Sincerum cupimus vas incrustare. Probus quis  
 Nobiscum vivit; multum est demissus honore. Illi  
 Tardo, cognomen pinguis damus. Hic fugit omnes  
 Insidias, nullique malo latus obdit apertum,  
 (Cum genus hoc inter vitæ versetur, ubi acris  
 Invidia, atque vigent ubi crimina) pro bene  
 sano,

Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus.  
 Simplicior si quis (qualem me sæpe libenter  
 Obtulerim tibi, Mæcenas) ut forte legentem  
 Aut tacitum impellat, quovis sermone molestus;  
 Communi sensu plane caret, inquamus. Eheu!  
 Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam!  
 Nam vitiiis nemo sine nascitur: optimus ille est,  
 Qui minimis urgetur. Amicus duleis, ut æquum est,  
 Cum mea compenset vitia bona, pluribus hisce,

*Invertimus.* Ipsas virtutes in vitia quasi vertimus, vitia interpretamur; vitiorum nomine donamus.

*Sincerum, &c.* Cum vasa erant male cocta, vel aliquid in iis erat odoris mali, liniebantur intus oleo quodam, & glutine; unde fiebat incrustatio quædam, & testorium in ipso vase: non vero cum erant proba, & sincera, idest, pura, incorrupta. Sententia est: nos actiones bonas, & dotes amicorum inquinamus, eas, vitiorum nomine inducendo, & obliuendo.

*Demissus.* Abiectus, exigui animi.

*Pinguis, &c.* Pinguem, & crassum vocamus eum, qui paulo est tardior, ac segnior.

*Malo, insidiis, periculo.*

*Obdit.* Offert, detegit. Metaphora sumitur a gladiatoribus, qui cavent inter pu-

gnandum, ne quis pateat in suo corpore vulneri locus.

*Cum genus &c.* Quia cum hominibus ejusmodi versatur, est in eo vitæ genere, & instituto, ubi multi sunt invidi, multi delatores, criminatores.

*Qualem, &c.* Qualis fieri facile potest ut ad te accesserim, o Mæcenas, importune me tibi obtrudens. Libenter, in hoc loco, idem est, ac parum considerate; cum voluntati plus, & indoli tribuitur, quam judicio & prudentiæ.

*Ut forse, &c.* Adeo ut amicum, qui quid legat, qui flectat, interpellet; eique in omni sermone sit molestus, compellendo, & obstrependo.

*Cum mea, &c.* Transpositio: compensat mea bona cum vitiiis meis; suppleat, excuset vitia virtutibus.

*Indi-*

modo plura mihi bona sunt, inclinet, amari  
 volet; hac lege in trutina ponetur eadem.  
 ni, ne turberibus propriis offendat amicum  
 offulat, ignoscat verrucis illius: æquum est  
 eccatis veniam poscentem, reddere rursus,  
 enique, quatenus excidi penitus vitium iræ,  
 ætera item nequeunt stultis hærentia; cur non  
 onderibus, modulisque suis ratio utitur, ac res  
 t quæque est, ita suppliciiis delicta coerces?  
 quis eum servum, patinam qui tollere iussus,  
 emelos pisces, tepidumque ligurierit jus,  
 n cruce suffigat; Labeone insanior inter  
 anos dicatur. Quanto hoc furiosius, atque  
 sajus peccatum est? paulum deliquit amicus,  
 quod nisi concedas, habere insuavis, acerbus;  
 didisti, & fugis, ut Drusonem debitor æris;

*Inclinet, &c.* Favet, s-  
 ut me ob bona plura, potius  
 uam oderit ob mala paucio-  
 a, & vitia, par pari refe-  
 am, & eadem utar in eum  
 rutina.

*Qui ne, &c.* Qui cupit, ut  
 micus ignoscat suis tuberi-  
 us, id est, gravioribus pec-  
 atis: ille verrucia amici,  
 oc est, levioribus vitiis igno-  
 cat. Verruca est caruncula  
 urior, quæ interdum in di-  
 itis excrescit, vel fronte, in-  
 tar tuberculi.

*Æquum est, &c.* Decet  
 um, qui poscit veniam sibi  
 lavi, & suis peccatis, eum vi-  
 ssum donare alteri, & alie-  
 nis vitiis ignoscere.

*Quatenus, &c.* Ad extre-  
 num, siquidem ira, atque  
 dia vitia, hominibus insita,  
 renitus eradicari nequeunt,  
 &c. Concludit esse partim in  
 aliis ferenda & condonanda,  
 partim corrigenda moderate,  
 & pro ratione culpæ; quæ  
 alias levior, alias gravior est,  
 non semper eadem, & par,

ut Stoici volebant: contra  
 quos, hac arrepta occasione,  
 disputat extrema tota Satyra.

*Stultis.* Ita Stoici voca-  
 bant omnes, qui sapientes,  
 & virtute præditi non essent,  
 Vide Ciceronem in parado-  
 xis.

*Res us quæque est.* Ut quæ-  
 que culpa est; seu levis, seu  
 gravis.

*Tollere.* E mensa.

*Ligurieris.* Digito lingen-  
 do, aut lambendo lingua,  
 hauserit.

*Labeone.* M. Antistius La-  
 beo, jurisconsultus peritus il-  
 le quidem, at Augusto infen-  
 sus, in quem multa dixerat  
 protevere.

*Quanto hoc, &c.* Quanto  
 hoc tuum factum furiosius  
 est, quanto gravius peccas,  
 quam ille dominus, cum ami-  
 cum odisti ob leve delictum,  
 quod nisi condones; merito  
 dicatis insuavis? &c.

*Drusonem.* Fœneratorem  
 aliquem, eundemque pessim-  
 um historicum, ut geronem.

*Calen-*



Qui nisi, cum tristes misero venire Calendæ,  
Mercedem, aut nummos unde unde extricat,  
amaras

Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit.  
Comminxit lectum potus, mensave catillum  
Evandri manibus tritum dejecit; ob hanc rem,  
Aut positum ante mea quia pullum in parte  
catini

Sustulit esuriens, minus hoc jucundus amicus  
Sit mihi? Quid faciam, si furtum fecerit, aut si  
Prodiderit commissa fide, sponsumve negarit?  
Queis paria esse fere placuit peccata, laborant  
Cum ventum ad verum est: sensus, moresque  
repugnant,

Atque ipsa utilitas, justi prope mater, & æqui.  
Cum prorepserunt primis animalia terris,

*Calendæ.* Quia Calendis  
usura solvebantur.

*Mercedem.* Usuram.

*Nummos.* Caput, sive  
fortem.

*Unde, &c.* Aliunde parat,  
*Amaras historias.* Fabulas  
insulas, aut historias, quas,  
ille Druso ipsi denarrabat,  
& quas audire cogebatur, ut  
captivus; porrecto jugulo, id  
est, attentissime, ut solent,  
qui se erigunt ad audiendum:  
vel, quasi enecandus molesta  
narrationum anilium recita-  
tione. Vide ultimos versus  
artis Poeticæ; ubi molestus  
recitator hominem tenere le-  
gendo & occidere dicitur.

*Comminxit, &c.* Amicus  
tuus, bene pransus, & potus  
lotio lectum foedavit, in quo  
ad mensam accumbebat.

*Evandri, &c.* Adeoque  
antiquam, & fragilem. Evan-  
der Æneam hospitio excep-  
erat. Vide Virgil.

*Commisssa fide.* Arcana,  
Fide pro fidei, ut apud Vig.  
die pro diei, &c.

*Sponsumve, &c.* Inficiatus  
sit aliquod promissum, sole-  
mni formula, & stipulatione  
factum.

*Queis placuit, &c.* Stoi-  
ci, qui ajunt omnia peccata  
esse paria, laborant, id est,  
difficile se expediunt, opinio-  
nem suam tueri commode ne-  
queunt, cum ipsa rei veritas  
expenditur: huic enim Stoi-  
corum placito repugnat ipse  
communis hominum sensus,  
qui aliter vulgo existimant;  
mores etiam, & consuetudo  
adversantur; denique utilitas:  
quia utile est, non esse paria  
peccata, neque pares omni-  
bus pœnas irrogari, ut ho-  
mines a gravioribus flagitiis  
deterreantur pœnarum gravio-  
rum metu.

*Justi mater.* Ob utilita-  
tem enim, & ad conservan-  
dum suum quique jus, inven-  
tæ sunt leges.

*Cum, &c.* paria esse pec-  
cata, idcirco affirmabant Stoi-  
ci, quod justum, & injustum  
in natura ipsa fundatum esset:  
quæ

Mutum, & turpe pecus, glandem, atque cubilia  
propter

Unguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porro  
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus;  
Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,  
Nominaque invenere: dehinc absistere bello,  
Oppida cœperunt munire, & ponere leges;  
Ne quis fur esset; neu latro, neu quis adulter.  
Nam fuit ante Helenam mulier teterrima belli  
Causa, sed ignotis perierunt moribus illi,  
Quos, Venerem incertam rapientes more ferarum,  
Viribus editior cœdebat, ut in grege taurus.  
Jura inventa metu injusti fateare, necesse est,  
Tempora si, fastosque velis evolvere mundi.  
Nec natura potest justo secernere iniquum,  
Dividit ut bova diversis, fugienda petendis:  
Nec vincet ratio hoc, tantumdem ut peccet,  
idemque,

Quî teneros caules alieni fregerit horti,  
Et qui nocturnus Divum sacra legerit. Adsit  
Regula; peccatis quæ poenas irroget æquas;  
Ne scutica dignum horribili sectere flagello;

quæ natura cum eadem in omnibus hominibus reperitur, erat eadem quoque dignitas justis, & injustis gravitas. Horatius negat justum ab natura oriri, sed ab legibus, quarum originem altius repetit, & ab utilitate publica, quæ quid justum, & injustum sit, -maxime demonstravit.

*Præmissis*. Recens creatis. Cum in terram homines primo emerferunt.

*Mutum, &c.* Homines, instar mutarum pecudum, propter glandem, qua una tum vescebantur, pugnabant, primo pugnis, & unguibus, deinde fustibus, postremo armis.

*Viribus editior*. Qui po-

tentior erat, viribus superior;

*Fastos, Annales*. Fasti libri erant, in quibus Romani describebant ea, quæ toto anno fierent, ponebatur initio nomen Consulium. Ea vom interdum pro quodam Calendarii genere ponitur.

*Nec natura, &c.* Natura sola per se non potest, sine legum adminiculo, justum ab injusto discernere, quemadmodum sola per sese dividit, & distinguit ea, quæ animalii cuique bona & utilia sunt, ab iis, quæ sunt diversa, id est, mala & noxia.

*Vincet*. Probabit.

*Legeris*. Furatus sit; sit sacrilegus.

*Scutica*. Loro levior.

*Nota*

Nam, ut ferula cadas meritum majora subire  
 Verbera, non vereor; cum dicas esse pares res  
 Furta latrocinii, & magnis parva, mineri  
 Falce recifurum simili te, si tibi regnum  
 Permittant homines. Si dives, qui sapiens est,  
 Et sutor bonus, & solus formosus, & est Rex,  
 Cur optas, quod habes? Non nosse quid Pater,  
 inquis,

Chrysiippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam,  
 Nec soleas fecit, sutor tamen est sapiens? quo?  
 Ut, quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen,  
 atque

Optimus est modulator: ut Alfenus vaser, omni  
 Abiecto instrumento artis, clausaque taberna,  
 Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis

*Nam ut, &c.* Non enim  
 Vereor, ne cadas tantum fe-  
 rula eum, qui meritis sit  
 subire majora supplicia; scio  
 te id non facturum; non fu-  
 turum adeo lenem; quippe  
 qui paria putes esse: furta la-  
 trocinii (furta sunt clam,  
 latrocinia palam, & atrocius)  
 & mineri te recifurum, id-  
 est, emendaturum simili fal-  
 ce, hoc, est iidem penis,  
 parva peccata magna, id est  
 æque, atque magna. Vix  
 idem, similis, &c. cum dan-  
 di casu sæpe jungitur, more  
 Græcorum. Noto hic dici  
 posse, *vereor ut hoc facias*,  
 oro, ne facias, contra vulga-  
 rem gramaticorum regulam;  
 vel esse recurrendum ad in-  
 geniosam explicationem Lam-  
 bini, nempe particulam *ut*  
 non esse cum verbo *vereor*,  
 conjugendam: sed totam il-  
 lam, quæ antecedit, oratio-  
 nem suo loco, & separatim  
 legendam esse, hoc modo,  
*nam ut ferula cadas eum,*  
*qui majora verbera subire*  
*meritis sit, non vereor; sub-*

*audi, ne id facias.*

*Si dives, &c.* Arripit,  
 exagitatque postremam hanc  
 Stoici Voculam, si tibi re-  
 gnum permittant homines,  
 si te Regem creare velint:  
 Cur id optas, nempe Rex es-  
 se, o Stoice? jam Rex es,  
 siquidem qui sapiens est, so-  
 lus est dives, sutor, Rex.

*Chrysiippus.* Zenonis audi-  
 tor, Stoicæ sectæ philoso-  
 phus; quam in multis auxit,  
 & interpolavit.

*Ut quamvis, &c.* Respon-  
 sio Stoici: quemadmodum  
 Hermogenes optimus est can-  
 tor, quamvis taceat, ut Al-  
 fenus erat optimus sutor, li-  
 cet sutrinam haberet clausam;  
 sic &c.

*Hermogenes.* Hermogenes  
 Tigellius erat Augusti cantor,  
 diversus ab Tigellio Sardo,  
 quem in Satyræ limine mor-  
 tuum ponit.

*Alfenus.* Antea sutor, po-  
 stea jurisconsultus Romæ cla-  
 rissimus, & Consul; Catullo,  
 & Virgilio amicissimus.

Est opifex solers, sic Rex. Vellunt tibi barbaram  
 Lascivi pueri: quos tu nisi fuisse coerces,  
 Urgeris turba circum te stante, miserque  
 Rumperis, & latras, magnorum maxime Regum.  
 Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum  
 Rex ihis, neque te quisquam stipator, ineptum  
 Præter Crispinum, sectabitur; & mihi dulces,  
 Ignoscant, si quid peccavero stultus, amici;  
 Inque vicem illorum patiar delicta libenter,  
 Privatusque magis vivam te Rege beatus.

*Vellunt, &c.* Probat non esse Regem, qui hæc a pueris patiatur.

*Lascivi.* Protervi, procaeces. Philosophi quidam, ut Cynici, Romæ ludibrio, etiam pueris, erant.

*Rumperis.* Clamando.

*Quadrante.* Merces, publicis balnearibus dari solita, quadrans erat, id est, quarta pars assis: exigua mo-

neta ærea.

*Stipator.* Comes. Proprie stipatores dicuntur illi milites, qui regum latera protegunt armati.

*Stultus.* Per imprudentiam: vel forte, quia Stoici eos omnes, qui quid peccarent, stultos vocabant.

*Magis.* Magis beatus, felicior te, qui tuo iudicio Rex es.

## S A T Y R A I V.

*Se primum, deinde Satyricus Vates excusat.*

**E** Upolis, atque Cratinus, Aristophanesque  
 poetae,  
 Atque alii, quorum Comœdia prisca virorum est,

*Eupolis.* Poeta Comicus Græcus, qui populo in primis charus, & in carpendis vitii liberrimus fuit.

*Cratinus* Atheniensis, floruit tempore belli Peloponnesiaci, homo vinosus, & gula deditus.

*Aristophanes.* Haud ita multo post Cratinum floruit: extant ejus Comœdiæ scetiffimæ: Socratem maxime exagitavit.

*Comœdia prisca.* Olim Co-

mœdia nil aliud erat, quam carmen quoddam a rusticis, pro confecta vindemia, in honorem Bacchi recitari solitum: mox inventa, & additis personis; jactata in obvios convicia: notati etiam amaro joco certi homines, invisi vulgo; quam libertas deinde vetita legibus fuit, cautumque deinceps ne quis in Comœdiâ describeretur, & nomine appellaretur. Huic veteri Comœdiâ nova, & modestior sue-

M. Cassar,

Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,  
 Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui  
 Famofus, multa cum libertate notabant.  
 Hinc omnis pendet Lucillus hosce secutus,  
 Mutatis tantum pedibus numerisque facetus,  
 Emunctæ naris, durus componere versus:  
 Nam fuit hoc vitiosus; in hora sæpe ducentos,  
 Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno,  
 Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.  
 Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem;  
 Scribendi recte; nam ut multum, nil moror. Ecce  
 Crispinus minimo me provocat; Accipe, si vis,

cessit, in qua, suis argumen-  
 tis, & personis, quotidiani  
 mores describuntur. Vide Ho-  
 rat. in Arte Poetica. Ordo  
 autem hic est; Eupolis, Cra-  
 tinus, &c. & alii Poetæ,  
 quorum est prisca Comœdia,  
 idest, qui in ea floruerunt,  
 notabant multa cum libertate,  
 si quis erat dignus descri-  
 bi, idest, palam carpi, &  
 vituperari.

*Famofus.* Infamis.

*Hinc, &c.* Eos imitatur,  
 & quasi vestigia sequitur.

*Lucilius.* Primus Latinæ  
 Satyræ auctor, natus Aurun-  
 cæ in Italia.

*Mutatis pedibus.* Quia  
 scripsit Hexametris. cum illi  
 Poetæ Jambicis utuntur.

*Emunctæ naris.* Prudenter  
 falsus, urbanus. Nasus lon-  
 gior, & acutus, falsos, & di-  
 caces arguit, emunctus, di-  
 ligentes, & accuratos.

*Durus, &c.* In aptandis  
 versuum pedibus, concinnan-  
 disque numeris parum dili-  
 gens; asperior, & agrestior.

*Hoc.* Ob hoc, ideo.

*Ut magnum.* Ratus se rem  
 magnam præstare: difficilem  
 & ægriam.

*Stans &c.* Brevissimo tem-

pore, nemo enim diu pede  
 niti uno potest.

*Cum flueret &c.* Et tamen  
 illius versus erant obsoleti,  
 atque incompti, Flumini si-  
 milis erat ipse, quod lutulen-  
 tas aquas volvit.

*Erat quod tollere, &c.*  
 Erat aliquid dignum, quod  
 tolleretur, lectu dignum, &  
 notatu.

*Garrulus, &c.* Lucilius ef-  
 futiebat multa temere, & com-  
 ponendi laborem ægre ferebat;  
 componendi recte inquam:  
 nam nil moror, parum curo,  
 ut aliquis multum componat;  
 parvi momenti, est quantum  
 quis scribat; refert autem quam  
 recte, & ornate. Ecce Crispi-  
 nus Poeta Lucilio in ea re si-  
 millimus, me uno digito,  
 & minimo ad scribendum pro-  
 vocat; Accipe, Horati, in-  
 quit, tabulas, &c. Pugiles, &  
 gladiatores, cum ad pugnam  
 provocarent adversarium, quem  
 quidem ipsi contemnerent,  
 eum uno digito porrecto so-  
 lebant provocare, quasi homi-  
 nem uno digito dejecturi, &  
 prostraturi.

*Tabulas.* In tabulis ligneis,  
 cera obductis, scribebant  
 Romani.

*Custo.*

Accipe jam tabulas ; detur nobis locus , hora ;  
 Custodes , videamus uter plus scribere possit :  
 Di bene fecerunt , inopis me , quodque pusilli  
 Finxerunt animi , raro , & perpauca loquentis ,  
 At tu conclusas hircinis follibus auras  
 Usque laborantes , dum ferrum mollat ignis ,  
 Ut mavis , imitare . Beatus Fannius , ultro  
 Delatis capsis , & imagine , cum mea nemo  
 Scripta legat , vulgo recitare timentis , ob hanc  
 rem ,

Quod sunt , quos genus hoc minime juvat , utpote  
 te plures

Colpari dignos . Quemvis media eræ turba :  
 Aut ob avaritiam , aut misera ambitione laborat ;  
 Hunc capit argenti splendor : stupet Albius ære ;  
 Hic mutat merces surgente a Sole , ad eum , quo

*Custodes* . Qui observent ,  
 ne aliena utamur opera , scrip-  
 ptis , &c.

*Finxerunt* . Crearunt .

*At tu , &c.* O Crispine ,  
 imitare , si mavis , si tibi col-  
 libet , tuis versibus turgidis ,  
 & ambitiosis , folles vento di-  
 stentos , qui fornacem accen-  
 dunt , donec igni molliatur  
 ferrum . Arrogantiam Crispini ,  
 & ejus versuum levitatem  
 notat .

*Hircinis* . Ex hircino corio  
 factis .

*Laborantes* . Videntur fol-  
 les laborare , & anhelare gra-  
 viter , dum ventum vehementius  
 emittunt .

*Beatus Fannius , &c.* Nec  
 Fannius beatus est , cui licet  
 immerenti , ac non petenti ,  
 Senatus detulit , obtulit ca-  
 psas , idest , arculas , & locu-  
 los , quibus libri ejus in bi-  
 bliotheca , per Augustum prope  
 templum Apollinis Palati-  
 ni extructa , reponerentur una  
 cum sua imagine . Clarorum  
 poetarum scripta , & imago

reponebantur in ea bibliote-  
 ca ; interdum id honoris da-  
 batur pessimis , & immeritis ,  
 per ambitionem , & malas ac-  
 tes ; ut illi Fannio , qui ex-  
 tortis hoc per amicos , & adu-  
 latores , ejus opibus , & opi-  
 mæ , ut quidam volunt , hæ-  
 reditati inhiantes .

*Cum mea , &c.* Fannius ,  
 ut captaret hominum famam ,  
 recitabat , ac venditabat sua  
 carmina ; quod Poetis Romæ  
 tunc solemne fuit : at ego  
 inquit Horatius , nec mea le-  
 genda præbeo , & recitare il-  
 la in circulis , & confessa ho-  
 minum non ausim , eo quod  
 multi sunt , quos , &c.

*Genus hoc* . Satyrici car-  
 minis .

*Juvat* . Delectat .

*Argenti* . Signorum , va-  
 sorum ex argento factorum .

*Stupet* . Defixis oculis ,  
 animoque , miratur , & con-  
 cupiscit .

*Ære* . Æreis statuis .

*Mutat merces* . Mercatu-  
 ram exercet ; ea olim tota  
 erat

Vespertina tepet regio : quin per mala præceps  
 Vertur , uti pulvis collectus turbine , ne quid  
 Summa deperdat metuens , aut ampliet ut rem .  
 Omnes hi metuunt versus , odere poetas .  
 Fœnum habet in cornu , longe fuge : dummodo  
 rifum

Excusiat sibi , non hic cuiquam parcat amico ,  
 Et , quodcumque semel chartis illeverit , omnes  
 Gestiet a furno redeuntes scire lacuque ,  
 Et pueros , & anus . Agedum pauca accipe contra .  
 Primum ego me illorum , dederim quibus esse  
 poetas ,

Excerptam numero ; neque enim concludere versum  
 Dixeris esse satis : ueque si quis scribat , uti nos ,  
 Sermoni propiora , putes hunc esse poetam .  
 Ingenium cui sit , cui mens divinior , atque os  
 Magna sonaturum , des nominis hujus honorem .  
 Idcirco quidam ; Comœdia , necne , poema  
 Effet , quæsiuere , quod acer spiritus ac vis  
 Nec verbis , nec rebus inest ; nisi quod pede certo

erat in merciam permuta-  
 tione .

*Surgens , &c.* Ab Oriente , usque in Occidentem .

*Per mala .* Per naufragia , pericula .

*Summa deperdat .* De summa perdat , de opibus jam quæsitis imminuat .

*Ampliet .* Amplificet .

*Rem .* Opes .

*Fœnum habes , &c.* Homo est vitandus , & perniciosus : similis est bovi cornupeta . Si cujus equus , at bos damnus , aut malum fecisset , domino multa legibus erat indicta ; quare , ut ab ejusmodi animalibus sibi caverent homines , solebant domini aliquid signi dare ; v. g. cornibus bovis , cornu petere soliti . fœnum illigabant , &c.

*Excusiat .* Moveat .

*Chartis illeuerit .* Scriptitauerit , temere in chartam fuderit .

*Lacuque .* Fonte . Solet autem vulgus frequens esse ad furnos , & fontes .

*Contra .* Contra illos , quibus Satyra displicet .

*Concludere .* Certis pedibus includere .

*Satis .* Ut quis Poeta sit .

*Cui sit , &c.* Ordo est : des illi honorem hujus nominis ; idest , ille tantum ornandus est Poetæ nomine , qui habeat ingenium , & mentem humana quodammodo majorem .

*Necne .* Quæsiuere num Comœdia esset poema , necne , idest , utrum non esset poema .

*Nisi quod , &c.* Neque aliud est discrimen inter sermonem

Differt sermoni sermo merus. At pater ardens  
 Sævit, quod meretrice nepos insanit amica  
 Filius, uxorem grandi cum dote recuset,  
 Ebrius & (magnum quod dedecus) ambulet ante  
 Noctem cum facibus. Numquid Pomponius istis  
 Audiret leviota, pater si viveret? Ergo  
 Non satis est puris versum perscribere verbis;  
 Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem,  
 Quo personatus pacto pater. His ego quæ nunc;  
 Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si  
 Tempora certa modosque, & quod prius or-  
 dine verbum est,  
 Posterius facias, præponens ultima primis;  
 Non, ut si solvas, *Postquam discordia terre  
 Belli ferratos postes, portasque refregit,*

monem quo utitur Comædia, & vulgarem merumque sermonem, nisi quod, nisi quantum, & quatenus, unus sermo ab alio differt certis pedibus; nisi quod sermo Comicus pedes certos habet, non item vulgaris, & popularis.

*At pater, &c.* Objectio est. At enim, inquiet aliquis, inesse vim quoque, & spiritum Comædiæ, eamque interdum assurgere; v. g. cum in Terentio, Demea in filium Æschinum tam graviter, & acerbe invehitur, quod dissolutus adolescens, captus insano amore meretriculæ, nolit ducere uxorem nobilem, & bene dotatam, & quod idem filius suus ebrius per urbem de die ambulet gestans facies accensas: quod profecto magnum est dedecus, & flagitium.

*Pater.* Vel Demea, ut diximus. Vel Chremes in Heautont vel, Simo in Andria.

*Nepos.* Flagitiosus, discinctus.

*Cum facibus.* Ante mulierem, quas adibant, fores,

stare solebant cum facibus; & cantitare.

*Numquid, &c.* Responsio, & solutio est objectionis. Atqui, inquit Horatius, pater Pomponii (erat ille dissolutus aliquis adolescens, qui patre mortuo, perditam vitam vivebat: quem Horatius quasi aliud agens nominat, & carpit) in familiari sermone eodem modo filium alloqueretur, non levioribus eum verbis castigaret, si viveret, quam Demea Æschinum.

*Puris.* Claris, bene Latinis.

*Quem si dissolvas.* Quem verum si pedibus suis solvas.

*Personatus pater.* Comicus actor, qui patris personam gerit.

*Tempora.* Quantitatem syllabarum; quarum alie sunt breves, quæ breviori tempore pronuntiantur; alie longæ, quæ longiori.

*Non ut si, &c.* Non invenies membra disjecti poetæ, & quasi lacerati; ut invenies si solvas hunc Ennii

M 2 vet.



Juvenias etiam disjecti membra Poetae.  
 Hactenus hæc: alias, justum sit, necne, poema.  
 Nunc illud tantum quæram, meritone tibi sit  
 Suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer  
 Ambulat, & Caprius, rauci male, cumque libellis;  
 Magnus uterque timor latronibus: at bene si quis,  
 Et vivat puris manibus, contemnat utrumque.  
 Ut sis tu similis Cœli, Byrrhique latronum;  
 Non ego sum Capri, neque Sulci. Cur metuas me?  
 Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos,  
 Queis manus insudet vulgi, Hermogenisq; Tigelli:  
 Non recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus:  
 Non ubivis, coramve quibuslibet. In medio qui  
 Scripta foro recitent, sunt multi, quique lavantes.  
 Suave locus voci resonat conclusus, inanes  
 Hoc juvat, haud illud quærentes, num sine sensu,  
 Tempore num faciant alieno. Lædere gaudes,  
 Inquis, & hoc studio pravus facis. Unde petitur  
 Hoc in me jaxis? est auctor quis denique eorum,

versum plenum spiritus, & ardoris poetici: *Postquam discordia, &c.*

*Hactenus, &c.* Sed hæc sane de Satyra, & Comœdia dicta sint hætenus: de quibus alias quæram diligentius, & excusiam, an scilicet utraque sit legitimum poema, necne. Nunc id omittam, & quæram hoc unum a te, an merito Satyram oderis.

*Sulcius, Caprius.* Acerrius, & notissimi delatores.

*Male.* Valde.

*Libellis.* In quibus eorum crimina, & nomina servabant, quos accusare vellent.

*Puris.* A scelere.

*Contemnat.* Possit merito contemnere.

*Ut sis tu, &c.* Quanquam tu sis Cœli, & Byrrhio, famosis latronibus pene par, ob tuas rapinas, tamen ego non sum Caprii, & Sulcii si-

millis, non prostant mel libri ambitiose in bibliopolarum foribus, &c.

*Taberna.* Officinâ libraria.

*Pila.* Possis, vel columna, ubi libri venales affigi solent, aut prope quas bibliopolas suas officinas ponebant.

*Insudet.* Eos tenendo, & legendo.

*Locus conclusus.* Balnea undique clausa vocem suaviter remittunt. Clauduntur autem accurate balnea, ne calor effluat.

*Inanes.* Homines parum occupatos, vacuos; vel, auram popularem aucupantes hoc delectat, nempe carmina sua quocumque loco ac tempore recitare: quia ejusmodi homines parum curant, neque id quærun, an temere, an in tempestive hoc faciant.

*Studio.* Dedita opera.

*In me jaxis? Mihi objicis?*  
 Est

Vixi cum quibus? Absentem qui rodit amicum,  
 Qui non defendit alio culpante; solutos  
 Qui captat risus hominum, famamque dicacis;  
 Fingere qui non visa potest, commissa tacere  
 Qui nequit; hic niger est, hunc tu, Romane,  
 caveto.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos;  
 E quibus unus avet quavis aspergere cunctos,  
 Præter eum, qui præbet aquam; post hunc quo-  
 que potus,

Condita cum verax aperit præcordia Liber;  
 Hic tibi comis & urbanus, liberque videtur  
 Infesto nigris: ego si risi, quod ineptus  
*Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum,*  
 Lividus, & mordax videor tibi? Mentio æ qua  
 De Capitolini furtis injecta Petilli

*Est auctor, &c.* Ordo est: qui eorum, quibuscum vixi eorum auctor est, quem mihi exprobras.

*Absentem, &c.* Ostendit quinam sint potius fugiendi, quam Satyrici.

*Rodis.* Carpit maledictis.

*Culpante.* Accufante.

*Captat risus.* Qui amat risum aliis movere, & dicax haberi.

*Fingere, &c.* Qui potest mentiri, & dicere a se visa esse, quæ non visa sunt.

*Niger.* Improbus, mali ominis.

*Sæpe tribus, &c.* Sententia est: reperitur sæpe in frequentissimo convivio, in quo non tres in singulis lectulis, pro more, sed quatuor accubant, unus assisus, qui habeat, idest, gestiat alios in omnem partem aceto & dictis suis aspergere, præter illum tamen, qui aquam ad lavandum, qui balnea convivia præbet, qui domus, & convivii dominus est; illum

enim excipit, illi soli parcat, ac ne parcat quidem semper: sed hunc quoque post alios, carpit, suisque salibus irrorat, potus; idest, quando plusculum bibit, cum factus est potando hilarior; cum Liber verax, idest, vinum veritatis amans, aperit animum abditos sensus, & omnia efferre suadet. Hic tamen habetur urbanus, & laudatur a te, qui hominibus male dicacibus, ac Satyricis Poetis infestus videri vis, & inimicus. Cur igitur a te reprehendor, si per jecum forte in Satyra dixi Rufillum olere pastillos? &c.

*Quaternos.* In lectulis ad mensam non cubabant, nisi terni, ad summum, ubi plures erant convivæ, quaterni.

*Quavis, &c.* Subaudi, vis, ratione.

*Pastillos.* Vide Satyræ 2. *Capitolini.* Petillus, cognomine Capitolinus, cum accusatus fuisset de peculatu, ait, ut alii maluit, quod

Te coram fuerit, defendas, ut tuus est mos:  
 Me Capitolinus convictore usus, amicoque  
 A puero est, causaque mea permulta rogatus  
 Fecit; & incolumis lætor, quod vivit in Urbe:  
 Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud  
 Fugerit. Hic nigræ succus loliginis, hæc est  
 Ærugo mera: quod vitium procul a bore chartis,  
 Atque animo prius, ut si quid promittere de me  
 Possum aliud, vere promitto. Liberius si  
 Dixero quid, si forte jocosius, hoc mihi juris  
 Cum venia dabis. Insuevit pater optimus hoc me,  
 Ut fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.  
 Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque  
 Viverem uti contentus eo, quod mi ipse parasset.  
 Nonne vides, Albi ut male vivat filius? atque  
 Barrus inops? magnum documentum, ne pa-  
 triam rem

Perdere quis velit. A turpi meretricis amore  
 Cum deterreret, Sestani dissimilis sis:

coronam a statu Jovis au-  
 ream detraisset, tamen, cor-  
 ruptis iudiciis, est absolutus.

*Defendas.* Non dubito  
 quin eum sis defensurus; quin  
 dicas te cum illo communi  
 mensa usum esse, &c.

*Sed tamen, &c.* His ver-  
 bis Horatius indicat homi-  
 nem, qui per ambages, &  
 clara de alterius fama detra-  
 hit: qui laudat eum princi-  
 pio, quem ad extremum ac-  
 cusat, & carpit, ut iste Pe-  
 gilli amicus. Hæc, inquit Ho-  
 ratius, homines carpenti ra-  
 tio, per simulationem amicit-  
 iæ, merum est odium, omni  
 atramento, & succo loliginis  
 nigrius, mera est invidia. Lo-  
 ligo est piscis quidam, suc-  
 cum atrum in aquam effun-  
 dens ore, ut a piscatoribus  
 videti, & capi possit.

*Ærugo.* Tabes quædam  
 est ut corrodens, ut rubigo

ferrum. Hæc maledicentiæ,  
 quæ simulatione benevolen-  
 tiæ tegitur, pestis est amicit-  
 iæ, & vitium certissimum,  
 ut ærugo æris.

*Prius.* Quam a chartis ab-  
 futurum.

*Ut si quid, &c.* Ut pro-  
 mitto, si quid possum, &c.  
 tam bona, & certa fide pro-  
 mitto, quam quod optima.

*Insuevit.* Ea re me insue-  
 vit. Quidam legunt, *insevit*  
*hoc mi:* eos mihi mores in-  
 generavit.

*Ut fugerem, &c.* Ordo  
 est; ut fugerem vitiorum qua-  
 que, ea notando exemplis.

*Male vivas.* Vitam ægre  
 sustentet, enecetur fame.

*Inops.* Subaudi, sit, vel  
 vivat, quæ vox est in priore  
 versu.

*Dissimilis.* Subaudi, in-  
 quiebat.

Ne sequerer mœchas, concessa cum Venere uti  
 Possẽm; deprehensi non bella est fama Treboni,  
 Aiebat; Sapiens, vitatu, quidque petitu  
 Sit melius, causas reddet tibi; mi satis est, si  
 Traditum ab antiquis morem servare, tuamque  
 Dum custodis eges, vitam famamque tueri  
 Incolumem possim: simul ac duraverit ætas  
 Membra, animumque tuum, nabis sine cortice.

Sic me

Formabat puerum dictis, & sive jubebat  
 Ut facerem quid, habes auctorem, quo facias hoc,  
 Unum ex iudicibus selectis objicebat,  
 Sive vetabat: an hoc inhonestum, & inutile factu,  
 Necne sit, addubites, flagret rumore malo cum  
 Hic atque ille? Avidos vicinum funus ut ægros  
 Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit;  
 Sic teneros animos aliena opprobria sæpe  
 Absterrent vitiis. Ex hoc ego sanus ab illis  
 Perniciem quæcumque ferunt, mediocribus, &  
 queis

*Concessa Venere.* Legitimis, & honestis nuptiis.

*Deprehensi.* In adulterio, in stupro.

*Sapiens, &c.* Philosophus aliquis causas tibi, & rationes dabit, cur hæc fugienda, illa optanda sint, ego, qui Philosophus non sum, exemplis id faciam, juxta morem nobis ab antiquis traditum.

*Duraveris.* Corroboraverit.

*Nabis sine cortice.* Per te sine meo adminiculo, virtutem coles. Metaphora ducitur a pueris, qui corticis ope, ac suberis, natare discunt.

*Habes auctorem.* Habes aliquem, inquiebat meus pater, cujus auctoritate, & exemplo, possis hoc recte, &que honeste facere, statimque mihi proponebat aliquem e probatissimis iudicibus. Cum vero quid vetabat, ne facerem: num dubitare potes,

ajebat, an hoc inhonestum, & inutile sit, necne, cum ob eam rem male audiat hic, atque ille, &c.

*Selectis.* Quotannis ab Urbano Prætorum deligebantur viri optimi ex omnibus ordinibus, qui iudicia exercerent, ipsumque adjuverent.

*Avidos, &c.* Famelicos, & a cibo vix sibi temperantes. Quemadmodum terreni ægroti, audita morte vicini alicujus, & a cibis abstinere hoc exemplo docentur, ita alienis exemplis, vitiisque adollescentes a vitiis avocantur.

*Ex hoc.* Ex hac mei patris institutione prudentissima, & disciplina, ego sanus sum, id est, immunis a vitiis graviosibus, quæ pestem hominibus presentissimam afferunt.

M 3

14

Ignoscas, vitiis teneor. Fortassis & istinc  
 Largiter abstulerit longa ætas, liber amicus,  
 Consilium proprium. Neque enim cum lætulus,  
 aut me

Porticus excepit, desum mihi: rectius hoc est,  
 Hoc facies, vivam melius: sic dulcis amicis  
 Occurram: hoc quidam non belle: nunquid  
 ego illi

Imprudens olim faciam simile? Hæc ego mecum  
 Compressis agito labris: ubi quid datur otij,  
 Illudo chartis. Hoc est mediocribus illis

Ex vitiis unum, cui si concedere uolis,  
 Multa poetarum veniet manus, auxilio quæ  
 Sit mihi (nam multo plures sumus) ac veluti te  
 Judæi, cogemus in hæc concedere turbam.

*Instinc, &c.* Plurimum emendabit, & detrahet ex his levioribus meis vitiis ætatis accessio, amici libera monitio, &c.

*Consilium, &c.* Meditatio mea, & animadversio, qua me admoneo ipse & emendo.

*Porticus.* Erant multæ in Urbe porticus, in quibus confabulari, opacum frigus captare, spatium mos erat.

*Desum mihi.* Me ipse admoneo, & erudio.

*Amicis occurram.* Cum amicis versabor.

*Non belle.* Subaudi, facit.

*Illudo chartis.* Scriptito,

ludo in chartis, id est, compono aliquid, quod edam in vulgus, Satyras condo.

*Concedere.* Ignoscere.

*Judæi, &c.* Judæi, qui erant Romæ, plurimos ad veri Numinis cultum, & religionem suam pertrahebant. Eos vocabant ipsi Proselytos, a voce Græca, quasi perductos, nempe ad veram religionem.

*Concedere.* Venire. Cogemus te in nostrum numerum venire, id est, aut Poetam esse, aut certe Poetis favere, insectari præterea Satyricos, ut facia.



## SATYRA V.

Anno U. C. 713. missi ab Senatu Mæcenas, Cocceus  
 jus, & Capito fuerant Brundisium, ut M. An-  
 tonium, qui urbem hanc obsidebat, cum Octavio  
 Cesare in gratiam revocarent. Eos Horatius as-  
 secutus, cum iisdem Brundisium perrexit. Descri-  
 bit hoc suum iter, & facetis narratiunculis, ut  
 flosculis, adspersit.

**E** Gressum magna me excepit Aricia Roma  
 Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus  
 Græcorum longe doctissimus. Inde Forum Appi  
 Differtum nautis, cauponibus atque malignis.  
 Hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos  
 Præcinctis, unum. Minus est gravis Appia  
 tardis.

Hic ego propter aquam, quod erat deterrima,  
 ventri

Indico bellum, cœnantes haud animo æquo

*Aricia*: Oppidum, in via  
 Appia, per quam Roma iter  
 est Brundisium.

*Comes*. Subaudit, erat.

*Forum Appi*. Forum Ap-  
 pii erat oppidum, in eadem  
 via, quo mercatores solebant  
 frequenter convenire.

*Differtum, &c.* Plenum  
 nautis, & malignis, idest,  
 perfidis cauponibus, qui via-  
 tores nummis emungunt, &  
 iniquum lucrum ex omni re  
 querunt.

*Hoc iter*. Roma ad Forum  
 Appii.

*Divisimus*. In duos dies,  
 biduo conficimus.

*Altius, &c.* Iis qui altius  
 sunt præcincti, quam nos era-  
 mus, idest, qui sunt magis  
 expediti, & strenui, ut con-  
 tra discinctus, aut laxius de-

missusque præcinctus, igna-  
 vum, & mollem significat  
 lib. Epod. Od. 1.

*Unum*. Unius diei iter,  
 quod uno die confici solet.

*Minus gravis*. Propter ho-  
 spitiorum frequentiam, aut  
 quia multis in locis, ut nunc  
 etiam est, aspera declivisque  
 festinantibus incommodabat.

*Appia*. Ita vocata est hæc  
 via ab Appio Claudio cæco  
 Censore, qui eam lapide stra-  
 verat.

*Tardis*. Lentius ambulau-  
 tibus.

*Hic*. In Appii foro.

*Ventri, &c.* Abstineo a  
 cœna. Abstinerere vino coge-  
 batur, propter oculorum lip-  
 pitudinem, aquam bibere non  
 poterat, quia erat deterrima.

*Haud animo æquo*. Ægre.

M 6 Comi-

Expectans comites. Jam nox inducere terris  
Umbras, & Cælo diffundere signa parabat.  
Tum pueri nautis, pueris convicia nautæ  
Ingerere: Hunc appelle; trecentos inferis, ohe  
Jam satis est. Dum æs exigitur, dum mula  
ligatur,

Tota abit hora. Mali culices, rauxque palustres  
Avertunt somnos. Absentem cantat amicam  
Multa prolurus vappa nauta, atque viator  
Certatim. Tandem fessus dormire viator  
Incipit; ac missæ passum retinacula mulæ  
Nauta piger saxo religat, stersitque supinus.  
Jamque dies aderat, cum nil procedere lintreæ  
Scimus: donec cerebratus profilit unus,  
Ac mulæ nautæque caput lumbosque saligno  
Fuste dolat: quarta vix demum exponimur hora.

*Comites.* Eos quibuscum  
Feroniam cymba iturus erat,  
ut fieri solet in publicis lin-  
tribus. Ibat autem per ca-  
nalem, idque fere noctu, ut  
Strabo testatur.

*Signa.* Stellas, signa Cæ-  
lestia.

*Pueri. Servi.*

*Ingerere.* Cœperunt affa-  
bim & large dicere.

*Huc appelle.* Huc applica  
cymbam, littori admove. Sic  
nautas alloquantur servi a do-  
minis præmissi, ut locum in  
cymba ipsis paulo post ventu-  
ris fervari juberent; unde  
conqueruntur de nautis, quod  
nimis multos in lintrem ad-  
mittunt. Erat autem forum  
Appi ad ripam Pomptinæ pa-  
ludis, cui se committebant,  
qui navigare, quam facere  
iter terra mallent.

*Jam satis est.* Jam satis  
multi ante in lintrem sunt  
admissi.

*Æs.* Pecunia nautis dari  
solita: nautura.

*Ligatur.* Nautico fune lin-

tri alligatur, ut eam adven-  
sa aqua traheret.

*Avertunt, &c.* Nobis lin-  
trem ingressis.

*Mulæ, &c.* Vino malo  
& acescente madidus, potum  
largiter.

*Viator. Vektor;* isti, quæ  
cymba ferebantur.

*Ac missa, &c.* Mulam  
nauta solvit, eamque in pro-  
ximum præcum dimittit pa-  
ssum, idest, ut herbam pa-  
scat: mox ejus retinacula,  
seu funem, quo antea fuerat  
cymba alligata, ad saxum al-  
ligat, ne aberrat mula lon-  
gus.

*Cerebratus.* Iracundior.

*Profilit.* E lintre.

*Dolat.* Verberat.

*Quarta hora.* Nempe quar-  
ta post ortum Solis. Diem  
enim, ab ortu Solis ad occa-  
sum, duodecim horis totum  
semper metiebantur: quæ ho-  
ræ breviores erant hyeme,  
æstate longiores.

*Exponimur.* In littus de-  
scendimus e cymba.

La-

Ora, manusque tua lavimus, Feronia, lympha.  
 Millia tum pransi tria repimus, atque subimus  
 Impositum faxis late candentibus Anxur.  
 Huc venturus erat Mœcenus optimus, atque  
 Coccejus, missi magnis de rebus uterque  
 Legati, averfos soliti componere amicos.  
 Hic oculis ego nigra meis collyria lippus  
 Illinere. Interea Mœcenus advenit, atque  
 Coccejus, Capitoque simul Fontejus, ad unguem  
 Factus homo, Antoni, non ut magis alter,  
 amicus.

Fundos Aufidio Lusco Pratore libenter  
 Linqvimus, infani ridentes præmia scribæ;

*Lavimus.* Ea vox temporis est præsentis, ab antiquo, lavo, lavis, lavit. Fontes sacros existimabant: itaque religionis causa Horatius, & comites aqua Feroniæ manus laverunt, & ora.

*Feronia.* Nympha fuit, a libertis præcipuo in honore habita: in cuius templo pileum, libertatis insigne, raso capite, accipiebant. Fons illi dicatus, & sylva prope Terracinam erat.

*Millia tria.* Subandi, passuum; spatiosa sunt leuca Gallicæ.

*Repimus.* Ægre ascendimus; quia Anxur monti impositum, & quia nos recens pransi.

*Late candentibus.* Quæ procul apparent, ob candorem, & altitudinem. Anxur est oppidum Italiæ, in monte positum: ubi Jupiter, nomine Anxuris, sive Auxuris, idest, imberbis colebatur: nunc Terracina dicitur.

*Coccejus.* Coccejus Nerva, Nervæ Imperatoris avus, celeberrimus erat jurisconsultus.

*Averfos.* Dissidentes.

*Hic.* Tunc.

*Collyria.* Oculorum quædam medicamenta, quibus illinuntur, ad humorem siccandum, quo laborant lippi.

*Capitoque, &c.* Et una cum illis Fontejus Capito.

*Ad unguem factus.* Homo scitus, elegans, perfectus, ac politus. Ducta metaphora e marmoratis, qui marmora tam perfecte jungunt, ut superinducto ungui commissuræ marmorum deprehendi non possint.

*Non ut, &c.* Ut non alius esset magis Antoni amicus.

*Fundos, &c.* Præterimus urbem Fundos (est oppidum in via Appia) in qua erat Prætor Aufidius Lusca, idest, summum Magistratum gerebat, & jus dicebat; ridentes hominem superbum, qui cum in eo municipio fuisset paulo ante scriba (nam in ejusmodi oppidis scribæ fere Prætores evadebant) Prætoris suæ insignia ostentabat.

*Prætor.* Magistratus, qui jus dicebat, ita dictus, quod juri dicendo præset, vel quod præiret.

*Scriba.* Scriba is est, qui



Prætextam, & latum clavum, prunæque batillum &  
 In Mamurrarum lassæ deinde urbe manemus,  
 Muræna præbent domum, Capitone cultivam.  
 Postera lux oritur multo gratissima; namque  
 Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliusque  
 Occurrunt, animæ, quales neque candidiores  
 Terra tulit, neque quis me sit devinctior alter;  
 O, qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!  
 Nil ego contulerim jucundo sanus amico.  
 Proxima Campano Ponti quæ villula, tectum  
 Præbuit; & parochi, quæ debent, ligna saleque.

res publice gestas, jubente Magistratu, scribit, in concione recitat, refert in æta.

*Prætextam*. Togam Prætoriam, cujus limbus erat prætextus purpura.

*Latum clavum, &c.* Erat latus clavus tunica, cujus duæ partes ante pectus jungebantur fibulis, & erant tænia quadam purpuræ assuta ornata. In lato clavo, tænia latior erat, in angusto clavo, angustior. Quidam globulos fericos, qui tanquam clavi, seu clavorum capita prominerent, in veste additos ad ornatum fuisse volunt; & hinc vestem Laticlaviam dictam, si latiores forent globuli; Angusticlaviam, si minores. Lato clavo soli Senatores, & Patricii utebantur. Per prunæ vero batillum intelligitur vasculum quoddam, in quo prunæ, sive carbones, ad incendendos odores, & suffigum, ponebantur.

*Mamurrarum urbe*. Formis, unde Mamurræ, Equites Romani nobilissimi, erant oriundi, cujus domini forte erant, quæ in urbe Muræna, & Capito domos videntur habuisse.

*Muræna, &c.* L. Licinius

Varro Muræna, frater Terentia, uxoris Mæcenatis, tectum præbebat: Capito sumptus in cœnam faciebat.

*Sinuessæ*. In urbe Sinuessæ, quæ est ad fluvium Lirisim.

*Quales, &c.* Tales homines, quales alios nullos terra candidiores tulit: similem orationis structuram, vide lib. Epod. Od. 5.

*Devinctior*. Amicior, obligatior.

*Nil ego, &c.* Si sapiam, nihil cum amico jucundo comparaverim, rebus illum omnibus anteposui.

*Proxima, &c.* Mansimus deinde in villula, quæ est proxima Campano Ponti (est hoc oppidulum, in eadem Appia via.)

*Parochi*. Certi homines erant, qui Legatis Populi Romani, & Magistratibus iter facientibus, præbebant omnia, quæ hospitibus necessaria sunt; ut sale, ligna, &c. ita dicti a verbo Græco, quod significat, præbere, quasi præbitores. Copiariorum Latino vocabulo dictos esse testatur Porphyrius, qui copiam rerum omnium suppeditabant.

*Mine.*

Hinc muli Capuz clitellas tempore ponunt.  
 Lusum it Moxenas, dormitum ego, Virgiliusque:  
 Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis.  
 Hinc nos Coccei recipit plenissima villa,  
 Quæ superest Caudi cauponas. Nunc mihi paucis  
 Sarmenti scurræ pugnam, Messique Cicerri,  
 Musa, velim memores, & quo patre natus uterque  
 Contulerit lites. Messî clarum genus Osci;  
 Sarmenti domina extat. Ab his majoribus orti,  
 Ad pugnam venire. Prior Sarmentus: Equi te  
 Esse feri similem dico: ridemus, & ipse  
 Messius. Accipo: caput & movet. O! tua cornu

*Hinc.* Ex hac villula, Ponti Campano proxima, muli nostri Capuam usque perrexerunt, ubi clitellas tempore, idest tempestive, ante noctem, deposuerunt. Capua, urbs olim Italiae amplissima, & Romæ amula, non procul Neapoli.

*Namque pila, &c.* Nam est noxium pila ludere iis, qui stomachi cruditate laborant: vehemena enim exercitatio, qualis est in hoc ludo, nocet plurimum male cibos digerentibus. Noxium etiam est ludere pila iis, qui lippi sunt, quod in eo ludopotissimum oculis laborandum est, & enkendum, ut pila observetur, excipiatur belle, ac remittatur.

*Plenissima.* Locupletissima, ubi nihil deficit.

*Quæ superest, &c.* Quæ est supra cauponas Caudi, pro Caudii. Est autem Caudium vicus, quatuor fere leucis Benevento distans.

*Scurra.* Est scurra is qui risum salibus, & dictis insulsius movet.

*Musa, &c.* Facete Musas, quasi rem magnam dicturus, invocat.

*Contulerit lites.* Digladiatus cum socio sit, rixam inierit ac pugnam.

*Messî, &c.* Ordo est: Osci sunt clarum genus Messii, Messius ortus est e regione Ostorum. Erat illa natio vilissima, in Campania Italica, ejusque & sermo, & mores inquinatissimi.

*Domina &c.* Hera, cujus fuit servus Sarmentus, adhuc vivit. Ab ea fugiens ille, ad Augustum se contulerat, cujus scurra deinde fuit.

*Accipio.* Accipio provocationem; paratus sum reponere, quod ultimum gestu potius, quam verbis expressit, caput movendo, quod minitantis est.

*Qua, &c.* Hæc dicit Sarmentus, qui, cum videret minitatem sibi Messium, & caput moventem: O, inquit quid faceres, nisi haberes cornu in fronte exsectum, & præcisum, siquidem ita mihi capite minitaris, licet sis mutilus, & exsecto cornu.

*Cornu.* Ita vocat tuberculum aliquod majus, & papulam turpem, in sinistra parte frontis Messii extantem instar cornu, quam ille fecundam,

Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, cum  
Sic mutilus minitaris? At illi fœda cicatrix  
Setosam lævi frontem turpaverat oris.

Campanum in morbum, in faciem permulta  
jacatus,

Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat:

Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.

Multa Cicerrus ad hæc: donasset jamne catenam

Ex voto Laribus, quærebat: scriba quod esset,

Deterius nihilo dominæ jus esse: rogabat

Denique, cur unquam fugisset: cui satis una

Farris libra foret gracili sic, tamque pufillo.

Prorsus jucunde cœnam produximus illam.

Tendimus hinc recta Beneventum, ubi sedulus  
hospes

dam, & abstergendam quo-  
quo modo curaverat.

*Setosam*. Capillis fœde hirsutis horrentem.

*Campanum*. Ejusmodi papulis, & turpi morbo Campani vulgo laborabant, ob intemperantiam.

*Pastorem*, &c. Rogabat Messium, ut saltaret pastorem Cyclopem, idest, ut Polyphemum saltando imitaretur, eum illi esse simillimum ob oris deformitatem, & corporis proceritatem. De Polyphemo consule Virgil. lib. II. *Æneid*.

*Cothurnis* Erant calcei altiotes: quibus utebantur actores Tragicæ. Polyphemi autem historia sæpe in Tragediis acta erat.

*Donasset*. &c. Quærebat a Sarmento, num donasset Diis Laribus catenam, qua olim victus fuisset, cum servus in agro, pro more, opus faceret; quærebat, num libertatem denique adeptus esset; sic illum esse fugitivum servum arguebat. Solebant, qui artem aliquam, aut vitæ ge-

nus deponebant, ejus instrumenta, & insignia, cuiuspiam Deo consecrare. Laribus autem, Diis domorum custodibus, decebat servum suas catenas consecrare.

*Scriba*, &c. Et si esset Sarmentus scriba, tamen ipsius dominam nihil idcirco de jure suo amisisse, quod in ipsum, ut in suum servum haberet.

*Fugisset*. E domo sua dominæ.

*Farris*. *Panis*. Fugiebant servi durius a dominis habitati, quippe contenti non erant una sarris libra in dies singulos, quod erat servorum diarium, idest diurnum demensum, & portio. Negat igitur causam fuisse Sarmento fugiendi, quod facile contentus esse poterat farris libra, quippe homo tam exiguo, & gracili corpore.

*Produximus*. In longum duximus, extraximus, ob istam Messii, & Sarmenti libertatem ridiculam.

*Beneventum*. Urbs ampla Italiae, in Samnitibus:

*Sedug*.

Pene arsit, marcos dum turdos versat in igne.  
 Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam  
 Vulcano, summum properabat lambere tectum.  
 Convivas avidos cœnam, fervosque timentes  
 Tum rapere, atque omnes restinguere velle  
 videres.

Incipit ex illo montes Apulia notos  
 Ostentare mihi, quos torret Atabulus, & quos  
 Nunquam erepsimus, nisi nos vicina Trivici  
 Villa recepisset, lacrymoso non sine fumo,  
 Udos cum foliis ramos urente camino.  
 Quatuor hinc rapimur viginti & millia rhedis,  
 Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est,  
 Signis perfacile est. Venit vilissima rerum  
 Hic aqua, sed panis longe pulcherrimus, ultro  
 Callidus ut soleat humeris potare viator;  
 Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior urna;

*Sedulus.* Officiosus, & strenuus.

*Arsis.* Hospitem arsisse dicit, pro domo hospitis.

*Versat.* Idem, ad ignem astat.

*Veterem.* Vetustate patriam, & siccam.

*Ex illo, &c.* Ex urbe Beneventi, ex ejus agris apparere incipiunt montes Apuliam.

*Notos.* Quia Horatius erat Appulus.

*Atabulus,* Ventus Apuliam infestus, & damnosus; est enim, teste Plinio lib. 17., frigidissimus. Sic appellatur a voce Græca, quæ damnum significat. Frigus autem adurit, teste Virgilio, quia res perinde exsiccatur, & maceratur, ac si assent ustra.

*Erepsimus, &c.* Erepsissimus, superassimus, quasi rependo, nisi substitissimus Trivici, quod oppidum est in finibus Campaniæ.

*Lacrymoso.* Quia fumus lacrymas exprimit.

*Quatuor, &c.* E Trivici villa celeriter vestii sumus rhedis, confecimusque quatuor & viginti millia passuum.

*Oppidulo.* Vocabatur Equotutium.

*Non est.* Non licet. Equotutium enim, propter mediam syllabam longam in Hexametro versu locum habere non potest.

*Signis, &c.* Facile est illud oppidum signis, idest, indicibus quibusdam dicere, & indicare. Nempe ibi venit, hoc est, venditur aqua, quæ rerum omnium est alibi vilissima, idest, minimo, aut nullo pretio parabilis.

*Callidus, &c.* Adeo ut viatores, qui per Equotutium iter habent, soleant inde panes auferre, & imponere humeris.

*Canusi.* Canusium est oppidum Apuliam.

*Lapidosus.* Durus, male coctus, & stomacho gravis est panis Canusii.

*Aqua;*

Qui locus a forti Diomede est conditus olim.  
 Plentibus hinc Varius discedit inœstus amicis.  
 Inde Rubos fessi prevenimus, utpote longum  
 Carpentem iter, & factum corruptius imbri.  
 Postera tempestas melior, via pejor, adusque  
 Bari mœnia piscosi; Dehinc Gnatia, lymphis  
 Iratis extracta dedit risusque jocosque;  
 Dum flamma sine thura liquefcere limine sacro  
 Persuadere cupit. Credat Judæus Apella,  
 Non ego: namque Deos didici securum agere  
 ævum:

Nec, si quid miri faciat natura, Deos id  
 Tristes ex alto Cœli demittere recto.  
 Brundisium longæ finis chartæque, vizque:

*Aquæ, &c.* Non est major aquæ copia Canusi, quam Equotutii, vel non salubrior.

*Qui locus.* Canusium.

*Diomede.* Tidei filio, duce Græcorum fortissimo: qui, Troja incensa, cum delatus fuisset tempestate in Apuliam, multas urbes ibi condidit.

*Rubos.* Rubi, urbs Canusio distans decem admodum leucis.

*Tempestas.* Dies, & cœli facies.

*Bari.* Barium est urbs Apulia, ad mare.

*Gnatia.* Civitas inter Barium & Brundisium, ubi magna est aquæ dulcis penuria; unde iratis lymphis extracta dicitur quasi lymphæ, idest aquæ dulces, illi loco insensæ, ab eo procul fugissent.

*Dum flamma, &c.* Ordo

est; dum cupit nobis persuadere thura, in sacro limine, idest in templi aditu posita, liquefcere sua sponte, & flammam concipere sine igne, nullo igne admoto.

*Apella.* Nomen cujusdam Judæi, Romæ tunc noti. In Judæorum porro libris leguntur ejusmodi prodigia, de sacrificiis, & victimis, ignem sua sponte concipientibus; quæ causa fuit, cur hoc Judæis persuaderi posse diceret Horatius, non sibi.

*Securum.* Sine cura rerum humanarum.

*Tristes.* Solicitos, aut iratos hominibus.

*Brundisium.* Urbs ampla Calabria, & maritima, in extrema Italia, qua spectat Græciam, & Orientem.

Non

## SATYRA VI.

*Laudat Mæcenatem, qui nobilitatem, non ut vulgus in splendore generis poneret, sed in virtute, cujus beneficio conciliatam sibi ejusdem Mæcenatis amicitiam, & familiaritatem gloriatur. Pauca subjicit de sua per optimum parentem institutione, ac de fructibus privatæ vitæ, quæ ab honorum, & opum ambitione disjuncta sit.*

**N**on quia, Mæcenas, Lydorum quidquid  
Etruscos

Incoluit fines, nemo generosior est te;  
Nec, quod avus tibi maternus fuit, atque paternus,

Olim qui magnis legionibus imperitarint,  
Ut plerique solent, naso suspendis adunco  
Ignotos, ut me, libertino patre natum;  
Cum referre negas, quali sit quisque parente  
Natus, dum ingenuus, persuades hoc tibi vere,

*Non quia.* O Mæcenas, non ideo suspendis naso adunco, id est, irrides, & contemnis ignotos, hoc est, ignobiles, quia Lydorum quicumque Etruriam incoluerunt, nemo te generosior, id est, nobilior est.

*Lydorum.* Lydi, Asiae minoris natio, venerunt in Italiam, duce Tirrheno, Herculis vel filio, vel nepote; ubi varias urbes aut incoluerunt, aut con siderunt.

*Legionibus.* Exercitibus. Legio proprie erat pars exercitus, Romanos milites complectens ad summum 6000. interdum pauciores; Cohortes in ea decem, manipuli triginta.

*Naso suspendis.* Qui alicquem irridet, solent nasum attolleré, & illo quasi homi-

nem jactare. Acutus, & adun-  
cus nasus fertur esse signum  
dicacis indolis.

*Libertino.* Libertinus est filius liberti. Libertus est servus donatus libertate.

*Cum referre.* &c. Quia dicis nihil interesse, parvi esse momenti.

*Dum ingenuus.* Modo sit ingenuus. Est autem ingenuus interdum, qui patre libero non servo natus est: in hoc loco, is qui honestus, & probus moribus est.

*Persuades.* Habes hoc persuasum, idque vere, antequam Servius Tullius Romæ regnaret, multos homines optos majoribus nullis, id est nullius nominis, & pretii, & fuisse probos, & maximis ornatos magistratibus.

*Ignor-*

Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum,  
 Multos saepe viros nullis majoribus ortos,  
 Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos:  
 Contra, Lavinum Valeri genus, unde Superbus  
 Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis  
 Non unquam pretio pluris licuisse, norante  
 Iudice, quem nosti, populo: qui stultus honores  
 Sape dat indignis, & famæ servit ineptus,  
 Qui superet in titulis, & imaginibus: quid oportet

*Ignobile regnum.* Servius Tullius, ignobilis & obscuro loco natus, ancillæ filius, Tarquini Prisci gener; Rex Romanorum sextus fuit.

*Contra &c.* Ordo, & sensus est, contra vero Lavinum Valerium, Valerii genus, idest, filium P. Valerii Publicolæ, unde, hoc est, a quo Valerio Publicola Tarquinius Superbus regno pulsus fuit, non unquam pluris æstimatum fuisse, quam unius assis pretio, idest nihili habitum fuisse, etiam populi iudicio, qui licet famæ ferviat, in ea re tamen sapiens, & iustus fuit.

*Pulsus fuit.* A L. Junio Bruto, & Tarquinio Collatino, pulsus quidem fuit Superbus: sed cum abrogata dignitas Collatino fuisset, susceptus est ei P. Valerius Publicola, qui, ne restitueretur Tarquinius Superbus, in primis laboravit.

*Licuisse.* Proprie licere merx aliqua dicitur, quæ venditur in auctione, & pluris licitanti addicitur: hic sonat, valuisse.

*Norante.* Notare, hic est ignominiam notam, & labem inurere.

*Fama servit.* Majorum illustrium potius, quam virtutis, rationem habet.

*Qui superet.* Qui veteris militiæ alicujus titulos, & imagines cereas, quas nobiles in atrio collocatas habebant, emittatur.

*Quid oportet, &c.* Si populus de Lavino tam sapienter judicavit; nonne magis nos id facere decet, ac solam nobilitatem in virtute ponere? Esto enim, supponamus populum, pro sua inconstantia, & stoliditate, maluisse deferre honorem, idest, Consulatum Lavino nobili, & improbo, quam P. Decio Muri, qui homo novus erat, idest, nullis majorum honoribus insignis, &c. Subaudiendum est, an idcirco deterior fuisset P. Decius, an Lavinus honestior, & sanctior? An ego nequior forem, si Senatu motus essem, quia non essem ingenuus? minime sane. Ex eo concludit Poeta, populi iudicium esse contemnendum: quod tamen, inquit, pauci faciunt: omnes enim, & nobiles, & ignobiles, famæ, & gloriæ servant, eos gloria quasi captivos, & suo currui alligatos trahit. Quid illi tamen ex hac ambitione, & gloriæ cupiditate assequantur? nihil præter curas majores, invidiam, &c. quod probat exemplo Tullii. Hic germanus est loci,

Nos facere, a vulgo longe, lateque remotos?  
 Namque esto, populus Lævino mallet honorem  
 Quam Decio mandare mox, Censorque moveret  
 Appius, ingenuo si non effem patre natus;  
 Vel merito, quoniam in propria non pelle  
 quiessem:

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru  
 Non minus ignotos generosis. Quo tibi, Tullī;  
 Sumere depositum clavum, fierique Tribunum?  
 Invidia accrevit, privato quæ minor esset.  
 Nam ut quisque insanus nigris medium impe-  
 diit crus  
 Pellibus, & latum demisit pectore clavum,

Isel, a nemine, (quod sciam) bene explicati, sensus.

*Decio.* P. Decius Mus. Consul factus, bello Latino circa annum U. C. 514. cum T. Manlio Posthumo multa praclare gessit.

*Censorque.* Si me v. g. Senatoribus adscriptum Appius Censor loco moveret, idest, Senata expelleret, ob eam causam unam, quod ingenuo patre natus non essem: quod quidem merito faceret, ut me plesteret nimirum, quod meæ conditionis oblitus, in altiore gradum ascendere temere voluissem. Est libertinus liberti filius: ingenuus vero, filius libertini. Erat quidem Horatius ingenuus; at eius pater non item.

*Appius.* P. Appius Claudius Censor insigni severitate fuit: Erat autem Censorum munus, civitatis mores emendare, &c.

*Pelle.* Ducitur metaphora ab asino Æsopico, qui cum leontis pellem induisset, detestus, & irrisus est.

*Trabis.* Quasi captivos, ad

currum triumphalem alligatos.

*Quo tibi, &c.* Qui tibi profuit?

*Tullī.* Vetus Interpres ait Tullium quemdam a Cæsare quod Pompejo faveret, Senatu motum fuisse; occiso vero Cæsare, dignitati pristinae restitutum, & Tribunum militum factum esse.

*Sumere.* Recipere dignitatem Senatoriam depositam; tibi ab Cæsare olim abrogatam.

*Clavum.* Latus clavus quis sit, vide in Satyra superiori.

*Tribunum.* Alii erant tribuni plebis, qui magistratus Urbanus erat, rationibus populi consulentes: alii tribuni militum, qui jus militi dicebant, sex in unaquaque legione.

*Privato.* Quia minus laborates, si privatus fores.

*Insanus.* Stulte ambitiosus.

*Nigris, &c.* Calcei Senatorum ex aluta nigra, seu pelle hœdina, confecti erant, & ad medium usque crus loris revinctebantur.

*Audit.*



Audit continuo; Quis homo hic est? quo patre natus?

Ut si qui ægrotet, quo morbo Barrus, habet  
Et cupiat formosus; eat quacumque puellis  
Injiciat curam quærendi singula, quali  
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo;  
Sic qui promittit, cives, Urbem sibi curæ,  
Imperium fore, & Italiam, & delubra Deorum  
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,

Omnes mortales curare, & quærere cogit,  
Tunc Syri, Damæ, aut Dionysi filius, audes  
Dejicere e saxo cives, aut tradere Cadmo?  
At Novius collega gradu post me sedet uno:  
Namque est ille, pater quod erat meus. Hoc  
tibi Paulus,  
Et Messala videris? At hic, si plaustra ducenta,

*Audit.* Percontantes quolibet e populo.

*Ut si quis, &c.* Quemadmodum, si quis ægrotet eodem morbo, quo Barrus ægrotat, eo nempe, ut formosus, & elegans haberi velit.

*Eas &c.* Ordo est, quemadmodum si quis ut Barrus, velit pulcher existimari injiciat, id est injicere, & afferre solet puellis quærendi &c. quo conferat &c.

*Sura.* Pars posterior cruris est, anterior tibia dicitur.

*Tunc, &c.* Voces populifunt, indignitatis hominem aliquem obscuro loco natum, ad Consulatum, & honores evehi.

*Syri, &c.* Syrus, Dama, &c. nomina sunt vel ficta, vel vera, hominum ignobilium; vulgo solebant servi his nominibus appellari.

*E saxo.* Tarpejo, seu Capitolino, ex quo interdum præcipites agebantur gravio-

rum criminum rei.

*Cadmo.* Nomen est carnificis; ea tempestate noti.

*At Novius, &c.* Respondet ille ignobilis Syri, aut Damæ filius, se quidem esse ignobilem, at Novium tamen, collegam suum se esse ignobiliorum uno gradu, quia nimirum libertus est, cum ipse sit libertinus.

*Quod eras.* Nimirum libertus, id est, servus manumissus.

*Hoc tibi &c.* Respondet Horatius, vel quilibet alius e populo: An hoc nomine, an idcirco quia tuus collega ignobilior te uno gradu est, videris tibi Paulus aliquis, vel Messala? Paulus Æmilius, & Valerius Messala, cives fuere apud Romanos nobilissimi, & omnes honores adepti.

*At hic, &c.* Saltem iste Novius valet voce, quæ potest superare murmur editum & ducen-

Concurrantque foro tria funera, magna sonabit,  
Cornua quod vincatque tubas, saltem tenet hoc  
nos:

Nunc ad me redeo, libertino patre natum,  
Quem rodunt omnes libertino patre natum,  
Nunc quia, Mœcenas, tibi sum convictor; at  
olim,

Quod mihi pareret legio Romana Tribuno,  
Dissimile hoc illi est: quia non, ut forsan,  
honorem

Jure mihi invidet quisvis, ita te quoque amicum,  
Præsertim cautum dignos assumere, parva  
Ambitione procul. Felicem dicere non hoc  
Non possum casu, quod te fortitus amicum:  
Nulla etenim mihi te fors obtulit. Optimus olim

ducentis, idest, multis plau-  
stris, & a tibiis, tubisque tri-  
um funerum.

*Concurrans.* Conveniant,  
simul confluant variis e locis.

*Funera.* Ea per forum de-  
duci, ubi frequens populus  
erat, solebant.

*Magna sonabit.* Neutrum  
plurale, pro adverbio, alte  
clamabit.

*Sonabit quod vincat.* Vo-  
cem emittet, quæ vincat &c.

*Tubas.* Illæ in funeribus  
adhibitæ, cum tibiis, can-  
tu, &c.

*Tenet &c.* Delectat, ca-  
pit, hoc persuadet nobis il-  
lum esse Consulatu non in-  
dignam quamvis ignobilem.  
Ridicula ratio, ex qua popu-  
li stoliditas intelligitur.

*Rodunt,* Carpunt, accu-  
sant.

*Nunc, &c.* Sensus est,  
me, quem nunc ideo mor-  
dent omnes, cui generis igno-  
bilitatem objiciunt, quia ti-  
bi sum familiaris, & assiduus  
conviva, mordebant olim,  
quia eram Tribunus militum.

*Dissimile, &c.* Hoc vide-  
licet fuisse Tribunum milita-  
rem, non est idem atque il-  
lud, scilicet tibi nunc esse fa-  
miliarem, & amicum quis  
non est causa, cur quispiam  
invidet mihi, & indignetur.  
quod tuus sis amicus, quam-  
vis fors, idest, fortasse, ho-  
norem Tribunatus mihi jure  
posset invidere. Indignis enim  
sæpe honores contingunt, at  
tu cautus es, idest, prudens,  
& consideratus ad eos tantum  
in amicitiam assumendos &  
asciscendos, qui ea digni sint,  
neque ullæ in amicis eligen-  
dis rationem dignitatis, aut  
favoris habes.

*Felicem, &c.* Quia felici-  
tas fortunæ effectus est, non  
judicii, & meriti argumen-  
tum. Non adscribo igitur  
tuam amicitiam, fortunæ fe-  
licitati, sed judicio tuo, &  
meis quibusdam meritis.

*Optimus, &c.* Virgilius,  
Varius olim tibi renunciarunt,  
quid essem, nempe, poeta  
non malus, &c.

Virgilius, post hunc Varius dixere, quid efferm.  
 Ut veni coram, singultim pauca locutus,  
 ( Infans namque pudor prohibebat plura profari )  
 Non ego me claro natum patre, non ego circum  
 Me Saturejano vectari rura caballo,  
 Sed quod eram, narro. Respondes, ut tuus est mos,  
 Pauca: abeo, & revocas nono post mense, ju-  
 besque

Esse in amicorum numero. Magnum hoc ego duco,  
 Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum.  
 Non patre præclaro, sed vita, & pectore puro.  
 Atqui si vitiis mediocribus, ac mea paucis  
 Mendosa est natura, alioqui recta, velut si  
 Regio insperfos reprecandas corpore nævos,  
 Si neque avaritiam, neque sordes, ac mala lustræ  
 Objiciet vere quisquam mihi; purus, & iustus,  
 ( Ut me collaudem ) si & vivo charus amicis,  
 Causa fuit pater his; qui macro pauper agello  
 Noluit in Flavi ludum me mittere: magni  
 Quo pueri, magnis e Centurionibus orti,  
 Lævo suspensæ loculos, tabulamque lacerto  
 Ibant ostionis referentes Idibus æra.

*Ut veni coram.* Ubi tuum  
 in conspectum prodii.

*Singultim.* Amputata, &  
 parum coherentia.

*Pudor.* Qui fari prohibet,  
 qui mutos reddit.

*Saturejano.* Saturejana pa-  
 licus erant in Apuliz, & Ca-  
 labria sinibus, ad urbem Sa-  
 tureum, ubi equi generosi ale-  
 bantur.

*Non patre, &c.* Quod ti-  
 bi placui, non ob meum pa-  
 trem nobilem &c.

*Atqui, &c.* Meus tamen  
 ille pater, quamvis tantum  
 libertinus, præclare me edu-  
 cavit, &c.

*Nævos.* Maculas.

*Sordes.* Vitam, & mores  
 inculcos, agrestes, impuros.

*Lustræ.* Ganea, lupanaria.

*Ut me collaudem.* Liceat  
 hæc meam in laudem pauca  
 dicere.

*His.* Istitis virtutibus, &  
 moribus meis.

*Ludum.* Scholam. Doce-  
 bat iste Flavius Venusii ar-  
 tem numerandi, legendi, &  
 scribendi, &c.

*Magni.* Nobiles.

*Centurionibus.* Centurio-  
 nes centum peditibus præe-  
 rant in exercitu. Sexaginta  
 erant in singulis legionibus.

*Lævo.* &c. Ferentes locu-  
 los, & tabulam sinistro bra-  
 chio suspensam.

*Loculos.* Crumenam, ubi  
 calculi ad numerandum.

*Tabulam.* In qua calculos  
 ponerent.

*Ostionis, &c.* Reducentes  
 æra,

Sed puerum est ausus Romam portare, docendum  
 Artes, quas doceret quivis Eques, atque Senatus  
 Semet prognatos: vestem, servosque sequentes  
 In magno ut populo si quis vidisset, avita  
 Ex re præberi sumptus mihi crederet illos.  
 Ipse mihi custos incorruptissimus omnes  
 Circum doctores aderat. Quid multa? pudicum  
 (Qui primus virtutis honos) servavit ab omni  
 Non solum factis, verum opprobrio quoque turpi;  
 Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim  
 Si præco parvas, aut, ut fuit ipse, coactor  
 Mercedem sequeretur, neque ego sum questus. Ob  
 hoc nunc  
 Laus illi deberetur, & a me gratia major?

*usura*, idest, summam certam  
 usurae proposita, ad Idus e-  
 jusdem mensis, idest, parati  
 reddere magistro rationem,  
 & summam, quam usura Idi-  
 bus pensitata redderet, v. g.  
 mille nummi, usura unciaria  
 positi, quantum conficerent  
 singulis Idibus. Appellatur  
 autem Idus octava, quia  
 inter Nonas, & Idus, dies  
 octo semper intercedebant; &  
 dies a Nonis octava dies Idu-  
 um erat. Vulgo Kalendis usura  
 solvebatur, ac eam acriores  
 fomeratores bis in mense exi-  
 gebant, primo Kalendis, tum  
 Idibus, quæ in medium in-  
 cidunt mensem. Quidam *ura*  
 explicant stipendium magistro  
 debitum.

*Puerum*. Me videlicet ad-  
 huc puerum.

*Semet prognatos*. Ex se  
 genitos, suos liberos.

*Us*. Adeo ut.

*Avita ex re* &c. Crederet  
 me avitæ fortunæ, opes  
 majorum habere magnas:  
 unde isti mihi servi, & lau-  
 tes vestes suppeditarentur.

*Circum*, &c. Mihi ope-

ram danti Magistris, aderat  
 præsens.

*Opprobrio*, &c. Turpi fa-  
 mæ providit, ut ne face-  
 rem, ut ne audirem male.

*Nec timuit*, &c. Non idem  
 me tam laute pater educavit  
 quod timeret ne essem ut  
 ipse erat, præco, vel co-  
 actor, quod me vellet aliud  
 insignis vitæ genus, & in-  
 stitutum sequi: sed id spe-  
 ctabat unum, ut essem ali-  
 quando vir probus.

*Olim*. Aliquando.

*Præco*. Is erat, qui in  
 auctione res vendendas ap-  
 pellabat, qui leges ferendas,  
 aut edicta in concione reci-  
 tabat, &c.

*Coactor*. Erat publicano-  
 rum administer, qui pecu-  
 nias, publice pendi solitas,  
 colligebat: cogo enim idem  
 est, atque colligo.

*Mercedem sequeretur*. Parva  
 mercede operam meam loca-  
 rem, pretia, & pecunias  
 exigerem.

*Ob hoc*. Quod me tam  
 sancte instituerit.

BT

NIA

Nil me pœniteat sanum patris hujus; eoque  
 Non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,  
 Quod non ingenuos habeat, clarosque parentes,  
 Sic me defendam. Longe mea discrepat istis  
 Et vox, & ratio. Nam, si natura juberet,  
 A certis annis ævum remeare peractum,  
 Atque alios legere ad fastum quoscumque parentes  
 Optaret sibi quisque; meis contentus honestos  
 Fascibus, & sellis nolim mihi sumere: demens  
 Judicio vulgi, sanus fortasse tuo, quod  
 Nollem onus, haud unquam solitus, portare mo-  
 lestum.

Nam mihi contiuo major quærenda foret res:  
 Atque salutandi plures: ducendus & unus,  
 Et comes alter, uti ne solus, rursus peregreve  
 Exirem: plures calones, atque caballi  
 Pascendi, ducenda petorrita. Nunc mihi curro

*Nil me pœniteat, &c.* Si sapiam, nihil est, quod doleam, talem mihi patrem obvenisse.

*Eoque.* Et ideo.

*Non us, &c.* Ordo est, non sic me excusabo, ac defendam ut magna pars hominum: qui affirmant sine suo dolo, id est, culpa, & vitio, factum esse, quod non ingenuos parentes, & nobiles habeant.

*Ævum remeare, &c.* Renasci. Si natura sineret nos ad initium vitæ, & originem primam redire.

*Atque alios, &c.* Ac si juberet natura eligere parentes alios, atque illos quos quisque nactus est: quicumque tandem illi essent, quos sibi quisque optaret, ac legeret, ego meos non mutarem.

*Ad fastum.* Ambitionis causa, tam nobiles & claros, quam cujusque fastus, & ambitio ferret.

*Honestos fascibus.* Consi-

lari, vel Prætoris dignitate præditos. Consulibus enim, & Prætoribus fasces a lictoribus præferbantur; his sex, illis duodecim. Erant fasces virgarum, seu bacillorum fasciculus, quo in medio securis extabat. Virgis minora delicta, securi graviora plestebantur: itaque fasces potestatis erant insigne.

*Sellis.* Majoribus Magistratibus licebat eburneam sellam in curru gestare, in eaque, cum Senatus habebatur, confidere.

*Res.* Opes, supellex, apparatus.

*Rus.* Suburbanam in villam.

*Peregre.* Procul, iter longinquum suscepturus.

*Calones.* Viliores servi, & mediastini.

*Petorrita.* Quædam vehicula, Gallis usitata.

*Curro.* Qui caudam habet decurtatam, vel male parvo.

*Taren-*

Ire licet mulo, vel si libet, usque Tarentum;  
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque equos  
armos.

Objiciet nemo sordes mihi, quas tibi, Tilli.  
Cum Tiburte via Pratorem quinque sequuntur  
Te pueri, lasanum portantes, oenophorumque;  
Hoc ego commodius, quam tu, præclare Senator,  
Multi atque aliis vivo. Quacumque libido est.  
Incedo solus: perconctor, quanti olus, ac far,  
Fallacem Circum, vespertinumque pererro  
Sæpe forum: assisto divinis: inde domum me  
Ad porri, & circæ refero, laganique catillum.  
Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus.  
Pocula cum cyatho duo sustinet: astat echinus  
Vilis, cum patera guttus, Campana supellex.  
Deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod  
cras

*Tarentum*. Urbs est in  
extrema Italia, quæ Siciliam  
respicit, ad finem cognomi-  
nem.

*Mantica*. Vidulus, pera,  
quæ equo imponitur.

*Lumbos*. Tergum, humeros.

*Sordes*. Avaritiam, mo-  
res, & sumptum non parem  
dignitati, ut Tillio objicitur.

*Tilli*. De quo egit ini-  
tio Satyræ.

*Tiburte*. Quæ Tibur ducit:

*Lasanum*. Vas compara-  
tum ad urinam, aut ventris  
onus excipiendum.

*Oenophorum*. Vas vinarium

*Hoc*, Ideo; ea re.

*Quanti*. Subandi, ven-  
datur.

*Circum*. Circus erat Ro-  
mæ platea iugens, in qua  
carrus agitabantur, exercita-  
tionis, & spectaculi causa.  
In eum locum circulatores,  
conjectores, harioli con-  
fluebant, unde fallax appel-  
latur.

*Vespertinumque*, &c. Id-  
est, vesperti spatios in foro,

seu platea.

*Assisto*, &c. Divinos, seu  
hariolos audio stans cum  
plebecula.

*Lagani*. Laganum, oleris,  
vel placentæ genus est.

*Pueris*. A servulis tribus.

*Lapis albus*. Nuda e saxo,  
seu marmore mensula, quam  
abaci vicem gerat.

*Pocula duo*. Alterum vini,  
aquæ alterum, Cyathus vero  
erat vasculum exiguum, quo  
ex his poculis, quantum pla-  
ceret, hauriretur.

*Echinus vilis*, &c. Vas  
quoddam rotundum instar e-  
chini, ad manus abluendas,  
aut cyathos. Patera uteban-  
tur, ut libarent Diis in  
mensa.

*Echinus*. Vide Epod. 5.

*Guttus*. Vasculum; unde  
guttatim acrum, oleumve  
defunditur.

*Campana*. Fictilis, ita  
dicta, ob argillæ copiam,  
& bonitatem, in Campania  
Italica.

N 2 *Marsy-*

**Surgendum** fit mane, obeundus Marsya, qui se  
**Vultum** ferre negat Noviorum posse minoris.  
**Ad quartam** jaceo: post hanc vagor, aut ego lecto,  
**Aut scripto**, quod me tacitum juvet. Ungor  
 olivo,

**Non quo** fraudatis immundus Natta lucernis.  
**Ast ubi** me fessum Sol acrior ire lavatum  
**Admonuit**, fugio rabiosi tempora signi.  
**Pransus** non avide quantum interpellet inani  
**Ventre** diem durare, domesticus otior. Hæc est  
**Vita** solutorum misera ambitione gravique.  
**His me** consolor, victurum suavius, ac si  
**Quæstor** avus, pater atque inæus, patruusque  
 fuissent.

*Marsya.* Forum, in quo erat statua Marsya, quem Horatius ait non tam dolere, quod ab Apolline sibi pellis detracta sit, quam quod videre cogatur minorem e fratribus Novis, judicem, aut legislatorem, vel, ut alii malunt, seneratorem nequissimum.

*Ad quartam.* Usque ad horam ab Sole orto quartam  
*Lecto, scripto.* Lectito, scriptito.

*Juven.* Delectet, deceat.

*Ungor, &c.* ad vires firmandas, & valetudinem sæpe ungebantur oleo Romani.

*Non quo, &c.* Non vili oleo, quale est illud quod

Natta (vir erat quidam mobilis, at insignis avaritiæ) adhibet, e lucernis suis subductum: Oleum, quod lucernis infunditur, graveolens, & sordidum est.

*Sol acrior.* Meridianus.

*Fugio.* Estum Caniculis fugio, & balneis tempero.

*Pransus, &c.* Ubi prandeo moderate, & parce, quantum sufficit ad impediendam quominus inani ventre per totum diem dorem, & maneam, otiosus domi meæ quiesco.

*Interpelles.* Interrumpat in ediam diem integræ.

*Quæstor.* Qui mariti curam habet.



## SATYRA VII.

*Describit vitam Rupilii, cognomento Regis, cum  
Græculo quodam, cui nomen Persius.*

**P**roscripti Regis Rupilius, atque venenum,  
Hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor  
Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse.  
Persius hic permagna negotia dives habebat  
Clazomenis, etiam lites cum Rege molestas:  
Durus homo, atque odio qui posset vincere  
Regem,

Confidens, tumidusque, adeo sermonis amari,  
Sifennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Ad Regem redeo. Postquam nihil inter utrumque

*Proscripti.* Ab Augusto cum olim Triumvir esset, inter proscriptos relatus. Rupilius cum in Græciam se recepisset, necem fugitans, ad Brutum postea se contulit, sub quo fecit stipendia cum Horatio, qui nescio quid ab eo contumeliam passus, si per hanc Satyræ par refert.

*Pus atque venenum.* Sor-des, improbitatem, maledi-centiam.

*Hybrida.* Patre Græco, & Romana matre natus. Vocantur Hybridae, qui ex diversæ nationis parentibus orti sunt.

*Quo pacto, &c.* Ordo est: opinor notum esse omnibus lippis & tonsoribus, quo pacto Persius Hybrida sit ultus maledicentiam Rupilii.

*Lippis.* Lippi sunt admodum curiosi: quanto minus oculis, tanto plus auribus utuntur; apud tonsores autem convenire homines otiosi & gerrones solent. Itaque res per vulgata, dicitur nota

esse lippis & tonsoribus; quasi eos nihil fugiat.

*Clazomenis.* Glazomenis, urbe erat Asia minoris, ampla, & dives, in ea parte, quæ Jonia Asiatica dicebatur.

*Cum Rege.* Cum Rupilio, qui Rex cognominabatur.

*Odio.* Sermonis acerbitate, dicacitate importuna, audacia.

*Sifennas, & Os.* Ut ea in re, & dote, longo intervallo superaret molestissimos quoque obrectatores, vel ipsos Sifennas, & Barros, qui erant famosi conviciatores.

*Equis albis.* Ducitur metaphora a Circensibus ludis; in quibus æmulos si superabant, qui equis velocioribus uterentur: equi autem albi vulgo putabantur omnium celerissimi.

*Postquam, &c.* Cum lites suas componere non possent, & inter se convenire, Persius, & Rupilius, ad Brutum Prætozem qui tum Asiam obtinebat, venerunt licentiam

N 3 eo ju-



Convenit ( hoc etenim sunt omnes jure molesti ,  
 Quo fortes , quibus adversus bellum incidit . Inter  
 Hecloa Priamidem , animosumq; inter Achillem  
 Ira fuit capitalis , ut ultima divideret mors :  
 Non aliam ob causam , nisi quod virtus in utroque  
 Summa fuit . Duo si discordia vexet inertes ,  
 Aut si disparibus bellum incidat , ut Diomedem  
 Cum Lycio Glaucō , discedat pigrior , ultro  
 Muneribus missis ) Bruto Prætorē tenente  
 Ditem Asiam , Rupili , & Persi par pugnat ; uti non  
 Compositus melius cum Bitho Bacchius . In jus  
 Acies procurrunt ; magnum spectaculum uterque .

eo iudice suam discptaturi . Nam omnes molesti , idest , acres , & pugnaces litigatores , hoc sunt jure , hoc est eodem jure , eadem ratione se gerunt , ac fortes , idest , duces magnanimi , qui inter se bellum gerunt , qui alter alteri nolunt concedere . Sic ira , quæ fuit inter Hecloem Priami filium , & Achillem , ita capitalis exitit , ut sola morte ad extremum dirimi poterit : nempe quia uterque bellica virtute , & gloria præstabat . Contra vero , si duo inertes , & ignavi aut certe duo dispares , idest , quorum alter altero fortior sit , diffideant , bello certent , quales fuere Glaucus , & Diomedes , qui amborum est inertior , is litem , & pugnam statim componet , missis amulo muneribus , ad eum placandum . Nunc sic nostri pugiles , & Rex & Persius , sed instar Heclois , & Achillis , pugnant , obnixi non cedere , Brutum adeunt , &c .

*Glaucō* . Glaucus , juvenis ignavus , Regis Lyciæ filius , cum Trojanis auxilio venisset , commisso prælio , in Dio-

medem incidit , virum fortissimum , Græcorum ducem , cujus aspectu ita territus est , ut de pace statim egerit , ac Diomedem arma sua aurea , sumptis illius æreis , donum dederit . Vid. L. 6. Iliad .

*Prætor* . Prætor , Magistratus erat juri dicendo præpositus . Brutus , & Cassius , eodem anno , quo Cæsar interfectus est , Prætores erant in Urbe : Brutus a Senatu post paulo missus in Macedoniam est , ut ibi Prætura fungeretur ; qui enim Romæ Consules , aut Prætores fuerant , finito Magistratus Urbani tempore , discedebant in Provincias , ut illas pro Consule , aut pro Prætorē administrarent . A Macedonia Brutus in Asiam excurrit , ad colligendas contra Octavianum Cæsarem copias . Ibi cum esset adierunt illum Rex , & Persius .

*Uti non , &c.* Adeo ut Bithus , & Bacchius , famosi duo gladiatores non sint melius compositi , & commissi , magis pares .

*Procurrunt* . Tamquam gladiatores in arenam .

*Except.*

Perfusus exponit causam; ridetur ab omni  
 Conventu; laudat Brutum, laudatq; cohortem;  
 Solem Afix Brutum appellat, stellasque salubres  
 Appellat comites, excepto Rege; Canem illum,  
 Invisum agricolis sydus venisse: ruebat,  
 Flumen ut hybernum, fertur quo rara securis;  
 Tum Prænestinus falso, multumque fluenti  
 Expressa arbusio regerit convicia, durus  
 Vindemiator, & invictus, cui sepe viator  
 Cessisset, magna compellans voce cucullum.  
 At Græcus, postquam est Italo perfusus aceto,  
 Perfusus exclamat; Per magnos, Brute, Deos te,  
 Oro, qui Reges consueris tollere, cur non

*Excepto Rege.* Qui proscriptus ab Octavio, se Bruto adjunxerat, & inter ejus comites, ac milites versabatur. Ceteros igitur comites Bruti stellas salubres appellat: Regem vero stellam exitialem, nempe Canem.

*Canem illum.* Subaudi, clamat, dicit illum Rupiliam venisse Cani Cælesti, Caniculis, & Syrio, astro exitiali, & agricolis inviso; similem, ut omnia perderet. Virgil. de Syrio, *Ille sitim morbosque ferens mortalibus agris nascitur.*

*Ruebat, &c.* Tanta celeritate perorabat, tam incondito impetu, & acerbitate tanta ferebatur, ut flumini esset hyberno, idest, hybernis aucto imbribus alicui torrenti similis, qui torrens fertur eo, quo raro venit securis, idest, per abrupta loca, & nemora invia præcipitat, quo adire non possunt frondatores cum suis securibus, ad arbores excidendas.

*Prænestinus.* Rupilius, Præneste (quæ Urbs Italiae est) natus.

*Salso, &c.* Rupilius rege-

rit, idest, reponit, reddidit Persio convicia, eaque falsissima, & vino simillima, quod ex arbusio, idest vite exprimitur, sed roseo, & viridi vire, ac proude amaro, quodque versu post quarto, acetum vocat. Vitis applicabatur arbusis, quibus niteretur; hic arbusium pro ipsa vite sumitur.

*Duros, &c.* Similis vindemiatori molesto, & pertinaci, quia viatores conviciis appetitos, & alia regerentes silere tamen victos, & abire cogit.

*Cucullum.* Hæc avis fertur ova sua alieno nido imponere. Eadem nonnisi adultero, & vergente in ætatem vere canit: unde factum est, inquit Plinius, ut vintoribus, vitem sero putantibus cuculli nomine iterato, desidia exprobetur.

*At Græcus, &c.* At Persius, homo Græcus, saltem paterno genere, ubi se amaris Rupilii, hominis Itali conviciis, omni aceto acrioribus, prolutum vidit, exclamavit, &c.

*Qui reges, &c.* Junius Bru-

Hunc Regem jugulas? operum hoc, mihi crede,  
suorum est.

Stans, Tarquinio Rege Romanorum septimo expulso, Consul primus factus est. Ab eo ducebat originem iste Brutus, qui Caesarem, regnum assistentem in Senatu pe-

temerat.

*Hunc regem.* Rupilium, cognomento Regem.

*Operum, &c.* Hoc facinus ad te quoque pertinet, unum est ex operibus tuis.

## SATYRA VIII.

*Priapum, hortorum custodem Deum, & praesidem inducit querentem de Canidia & Sagana veneficis; & quae ab illis in horto suo intempesta nocte fiunt, describentem.*

**O**LIM truncus eram ficulnus, inutile lignum:  
Cum faber incertus, scamnum faceretne  
Priapum,

Maluit esse Deum. Deus inde ego, furum aviumque  
Maxima formido, nam fures dentra coerces:  
At importunas volucres in vertice arundo  
Terret fixa, vetatque novis confidere in hortis.  
Huc prius angustis ejecta cadavera cellis  
Conservus vili portanda locabat in arca:  
Hoc miserae plebi stabat commune sepulchrum,

*Ficulnus.* Stipes ex ficu arbore.

*Maluit, &c.* Salse ridet inanes Deos, eorumque simulacra: quo spectare tota haec Satyra videtur.

*Deus.* Subandi, extiti, sum.

*Coerces.* Falcem ligatam habebat in manibus.

*Terret.* Abigit, absterret.

*Arundo.* Ramus aliquis, aut pertica longior.

*Novis.* Nuper a Maccenate factis, qui partes Esquiliarum emit, repurgavit, & hortos e sepulchreto fecit.

*Huc prius, &c.* In hunc, ubi iam sum, hortum olim afferebantur servorum cadavera e suis angustis cubiculis ejecta, & inclusa vili arca, seu seretro: erat hic locus sepulchrum plebis, & hominum egentium, quales sunt scurrae, qui patris bona decoxerunt, ut Pantolabus, & nepotes, seu ganeones, ut Nomentanus. Pauperum corpora sepeliabantur; divitum cremabantur.

*Locabas.* Vespillionibus portanda certe pretio dabat.

Scur.

Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti.  
 Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum  
 Hic dabat; hæredes monumentum ne sequeretur.  
 Nunc licet Esquiliiis habitare salubribus, atque  
 Aggere in aprico spatium: quo modo tristes  
 Albis informem spectabant offibus agrum.  
 Cum mihi non tantum furesque, feræque suæ  
 Hunc vexare locum, curæ sunt, atque labori,  
 Quantum, carminibus, quæ versant, atque venenis  
 Humanos animos. Has nullo perdere possum,  
 Nec prohibere modo, simul ac vaga Luna decorum  
 Protulit os, quin ossa legant, herbasque nocentes.  
 Vidi egomet nigra succinctam vadere palla  
 Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo,  
 Cum Sagana majore ululantem; pallor utrasque  
 Fecerat horrendas aspectu. Scalpere terram

*Scurra.* Supra, Sat. 5.

*Nepoti.* Epod. Od. 1.

*Mille pedes, &c.* Erat cippus, idest, lapis, erectus in agri limite, in quo scriptum erat mille agri pedes datos esse, (nempe ab aliquo cive, qui hoc sepulchrum egenæ plebi testamento reliquerat) in fronte, idest, in ea parte agri, quæ viam tangebatur; alios trecentos in agri longitudinem, & amplitudinem camporum extensus. Ideo cippus erat positus, ut hæredes hoc sepulchretum intelligerent ad se non pertinere, ut esset divulgum, & exceptum a reliqua hæreditate. Quando locum aliquem, vel rem aliam, publice legabant semper addebant hæc verba: *Hoc hæredes non sequitur*, & istis compendiaris notis utebantur, *H. H. N. S.*

*Nunc, &c.* Nunc iste locus sepulchretum non est, revalsus est cippus; jamque ibi sunt horti salubres; & apricus collis, ubi deambulare licet. Erat ea pars montis

Esquilii, in qua horti, & domus Mæcenatis.

*Quo.* In quo aggere, sem monte.

*Modo.* Paulo ante, non ita pridem.

*Spectabant.* Cives.

*Offibus,* vel fervorum, qui ibi olim tumulati fuerant, vel reorum, qui eodem in loco supplicio olim fuerant affecti.

*Cum mihi.* Nunc mihi non tantum negotii faciunt fures, ac fera, assueti in hunc locum venire, & illi incommodare, quantum præbent venenis, quæ suis incantationibus homines vexant, atque torquent.

*Legans.* Colligant.

*Palla.* Veste longiori.

*Passusque capillo.* Soluto, diffuso.

*Majore.* Forte, quia senior. Vel quia major erat duarum sororum ejusdem nominis.

*Scalpere terram.* Ut terquebem læcerent.

N 5. Pulc

Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam  
 Cœperunt: cruor in fossam confusus, ut inde  
 Manes elicerent, animas responsa daturas.  
 Lana & effigies erat, altera cerea; major  
 Lana, quæ pennis compesteret inferiorem;  
 Cerea suppliciter stabat, servilibus, utque  
 Jam peritura, modis. Hecaten vocat altera; sævam  
 Altera Tisiphonem. Serpentes, atque viderea  
 Infernas errare canes, Lunamque rubentem,  
 Ne foret his testis, post magna latere sepulchra.  
 Singula quid memorem? quo pacto, alterna lo-  
 quentes

Umbrae cum Saganæ, resonarent triste & acutum?  
 Utque lupi barbam variæ cum dente colubræ  
 Abdiderint furtim terris; & imagine cerea,  
 Largior arserit ignis: & ut, non testis inultus  
 Horruerim voces Furiarum, & facta duarum?  
 Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi

*Pullam.* Nigram.

*Confusus.* Temere injec-  
 tus, & raptim, cum humo  
 ipsa mixtus.

*Manes, &c.* Animas mor-  
 tuorum evocarent, quæ in-  
 terrogantibus veneficis res-  
 ponderent de futuro rerum  
 eventu.

*Pennis compesteres.* Puni-  
 ret, ulcisceretur, torqueret  
 ceream imaginem. Solent ma-  
 gi, & venefici ejusmodi e-  
 cera, vel lana imagines con-  
 dere, & in illis ea experiri  
 omnia, quæ vivis hominibus,  
 quorum sunt illæ imagines,  
 volunt evenire, v. g. cum  
 urunt ejusmodi imaginem,  
 uritur homo &c.

*Suppliciter.* Supplicis in-  
 morem, ut servili modo, ut  
 jam interficienda ab imagine  
 lanae.

*Hecaten.* Proserpinam.  
 Ita vocatur, a voce Græca,  
 quæ significat centum, quia  
 centum victimis placari sole-

bat, vel quia centum variæ  
 nomina, numina, seu po-  
 testates, habere dicebatur.

*Altero.* Canidia.

*Altero.* Saganæ.

*Tisiphonem.* Unam e Fu-  
 riis.

*Errare canes.* In horto,  
 evocatas ex inferis: solent  
 inferas canes Proserpinam  
 comitari, angues Tisiphonem.

*Rubentem.* Quasi præ pu-  
 dore tot scelerum erubescen-  
 tem.

*Alterna.* Alternis.

*Variæ.* Maculosæ, cujus  
 pellis variis coloribus distin-  
 cta.

*Es imagine, &c.* Et in  
 cerea imagine magis ignis ar-  
 serit, ut imago cerea igne su-  
 bito absumpta fuerit.

*Cerea.* Duarum hic sylla-  
 barum est.

*Furiarum.* Canidiam, &  
 Saganam.

*Displosa.* Vel discussa, &  
 rupta

Diffusa nate ficus. At illæ currere in urbem:  
 Canidæ dentes, altum Saganzæ caliendrum  
 Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis  
 Vincula, cum magno risuque jocoque videres.

rupta, vel potius, cum ventus in ea compressus, per vim emittitur, & exploditur.

*Ficus*. Ego e ficu factus.

*Currere*. Cœperunt.

*Dentes*, Emptos & appofitos, quibus vetulæ uti solent, ut reparent amifos

*Caliendrum*. Comas adfci-  
 titias, & alienas. Altum vocat: quia Romanæ mulieres comas solebant post verticem

rejicere, & in modum turriculæ, seu racemi desinentis in acumen, componere.

*Incantata*. Quibus utebantur ad suas incantationes, magicis carminibus infecta, & devota.

*Lacertis*, &c. Ex earum brachiis cadere videres.

*Vincula*. Fila, & funes, quibus imagines illas suas vinciebant.

## SATYRA IX.

*Garruli cujusdam improbam loquaacitatem facete describit, Et quam ægre se ab illo expedierit, narrat.*

**I** Bam forte via Sacra, sicut meus est mos,  
 Nescio quid meditans nugarum, totus in illis:  
 Occurrit quidam, notus mihi nomine tantum:  
 Arreptaque manu: Qui agis dulcissime rerum?  
 Suaviter, ut nunc est, inquam, & cupio omnia  
 que vis.

*Via Sacra*. Per quam ibatur in forum Romanum, atque inde ad hortos Cæsaris: prope quem locum manebat Horatii amicus æger, quem invisebat. Sacra dicebatur, quia per eam ibatur in Jovis Capitolini templum. Lege Donatum lib. II. c. 12.

*Sicus*, &c. Refer hoc ad ea, que sequuntur, nugarum aliquid meditans: ut soleo versus factitans: has enim suas Roetzæ nugas vocant.

*Totus*, &c. Animo toto,

& cogitatione defixus in illis nugis.

*Quid agis? Qui vales?*

*Dulcissima rerum*. Iste genitivus rerum hic abundat: sic dicitur, minime gentium.

*Suavis*. Subaudi, ago, vivo, valeo.

*Ut nunc est*. Ut quidem nunc se res habent; in presentia.

*Cupio omnia que vis*. Bene tibi omnia, & ex voto cupio evenire: formula salutandi.

N 6 *Oppu-*

Cum affectaretur, Numquid vis? occupo. At ille  
Noris nos? inquit, docti sumus. Hic ego: pluris  
Hoc inquam, mihi eris. Misere discedere qua-  
rens,

Ire modo ocys, interdum consistere: in aurem  
Dicere nescio quid puero. Cum sudor ad imos  
Manaret talos, O te, Ballone, cerebri  
Felicem, aebam tacitus. Cum quidlibet ille  
Garriret, vicos, urbem laudaret; ut illi  
Nil respondebam: Misere cupis, inquit, abire.  
Iamdudum video; sed nil agis, usque tenebo,  
Persequar; hinc quo nunc iter est tibi? Nil opus  
est te

Circumagi; quemdam volo visere, non tibi notum:  
Trans Tyberim longe cubat is, prope Casaria  
hortos.

Nil habeo, quod agam, & non sum piger: us-  
que sequar te.

Demitto auriculas, ut iniqua mentis acellus,

*Occupo.* Prior illum sic  
alloquor: Num quid a me  
vis? an indiger aliqua mea  
opera? Istis vocibus, *num  
quid vis?* eos jubebant La-  
tini valere, quibuscum all-  
quandiu consistissent: abun-  
dum erat hæc formula.

*Noris, &c.* Id cupio; ut  
me noscas: homo sum do-  
ctus, & litterarum, ut tu,  
amans.

*Hic ego, &c.* Tum ego,  
hoc nomine, eam ob rem,  
pluris te faciam.

*Misere.* Anxie, vehemen-  
ter.

*Ire.* Subandi, cepti.

*Puero.* Servo.

*O te, &c.* Næ tu felix es,  
Bollane, qui molestos illos  
tam placide ferre soleas; cu-  
jus cerebrum non obtunda-  
tur eorum loquacitate, ut  
meum. Bollanus erat civis  
Romanus, ea tempestate ap-

tus ob insignem leuitatem,  
& facilitatem. Porro, *cerebri  
felix*, dicitur ut, *innegotio vi-  
te, purus scolaris*: Hellen-  
nismus.

*Ut illi, &c.* Cum illi ni-  
hil responderem.

*Nil agis.* Nihil proficis.

*Usque tenebo.* Nunquam  
a tuo latere discedam.

*Nil opus est te, &c.* Ver-  
ba sunt Horatii: Noli, quæ-  
so, te vexare, me prosequen-  
do, & huc illuc frustra cir-  
cumcursare mecum.

*Casaria hortos.* Erant illi  
citra Tyberim, in Urbis re-  
gione decima quarta; a Julio  
Casare populo legati fuerant  
publice.

*Demitto auriculas.* Plin.  
lib. 13. c. 37. *In omni Jumen-  
torum genere indicia animi  
preferunt aures, fessis mar-  
cida, micantes pauidis, sub-  
telligit furensibus, resoluta  
agris.*

Cum gravius dorso subiiit onus . Incipit ille :  
 Si bene novi , non Viscum pluris amicum ,  
 Non Varium facies : nam quis me scribere plures ,  
 Aut citius possit versus ? quis membra movere  
 Mollius ? Invideat quod & Hermogenes , ego canto .  
 Interpellandi locus hic erat . Est tibi mater ,  
 Cognati , quis te salvo est opus ? Haud mihi  
 quisquam ;

Omnes composui . Felices ! nunc ego resto ;  
 Conface ; namque instat fatum mihi triste , Sabella  
 Quod puero cecinit , divina mota anus urna :  
 Hunc neque dira venena , nec hosticus auferet ensis ,  
 Nec laterum dolor , aut tussis , nec tarda podagra ;  
 Garrulus hunc quando consumet cumque : loquaces  
 Si sapiat , vitet , simul atque adoleverit ætas .  
 Ventum erat ad Vestas , quarta jam parte diei

*ægris* . Territus igitur hac denuntiatione garruli Horatius , & exanimatus est .

*Iniquæ , &c.* Qui sarcinam gravioſam malitioſe conatur excutere .

*Viscus , &c.* Viscus , & Varius erant insignes Poetæ , Horatii amici .

*Pluris facies* . Subaudi , quam me .

*Movere* . Saltando .

*Invideat , &c.* Ordo est : ego quoque canto , quod invident Hermogenes , idest , tam belle cano , ut ille mihi jure invidere possit . Erat Hermogenes insigni voce , & musica peritissimus .

*Interpellandi , &c.* Ex iis laudibus , quas arrogabat sibi garrulus , videbar , inquit Horatius , occasionem idoneam nactus esse illum interpellandi , & sermonis ejus molesti interrumpendi , rogandique ut sibi , & valetudini suam confu- leret , ne se defatigaret mecum cursitando ; esse debere illum vitam , & valetudinem caram , ac necessariam cogna-

ti , & amicis : peto igitur ab eo , an matrem habeat , &c. Nemo , inquit ille , mihi est : omnes jam sepelivi . O illos beatos ! ait Horatius : nunc resto , a te , ut illi , sepeliendus : perge , absolve , quod tam belle cepisti , mecum illis quoque interfice : hoc tua garrulitate hodie efficies .

*Composui* . In seretro , vel rogo posui . Proprium verbum exequiarum .

*Sabella anus* . Anus forti- lega , & divinandi perita , forte Horatii nutrix . Sabina porro , iidem qui Sabelli , erant Italici populi , de quibus sæpe dictum antea .

*Puero* . Mihi .

*Divina urna mess* . Postquam anus illa agitasset urnam fatidicam , in quam sortes conjecerat , quibus eductis divinaret futura , & prædiceret .

*Hanc* . Puerum , Horatium .

*Quandocumque* . Aliquando .

*Vestas* . Subaudi templum ærat in foro Romano .

*Quas*



Præterita, & casu tunc respondere vadato  
 Debat; quod ni fecisset, perdere litem.  
 Si me amas, inquit, paulum hic ades. Inteream, si  
 Aut valeo stare; aut novi civilia jura,  
 Et propero, quo scias. Dubius sum, qui faciam,  
 inquit,  
 Tene relinquam, an rem. Me sodes. Non faciam,  
 ille;

Et præcedere cœpit. Ego, ut contendere durum est  
 Cum victore, sequor. Mæcenas quomodo tecum?  
 Hinc repetit. Paucorum hominum, & mentis  
 bene sanæ.

Nemo dexterius fortuna est usus. Haberes  
 Magnum adiutorem, posset qui ferre secundas,

*Quarta &c.* Post horam  
 a sole orto quartam.

*Casu.* Forte.

*Vadato.* Alicui, qui eum  
 erat vadatus, id est, a quo  
 admonitus fuerat, & coactus  
 sistere se judici, hora con-  
 stituta.

*Si me amas.* Hæc vocu-  
 la, *me*, non eliditur, & fit  
 brevis, ob sequentem voca-  
 lem brevem.

*Ades.* Mecum in jus ve-  
 ni: ut meam tua saltem  
 præsentia causam adjuves.  
 Ego vero, inquit Horatius,  
 dispeream, si valeo stare; id  
 est, adesse tibi in iudicio:  
 stabant enim ante Prætoris  
 tribunal; neque illic licebat  
 sedere.

*Quo scis, Ad hortos Ca-  
 saris.*

*Rem.* Litem meam.

*Sodes.* Oro te: vox rogan-  
 tis quidpiam, & blandientis,  
 facta ex *si* & *audes*.

*Ille.* Subaudi, ait.

*Tecum.* Subaudi, agit,  
 vivit.

*Hinc repetit.* Ab hoc exor-  
 tio sermonem intermissum  
 repetit, ac resumit.

*Paucorum hominum, &c.*  
 Paucis familiarem se præbet:  
 hoc Horatius dicit.

*Nemo, &c.* Voces garruli:  
 nemo callidius bona fortuna  
 usus est, quam tu, qui Mæ-  
 cenatem ita devincire tibi po-  
 tuisti, & inter illos quibus  
 utitur, paucos esse.

*Haberes, &c.* Sententia  
 est, si hunc hominem, id est,  
 me, (seipsum enim indicat)  
 velles tradere, hoc est, Mæ-  
 cenati offerre, ut essem inter  
 ejus familiares & domesti-  
 cos, haberes me magnam ad-  
 jutorem id est, juvarem te  
 egregie, & secundas in Mæ-  
 cenatis amicitia partes ferre  
 possem, te ferente primas:  
 omnes, qui sunt in ejus do-  
 mo tui æmuli, vel invidi sub-  
 movisses, & ex eo, quem obti-  
 nent in ejus gratia, loco, fa-  
 cile deturbasses, me juvante.

*Adiutorem.* Adjutor pro-  
 prie in tragædiis dicebatur  
 ille, qui actores gestu, inter-  
 dum voce, quasi præcantor,  
 & modulator, adjuvabat.

*Secundas.* Inter actores  
 ille, qui primas ferebat, id  
 est, qui principem gerebat  
 perso-

Hunc hominem velles si tradere: disperam, ni  
 Submoffes omnes. Non isto vivimus illic,  
 Quo tu rere, modo: domus hac nec purior ulla est,  
 Nec magis his aliena malis. Nil mi officit unquam,  
 Ditiior hic, aut est quia doctior: est locus uni-  
 Cuique suus. Magnum narras, vix credibile. Atqui  
 Sic habet. Accendis quare cupiam magis illi  
 Proximus esse. Velis tantummodo: qua tua virtus,  
 Expugnabis; & est qui vinci possit; eoque  
 Difficiles aditus primos habet. Haud mihi deero;  
 Muneribus servos corrumpam; non, hodie si  
 Exclusus fuero, desistam; tempora quaram;  
 Occurram in triviis, deducam: nil sine magno  
 Vita labore dedit mortalibus. Hæc dum agit, ecce  
 Fuscus Arisius occurrit, mihi carus, & illum  
 Qui pulchre nosset: consistimus. Unde venis, &  
 Quo tendis? rogat, & respondet. Vellere cœpi,  
 Et prensare manu lentissima brachia, nutans,

personam, cæteros in dicen-  
 do, & agendo ita vincere  
 consuaverat, ut cæteri demis-  
 sus loquerentur & agerent,  
 quamvis illi gestu, & voce  
 plus possent, ut sic nimirum  
 primi actoris laudi, & existi-  
 mationi consulere, & ille  
 princeps quam maxime excel-  
 leret.

*Illic.* Apud Mœcenatem.

*His malis.* Invidia, am-  
 bitione.

*Officis.* Nocet, incommo-  
 dat.

*Magnam.* Rem miram  
 dicis.

*Atqui, &c.* Loquitur Ho-  
 ratius, ita res tamen se habet.

*Accendis, quare, &c.* Fa-  
 cis, ut magis cupiam illi esse  
 familiaris.

*Velis, &c.* Eris voti  
 compos, modo velis, &  
 ut es homo egregis dotibus  
 præstans, facile expugnabis,  
 & impetrabis a Mœcenate,

ut te in suorum numero esse  
 velit, & vere is est Mœcenæ  
 ut expugnari facile possit.

*Boque, &c.* Quia sentit  
 Mœcenæ se facile expugnari  
 posse, non patitur facile ho-  
 mines ad se accedere, vix  
 adire se sinit. Vel, quia ex-  
 pugnari potest, primos tan-  
 tum aditus difficiles habet,  
 ubi qui aditum ad eum re-  
 perit, cætera prona illi sunt,  
 & facilia.

*Tempora.* Idoneas occa-  
 siones.

*Deducam.* Domum suam,  
 affectabor per Urbem.

*Ragas Ma.* Arisius,  
 Grammaticus nobilitas erat,  
 Horatii amicus.

*Respondet.* Mihi eadem  
 interroganti, ut in salutanda  
 do fit.

*Lentissima.* Quæ tractari  
 se, pungi, velli paterentur  
 quasi sensu carentia.

*Nutans.* Ego, natu illi &  
 gnific.

Distorquens oculos, ut me eriperet; male falsus  
 Ridens dissimulare: meum jecur urare bilis.  
 Certe nescio quid secreto velle loqui te,  
 Ajebas mecum: memini bene; sed meliori  
 Tempore dicam: hodie tricesima Sabbatha: vin tu  
 Curtis Judæis oppedere? Nulla mihi, inquam,  
 Religio est; At mi; sum paulo infirmior, unus  
 Multorum: ignosces; alias loquar. Hunc sine solem  
 Tam nigrum surrexe mihi! Fugit improbus, ac me  
 Sub cultro linquit. Casu venit obvius illi  
 Adversarius: & Quo tu turpissime? magna  
 Inclamat voce, & Licet antestari? Ego vero

gnificans, ut me ab illo gar-  
 gulo liberaret.

*Male falsus, &c.* Aristius  
 ut maligne me ludicaretur  
 ridere cepit, ac dissimulare,  
 idest, ita se gerere, quasi non  
 intelligeret, quid vellem.

*Urere.* Subaudi, cepit.

*Ajebas.* Aristi.

*Memini.* Inquit Aristius.

*Meliori.* Opportuniori.

*Sabbatha.* Intelligitur Neo-  
 menia, idest, primus dies  
 mensis qui post dies triginta  
 ferme recurrit. Vocat illum  
 diem Sabbathum, quia festus  
 dies Judæorum vulgo Sab-  
 bathum erat, & noto apud  
 Romanos nominatus Horatius  
 est. Tricesimum illud Sab-  
 bathum quidam volunt esse  
 ipsum Pascha, quod hoc an-  
 no incideret in medium A-  
 prilem; a mense autem Se-  
 ptembri, unde suum annum  
 Judæi ducebant, usque ad  
 Aprilem medium, numeran-  
 tur ipsæ triginta hebdoma-  
 dæ. Nemo autem nescit,  
 quam religiose Pascha cole-  
 retur a Judæis, nefasque tunc  
 apud illos fuisse negotii quid  
 agere, vel privati, vel pu-  
 blici.

*Curtis.* Circumcisus.

*Oppedere.* Contradicere,  
 & illorum religionem con-  
 temnere, de profanis negotiis  
 mecum agendo.

*Religio.* Metus, scrupulus.  
*At mi.* At est mihi, in-  
 quit Aristius.

*Infirmior.* Religiosior, su-  
 perstitiosior.

*Unus multorum.* Ut ceteri  
 e vulgo, Ea vox *multi*,  
 sæpe pro populo, & promif-  
 cua multitudine, quæ sine  
 re, sine nomine est, limitat.

*Loquar.* Tecum de hoc  
 negotio.

*Hunc sine,* &c. Horatium  
 loquitur; Sicine diem mihi  
 tam nigrum, tam intaustam  
 illuxisse! *Surrexe,* pro sur-  
 rexisse.

*Fugit.* Aristius.

*Improbos.* Jocosus, falsus,  
 per ludum, & jocum.

*Sub cultro.* Ut victimam  
 immolendam.

*Ill.* Garrulo.

*Adversarius.* Is qui litem  
 illi intendebat.

*Quo tu,* Subaudi, pergis?

*Licet antestari.* O Horati,  
 possumus testem citare te, ut  
 testeris illum a me deprehen-  
 sum, & citatum esse.

Oppo.

Oppono auriculam. Rapit in jus: clamor utrinque:  
Undique concursus: sic me servavit Apollo.

*Oppono.* Probeo, porrigeo. Qui testem sumebant ab aliquo, illi extremam eorum tangebant aurem, ut memores essent. Sententia est, ego vero liberis testis ero; tange

auriculam, & me testem scribe.

*Apollo.* Is a periclitantibus invocari solebat, ut malorum depulsor: addit quod Deus est Poetarum praesens.

## S A T Y R A X.

*Lucilium, Satyra hujus libri quarta, redarguat: quam id jure fecerit, quae sit Poetae boni praecipua laus, quibus ipse sua probari scripta velit, fusa & eleganter docet.*

**N**impe incomposito dixi pede currere versus  
Lucili. Quis tam Lucili fautor inepte est,  
Ut non hoc fateatur? At idem, quod sale multo  
Urbem defricuit, charta laudatur eadem:  
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cae-  
teris, nam sic  
Et Laberi mimos, ut pulchra poemata, mirer.

*Nempe, &c.* Respondet illi quos reprehendendo Lucilium offenderat. Ommino, inquit, dixi parum accuratum esse Lucilium in componendis versibus.

*At idem, &c.* At idem Lucilius eadem Satyra mea laudatur, quod Urbis vitia probe infectatus sit.

*Sale multo.* Salis acrimonia notat Styli mordacitatem, & facetias. Porro vulnera putrida, vestes fordidae, defricari, & lavari, ut purgentur, solent.

*Nec tamen, &c.* Quamvis autem illum eo nomine laudandum putem, nimirum quod Satyricus, quod saluus sit, non tamen caeteras illi

doctes concesserim, quae in se optimis Poetis oportet.

*Nam sic, &c.* Si enim Lucilium, eam ob causam quod sit apprime dicax, numeris omnibus absolutum Poetae putarem, idem mihi esset existimandum de Laberio, cujus Poemata plus etiam habent salis, &c.

*Laberi.* Decimus Laberius sub Julio Caesare floruit: scriptor facetus ille quidem, at parum accuratus in scribendo. Aequalis illius fuit P. Syrus, & ipse Mimorum scriptor.

*Mimos.* Sunt Mimi Poemata quaedam, e Comediarum genere, facta ad ciendum populi risum; in iis multa turpicu-

Ergo non satis est risu diducere rictum

Auditoris: & est quædam tamen hic quoque  
virtus.

Est brevitæ opus, ut currat sententia, neu se  
Impediat verbis, lassas onerantibus aures:

Et sermone opus est; modo tristi, sæpe jocosæ,

Defendente vicem modo rhetoris, atque poetæ.

Interdum urbani parentis viribus, atque

Extenuantis eas consulto. Ridiculum acri

Fortius, & melius magnas plerumque secat res.

Illi, scripta quibus Comœdia prisca viris est,

Hoc stabant, hoc sunt imitandi: quos neque  
pulcher

Hermogenes unquam legit; neque simius iste,

Nil præter Calvum, & doctus cantare Catullum.

picula, & procacia gravibus  
sententiis miscebantur.

*Rictum.* Os: risum move-  
re auditoribus.

*Virtus.* Dos, gloria.

*Ut currat, &c.* Prima dos  
bonæ Satyræ, brevitæ: Ut  
paucis verbis, quod sentias,  
explices.

*Defendente vicem, &c.*

Id est, sermone ita comparato,  
ut modo partes Rhetoris,  
& Poetæ scriptor agat, modo  
urbani hominis personam,  
&c. Oratio Satyricæ  
Poetæ (de hoc enim loquitur)  
talis esse debet, ut  
nunc vices Rhetoris agere vi-  
deatur, nimirum ornate,  
splendide, vehementer dicen-  
do, nunc obire manus Poe-  
tæ, id est, jocando, ingen-  
do, delicias quasdam verbo-  
rum, & amenitates, quibus  
Poetæ gaudent, adhibendo.

*Urbani, &c.* Hominis Ur-  
bani, comitate, & honestate  
præditi, qui viribus suis in-  
terdum percat, id est, non  
ea dicat omnia, & carpat,  
quæ potest, omittat quasdam,  
& dedita opera remittat ali-

quid de Satyræ severitate,  
ridere malit aliquando, &  
ridendo verum dicere, quam  
mordere acriter, & lacerare.

Jocosa enim oratio sæpe res  
magnas melius conficit, dif-  
ficilem nodum aliquem me-  
lius solvit, ac secat, quam  
tristis, mordax, & spera.

*Illi scripta, &c.* Poetæ,  
auctores veteris Comœdiæ,  
de quibus egit Satyræ quartæ  
initio.

*Hoc stabant,* Propter eas,  
quas dixi, virtutes placebant.

*Hermogenes.* Hermogenes  
Tigellius, quo utebatur Au-  
gustus musico in primis cla-  
ro Lucilii contra Horatium  
fautor, homo imperitus, &  
comam vultumque doctior,  
quam versus componere.

*Simius iste.* Demetrius Poe-  
ta, fabularum scriptor, qui,  
quod esset insigniter defor-  
mis: vel potius, quod Poe-  
tas Elegiacos præstantes,  
Licinium Calvum, & Catul-  
lum, imitari vitiose soleret,  
simius hic appellatur.

*Doctus.* Solitus.

61a-

At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis  
 Miscuit. O serî studiosum! quine putetis  
 Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeontî  
 Contigit. At sermo lingua concinnus utraque  
 Suavior, ut Chio nota si commixta Falerni est.  
 Cum versus facias, teipsum perconctor, an & cum  
 Dura tibi peragenda rei sit causa Petilli?  
 Scilicet oblitus patriæquæ, patriæque, Latine  
 Cum Pedius causas exsudet Publicola, atque  
 Corvinus, patriis intermiscere petita  
 Verba foris malis, Canusini more bilinguis?

*Calvum. Cstullum. Poeta* tunc celebres. Hujus ex-  
 tant Carmina, bene Latina  
 quidem, sed parum sæpe casta.

*At magnum, &c.* At enim  
 (inquunt adversarii) ideo  
 Lucilius est merito laudan-  
 dus, remque fecit magnam,  
 & arduam, quod Græcas vo-  
 ces eleganter inseruerit ver-  
 bus suis Latinis.

*O serî, &c.* O vos, qui-  
 cumque hoc obijcitis, impe-  
 ritos! Qui sero studiis, ope-  
 ram dederunt, vix est ut pe-  
 riti evadant. Vel, o tardi ad  
 res præclaras condiscendas!

*Quine, Ista vocula ne,*  
*vel ve,* ut quidam legunt,  
 idem hic sonat ac *nempe,*  
*utique.*

*Rhodio. &c.* Pitholeon,  
 ex insula Rhodo, Poeta ineptus,  
 Latinas voces Græcis  
 in suis versibus miscuerat.

*At sermo, &c.* Objectio  
 est; at enim suavior est ora-  
 tio (si quis versus faciat) in  
 qua concinne voces utriusque  
 linguæ, Græcæ, & Latinæ,  
 misceantur, ut suavius est  
 vinum Chium, advectum è  
 Chio, Græca insula, si mi-  
 sceatur illi Falernum vinum,  
 natum in Campania Italica.  
 Nota Falerni est amphora,

vel cadus Falerni notatus non  
 certo, & nomine Consulis.  
 Chium vinum lenitate, Fa-  
 lernum austeritate præstabat,  
 itaque alterum altero bene  
 temperabatur.

*Perconctor.* Interrogo  
 consulo.

*An cum, &c.* An etiam  
 si prosa scribas, & causam  
 Petilli v. g. defendas suban-  
 di, putes concinnam esse ora-  
 tionem, utraque lingua mi-  
 xtam? Certe nolis ita scribe-  
 re soluta numeris oratione,  
 cur ergo in sermone hoc fa-  
 cies? Nemo id in sero proba-  
 ret; cur quisquam domi,  
 & in Poemate probet? De  
 Petilio, dictum Sat. 4.

*Latine cum, &c.* Cum  
 Pedius Publicola, & Messa-  
 la Corvinus, ambo clarissi-  
 mi oratores, causas suas agant  
 Latinis verbis totis, num tu  
 malis verba petita foris, id  
 est, aliunde, ex alia gente,  
 & lingua, intermiscere pa-  
 triis, & Latinis, ut Canusini  
 faciunt? certe nolis.

*Exsudet.* Magno cum su-  
 dore, & labore peragat, ela-  
 boreat.

*Canusini, &c.* Canusinum  
 erat oppidum Italiæ, a Græ-  
 cis conditum in Apulia, unde in

Atque ego cum Græcos facerem, natus mare citra;  
 Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus,  
 Post mediam noctem visus, cum somnia vera:  
 In sylvam non ligna feras insanius, ac si  
 Magnas Græcorum malis implere ceteras.  
 Turgidus Alpinus jugulat dum Memnonâ, dumq;  
 Dissringit Rheni luteum caput, hæc ego ludo  
 Quæ nec in æde sonent certantia, iudice Tarpa,  
 Nec redeant iterum atq; iterum spectanda theatris,

de In eo Græca lingua, & Latine promiscue cives utebantur: hinc illos bilingues vocat Horatius.

*Atque ego, &c.* Probat non esse Græcas voce Latinis commiscendas, quia vetuit eum in somnis Romulus, ne omnino versus Græcos faceret.

*Natus mare citra.* Natus in Italia, quam ab Græcia separat mare: unde vina Græca transmarina vocitabant.

*Quirinus, &c. Od. 2. l. 3.*

*Cum somnia vera.* Somnia putabant ea veriora, quæ sub Auroram obvenerent, quando nimirum crassiores e pridiana cœca fumi, & vapores deservissent.

*In sylvam, &c.* Si malis implere ceteras Græcorum, subendi Poetarum, id est, si Poetarum Græcorum numerum augere mavis, Græcos versiculos scribendo, quam Latinorum, Latinos versus faciendo, non minus insanias quam qui velit ligna in sylvam ferre. Hoc proverbio utimur in eos, qui aliquem rebus illi sugere volunt, quibus abundat. Tot jam sunt Poetæ Græci, quot arbores in ingenti sylva; cur eorum numerum augeas?

*Turgidus, &c.* Dum Alpinus (Poeta Italus nescio quis, inflato stylo inaniter

tumens) tragedias, forte Græcas totas, operose scribit, & Memnonem ab Achille jugulatum narrat, dum idem pugnam Jovis in Gigantes describit, ac dissringit, id est, distractum cauit ab Jove caput Rhæci, unius e Gigantibus e luto, & terra nati, ego parva carmina ludens fingo, &c. Legitur etiam, *Dissringit Rheni luteum caput*, id est, describit, ac sinit, seu potius deformat, & obscurat (id enim est, dissringere) fossam limosam fluminis Rheni; scilicet in aliquo Poemate Epico.

*Memnonis.* Memnon Aurora filius, ab Achille caesus: Æthiopia Rex, ut quidam volunt.

*Hæc ego, &c.* Ludo, scribo hæc, id est, tenuia ista carmina, non digna, quæ recitentur magna voce, ac sonent in æde Apollinis, & certent cum aliorum Poetarum carminibus. Poetæ classis sua carmina certis iudicibus ostendebant cum aliorum carminibus comparanda, proposito præmio illi, qui optime scripsisset. Fuit Tarpa inter illos iudices insignis.

*Nec redeant.* Id est, non scribo Tragedias. Quæ placuerunt Tragedias sapienter edebantur.

*Argu.*

Arguta meretrice potes , Davoque Chremeta  
 Eludente senem , comis garrere libellos  
 Unus vivorum , Fundani . Pollio Regum  
 Facta canit , pede ter percusso . Forte Epos acer ;  
 Ut nemo , Varius ducit : molle atque facetum  
 Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœna .  
 Hoc erat , experto frustra Varrone Atacino ,  
 Atq; quibusdam aliis , melius quod scribere possem .  
 Inventore minor : neque ego illi detrahère ausim ,

*Arguta* , &c. Ordo , & sensus est : O Fundani ( erat Poeta Comicus , Augusto chatus , Horatii amicus ) tu unus vivorum , nempe illorum , qui nunc vivunt , Poetarum , potes garrere comis libellos , id est , potes magna urbanitate & festivitate scribere Comœdias stylo familiari , vel , tam fluente , ac facili , quam si garreres , ac fabulareris ; in quibus libellis , seu Comœdiis meretrix aliqua arguta , id est , callida , vel Davus , id est , servus aliquis ( Davus enim nomen solitum servis tribui in Comœdiis ) eludit atque emanigat argento Chremetens senem , uti videre est in Comœdiis Terentii .

*Pollio* . Scriptor , Tragediarum ; de quo l. Ode l. 2 .

*Pede ter* , &c. Versibus Iambicis senariis , qui Trimetri dicuntur . Solebant autem , in iis recitandis , ad binos quosque pedes , qui mensuram unam conficiant , pede terram percutere .

*Forte Epos* , &c. Varius Poeta ducit , id est , componit forte Epos ( hoc est , Poema Epicum , quod fortes , ac generosos spiritus desiderat ) ut alius nemo . Nondum Æneidem suam Virgilius ediderat .

*Epos* . Græca vox est , significans quamcumque narrationem : sumitur pro eo genere carminis , in quo res narrantur . Opponitur Dramatico , in quo res veluti sunt , & personis adhibitis , exhibentur . Epicum autem Poema complectitur Bucolicum , sive pastoritium , quas Eclogas vocant , Georgicum , &c. denique illud omne , quod sola narratione continetur & quo in genere primas obtinet sedes carmen Heroicum , sive Epopeja , in qua describitur actio præclara quædam Herois alicujus , v. g. Ænem adventum in Italiam , & Victoriam de Turno .

*Molle* , &c. Poema Epicum molle , & festivum concesserunt Virgilio Musa rusticæ . Virgilius Bucolica tunc tantum ediderat : forte etiam Georgias .

*Hoc* , &c. Satyricum carmen unum supererat , quod melius possem scribere .

*Expertus* , &c. Quod carmen frustra expertus est , ætentavit Varro Atacinus . Ab Atace , Gallis Narbonensibus fluvio , vel certe ab aliquo loco ejusdem nominis , apparet vocatum fuisse istam Varronem Poetam .

*Inventore minor* . Fateor tamen



Hærentem capiti multa cum laude coronam.  
 At dixi fluere hunc lutulentum, sæpe ferentem  
 Plura quidem tollenda relinquendis. Age, quæso,  
 Tu nihil iu magno doctus reprehendis Homero?  
 Nil comis Tragici mutat Lucilius Atti?  
 Non ridet versus Enni gravitate minores,  
 Cum de se loquitur, non ut majore repressis?  
 Quid vetat, & nosmet Lucili scripta legentes  
 Quærere, num illius, num rerum dura negarit  
 Versiculos natura magis factos, & cunctos  
 Mollius? At si quis pedibus quid claudere senis,

tamen me multo inferiorem esse Lucillo, qui primus Satyræ invenit, & scripsit.

*Fluere lutulentum.* Impolitos, & incomptos versus condere.

*Sæpe ferentem, &c.* Dixi eum sæpe plura tollenda ferre, id est, proferre, scribere, quam relinquenda.

*Nil comis, &c.* Quid? ipse Lucillus nihilne mutatum vult in Atto? nihilne in Ennio reprehendit, ac alio scriptum esse modo velit?

*Atti.* Attius post Pacuvium floruit: plures Tragedias scripsit.

*Enni.* Ennius, Poeta Latinus antiquus; de quo sæpe antea, maxime Od. 7. lib. 4.

*Gravitate, &c.* Amat Ennius versus turgidos, & ampullatos. Igitur versus Ennii gravitate minores, id est, leviores Enni gravitate, seu, quam Enniana gravitas possidet. Aliter explicare sic potes: versus quosdam Ennii, qui sint minores gravitate, id est qui minus, quam par sit, habeant gravitatis; deteriores, quia gravitate careant quæ in aliis quibusdam ejusdem Enni versibus elucet.

*Loquitur.* Lucillus de se ipso.

*Non us, &c.* Non ita tamen, ut se Lucilius putet majorem, & præstantiorem esse Ennio, & aliis quos reprehendit.

*Nam illius, &c.* Num ipsius Lucilii natura durior, num rerum, quas tractavit, natura sicior, & sterilior negarit illi versus meliores, id est, in causa fuerit, cur versus ediderit minus tornatos, & pezos?

*At si quis, &c.* Sententia est: at si quis hoc tantum amat, ut multos scribat versus, quales illi cumque sint, (quod Cassio, Etrusco Poetæ contigit, qui rapido amne uberior, & copiosior erat) ego sane illi homini concedam, comem, & urbanum fuisse Lucilium, limatiorem fuisse, & ornatorem, quam Ennius fuerit, qui aucto extitit Satyrici carminis, adhuc rudis suo tempore, & a Grecis intentati, nondum tractati, fuisse etiam politiorum Poetis omnibus senioribus, & superioris ævi: sed tamen si ille hac ætate nostra natus esset, &c. vides concessionem ironicam, non est satis multos versus fundere, ut fecit Lucillus, qui si nunc

Hoc tantum contentus amet scripsisse ducentos  
 Ante cibum versus, totidem cœnatus, Etruscæ  
 Quale fuit Cassi rapido ferventius anni  
 Ingenium; capsis quem fama est esse, librisque  
 Ambustum propriis. Fuerit Lucilius, inquam,  
 Comis & urbanus, fuerit limatior idem,  
 Quam rudis, & Græcis intacti carminis auctor,  
 Quamque Poetarum seniorum turba; sed ille,  
 Si foret hoc nostrum fato dilatus in ævum,  
 Detereret sibi multa, recideret omne, quod ultra  
 Perfectum traheretur; & in versu faciendo  
 Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.  
 Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint  
 Scripturus; neque te ut miretur turba labores,  
 Contentus paucis lectoribus. An tua demens  
 Vilibus in ludis dictari carmina malis?  
 Non ego; nam satis est Equitem mihi plaude-  
 re, ut audax

Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit:  
 Men' moveat cimex Pantilius? an crucier, quod

viveret plerosque ex illis de-  
 leturus esset, ac diligentius  
 scriberet.

*Capsis, &c.* Qui tam mul-  
 tos ediderat versus, & li-  
 bros, ut suis scriniis, & char-  
 tis, non congestis, ut fit,  
 lignis, ambustus fuerit post  
 obitum; ut ejus libri, & ar-  
 culæ, extruendo rogo suffece-  
 rint.

*Detereret.* Detraheret.

*Recideret, &c.* Amputaret  
 omnia supervacanea, quæ ni-  
 mirum trahuntur, & acce-  
 dunt ad ea, quæ jam perfe-  
 cta sunt, tamquam inania or-  
 namenta, onerantia potius,  
 quam ornantia.

*Caput scaberet.* Fricaret,  
 scalperet unguibus.

*Sæpe stylum, &c.* Sæpe  
 delete, ac mutare debes,  
 quod scripseris, si velis ea  
 scribere, quæ digna sint lte-

rum legi, ac sapius. Stylus  
 erat acus ferrea, quali nunc  
 utimur in pugillaribus, capi-  
 te plano, extrema parte acu-  
 ta, hac scribebant in cera,  
 illo scripta debebant, æquata  
 cera, & complanata. Hoc vo-  
 cabatur stylum vertere, seu  
 invertere, utendo capitata ejus  
 parte ad delendum, quod  
 acumine scriptum erat.

*Ludis. Scholis.*

*Equitem.* Homines lectos,  
 & nobiles. Forte Mæcena-  
 tem innuit, qui in Equestri  
 loco, & ordine constitit.

*Ut audax, &c.* Id quod  
 dixit Arbuscula (mulier in  
 Comædiis personam agere so-  
 lita) quæ cum exploderetur  
 a populo, dixit sibi satis es-  
 se, si Equitibus probaretur.

*Cimex Pantilius.* Id est,  
 Pantilius Poeta putidus, &  
 ignobilis.

*Demo-*

Veltior Absentem Demetrius? aut quod ineptus,  
 Fannius Hermogenis lædat conviva Tigelli?  
 Plotius, & Varius, Mœcenas, Virgiliusque,  
 Valgius, & probet hoc Octavius optimus, atque  
 Fulcus, & hæc utinam Viscorum laudet uterque  
 Ambitione relegata te dicere possum,  
 Pollio, te, Messala, tuo tum fratre, simulque,  
 Vos Bibuli, & Servi: simul his te, candide Furni:  
 Complures alios, doctos ego quos & amicos,  
 Prudens prætereo; quibus hæc, sint qualiacumque,  
 Arridere vësim, doliturus, si placeant spe  
 Deterius nostra. Demetri, teque, Tigelli,  
 Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.  
 I, puer, atque meo citus hæc subscribe libello.

*Demetrius*. Ignobilis Poeta, ut & Fannius &c.

*Lædat*, Me conviciis vellicet.

*Octavius*. Poeta insignis, & historicus.

*Ambitione*, &c. Possum te inter illos amicos meos, virosque doctissimos numerare, citra fastum, & adulatiorem, ex rei veritate, o Pollio.

*Simul his*. Una cum illis.

*Prudens*. Sciens, ac volens.

*Spe deterius*. Minus quam spero.

*Tigelli*. Hermogenes Tigellius, Poeta imperitus, non is, de quo meminit Horatius Satyr. 2. quem Tigellum Sardanum appellat, mor-

tuumque scribit.

*Jubeo plorare*, &c. Locutio est Græca, & imprecandi formula, idest, inglorios esse, & indecoros patior ringi, & invidere mihi non ægre video, in ludis vestris litterariis, ubi mulierculæ vos audiant.

*Puer*. Amasoneum aliquem significat, qui scripta, & dictata exciperet.

*Subscribe*. Post cæteras Satyras, in hoc libello comprehensas, hanc etiam, cæteris nihilo inferiorem, scribe, & aliis adde. Vel, clausulam hanc appone isti Satyræ, ut quibus probari ac placere velim, constet.



Q. HORATII FLACCI

## SATYRARUM

LIBER SECUNDUS.

## SATYRA I.

*Trebatium Horatius consulit, an sibi putet scribendas esse porro Satyras.*

**S**UNT, quibus in Satyra videar nimis acer, & ultra

Legem tendere opus; sine nervis altera quidquid  
Composui pars esse putat; similesque meorum  
Mille die versus deduci posse. Trebati,  
Quid faciam, præscribe. Quiescas. Ne faciam;  
inquis,

Omnino versus? Ajo. Pream male, si non

*Acer.* Asper, severus.

*Ultra legem.* Progredi ulterius, acerbius scribere quam lex suat, ultra modum, & usitatum in variis notandis consuetudinem; habet enim suas leges Satyra, quas libro superiori explicat. Exponi etiam potest, de lege Decemvirali, quam Horatius, violarat. Decemviri enim in eos, qui fecissent malum carmen, idest, quod alicui infamiam, & labem graviolem inureret, poenam capitis sanxerunt. Timens Horatius, ne contra legem hanc peccaverit, Trebatium jurisconsultum ea tempestate celebrem, consulit festive, ac sibi respondentem inducit.

*Nervis.* Pondere sermonis, & sententiarum gravitate.

*Deduci.* Scribi. Metaphora

sumitur a lana, quæ sine labore ducitur e colu. Alia, deductum carmen, elaboratum, subtile significat.

*Trebatii.* C. Trebatius Testa vocabatur, vir optimus, & juris scientificus, amicissimus Ciceroni, cujus plures extant ad eum epistolæ, lib. 7.

*Quiescas.* Respondet Trebatius, auctor tibi sum, ne abstineas penitus a scribendo.

*Ajo.* Ita censeo, inquit Trebatius.

*Pream, &c.* Sane verum dicis, & præstaret versus omnino non facere, verum hanc unam artem habeo conciliandi mihi somni, vel, cum dormire non possum, in versibus faciendis noctem pono. Aliam rationem somni conciliandi te docebo, inquit

Treba.

Optimum erat : verum nequeo dormire . Ter uncti  
 Transnanto Tiberim , somno quibus est opus alto ;  
 Irriguumque mero sub noctem corpus habento ;  
 Aut , si tantus amor scribendi te rapit , aude  
 Cæsaris invicti res dicere ; multa laborum  
 Præmia laturus . Cupidum , Pater optime , vires  
 Deficiunt : neque enim quivis horrentia pilis  
 Agmina , nec fracta perquntes cuspide Gallos ,  
 Aut labentis equo describat vulnere Parthi .  
 Attamen & justum poteras , & scribere fortem ,  
 Scipiadam , ut sapiens Lucilius . Haud mihi deero ,  
 Cum res ipsa feret ; nili dextro tempore , Flacci  
 Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem :  
 Cui male si palpere , recalcitrat undique rurus .  
 Quanto rectius hoc , quam tristi lædere versu  
 Pantolabum scurræ , Nomentanumque nepotem ?

Trebatius : si quis dormire  
 cupit altius , ungat oleo cor-  
 pus ; mox natando per Ti-  
 berim sese defatiget ; paulu-  
 lum etiam vini ante noctem  
 hauriat .

*Ter uncti .* Pro *esset* , Græco  
 more .

*Ter uncti .* Scæpius uncti .  
 Oleum corpori ante natatio-  
 nem illinebant ; ut , poris oleo  
 clausis , contra frigus aquæ  
 munirentur .

*Transnanto .* Utitur impe-  
 rativo , quasi legem , aut edi-  
 ctum ferret .

*Cupidum .* Cupientem res  
 Augusti scribere .

*Pater .* Trebatium sic vo-  
 cat honoris causa , ut senio-  
 rem , & jurisconsultum .

*Horrentia .* Hirsuta , & hor-  
 rida . Est pilum hasta brevior  
 apud Romanos usitata .

*Fracta cuspide .* Sagitta ,  
 quam Galli morientes e cor-  
 pore non potuerunt evellere ,  
 nisi fractam . Tela cum im-  
 petu coniecta , frangi solent .

*Attamen , &c .* Ego , inquit  
 Trebatius , non satis habeo

nervorum ad res bellicæ Au-  
 gusti describendas ; posses ta-  
 men illius justitiam , & animi  
 magnitudinem laudare ; ut sa-  
 piens Lucilius laudavit Sci-  
 piadam , idest , Scipionem  
 Emilianum , sive Africanum  
 minorem . Faciam enim ve-  
 ro , inquit Horatius : at cum  
 opportuna se dabit occasio :  
 Flacci enim , idest , mea ver-  
 ba , & laudes Cæsaris , non  
 audientur attente ac libenter  
 ab eo , nisi dicantur in loco ,  
 & opportuno tempore .

*Palpere .* Aduleris . Palpa-  
 re proprie est , palpo , seu  
 volo , blande & leniter at-  
 trectare .

*Recalcitras* , Rejicit adu-  
 lationem , & laudes molestas :  
 ut equi feroces , & generosi  
 se duciter , & odiose attracta-  
 ri non patrantur . Undique  
 tusus , idest , munus contra  
 assentationem .

*Hoc .* Laudare Cæsarem ,  
 Loquitur Trebatius .

*Pantolabum , &c .* De qui-  
 bus locutus erat Horatius .  
 lib. 1. Cum ,

Cum sibi quisque timet, quamquam est intatus, & odit.

Quid faciam? Saltat Milonius; ut semel icto  
 Accessit fervor capiti, numerusque lucernis.  
 Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem  
 Pugnis. Quot capitum vivunt, totidem studiorum  
 Millia. Me pedibus delectat claudere verba  
 Lucili ritu, nostrum melioris utroque.  
 Ille velut fidis arcana sodalibus olium  
 Credebat libris: neque si male cesserat, usquam  
 Decurrens alio, neque si bene: quo fit, ut omnia  
 Votiva pateat veluti descripta tabella  
 Vita senis. Sequor hunc, Lucanus, an Appu-  
 lus anceps,  
 Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus:

*Cum, &c.* Eo magis abstinere debes a scribendo, quod, quando scribis, sibi omnes timeant, quamquam eos non tangas, & carpas nominatim; teque ut maledicum, & sycophantam oderint.

*Quid faciam &c.* Respondet Horat. Sic sum; amo satyram, ut amat saltare Milonius (temulentus quidam, & ebrius, quem obiter notat.)

*Icto.* Percusso vini vaporibus.

*Numerus.* Cum geminatus est numerus lucernarum; cum duas, pro una lucernas videt: id quod ebriis accidit.

*Ovo, &c.* Pollux, Castoris frater. Castor, & Pollux geniti ex ovo a Poetis dicuntur, cum Jupiter, mutatus in cygnum Ledam ipsorum matrem adiit. Annotat equos Castor, pugnos Pollux, id est, pugilatam, & pugnas caestuum.

*Studiorum.* Propensionem.

*Melioris.* Poetae praestantioris me, & te.

*Ille, &c.* Ordo est: ille Lucilius credebat, & committebat arcana sua libris, & versibus; ut si fuissent fides sodales sui.

*Si male, &c.* Si quid est adversi accidisset.

*Decurrens alio.* Aliunde nullum solatium, quam a libris petens.

*Votiva, &c.* Qui morbos, naufragium, aliove casus effugerant, aut aliqui ex animi sententia gesserant; in votivis, id est, in promissis ex voto tabellis, ea depingunt jubebant, & e templorum tholis suspendi.

*Pateat.* Extet in ejus versibus.

*Senis.* Lucilii.

*Sequor hunc, &c.* Hunc Lucilium imitor, ego Horatius, anceps, id est, incertus, an sim Lucanus, an Appulus; quia Venusini cives, quorum unus ego sum, agros habent Apuliam inter, & Lucaniam medios, & in utriusque limite positos.

*Colonus.* Aliquando signi-  
 O 2 - fiet

Missus ad hoc, pulsus, vetus est ut fama, Sabellis:  
 Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis;  
 Sive quod Appula gens, seu quod Lucania bellum  
 Incuteret violenta: sed hic stylus haud petet ultro  
 Quemquam animantem, & me veluti custodiet  
 ensis

Vagina tectus; quem cur distringere coner,  
 Tutus ab insectis latronibus? O pater, & Rex  
 Jupiter, ut pereat positum rubigine telum,  
 Nec quisquam noceat cupido mihi pacis! At ille  
 Qui me commorit (melius non tangere, clamo)  
 Flebit, & insignis tota cantabitur Urbe.  
 Servius iratus leges minitatur, & urnam;

Scat agricolam, qui agros colit; aliquando civem ex alia quadam urbe ad aliam incolendam, & frequentandam missum: quo sensu hic sumitur.

*Missus ad hoc, &c.* Ob hanc causam Roma missas in urbem Venusium, vacuum, pulsas ea Sabellis, & praesidio, ac milite destitutam, ut hostes in Romanorum agros facilem aditum non invenirent; sed ut essent, qui hanc urbem munirent, ac defenderent.

*Sabellis.* Sabelli a Sabinis orti incolebant montes inter Sabinos, & Marfos: omnem etiam Samnites appellati. Plin. lib. 3.

*Sive quod, &c.* Sive Colonia fuerit missa Venusium, quia Lucani, aut Appuli bellum inferrent Romanis, essetque opus hac urbe, & Colonia, tamquam freno, ad utrosque coercendos.

*Appula gens.* Est Apulia regio Italiae, ad mare Adriaticum prope Calabriam.

*Lucania.* Est regio extrema, sive meridiana Italiae, versus Tyrrhenum mare por-

recta, & Apuliae finitima, qua clauditur ab Oriente.

*Sed, hic, &c.* Redit a diverticulo in viam.

*Stylus.* Satyra mordax, & aculeos habens. Proprie stylus est ferrea, & oblonga cuspis, qua scribebant in tabellis cera obductis: pro scribendi genere sumitur.

*Animantem.* Vivum: neminem insectabor.

*Et me, &c.* Utar ego Satyra, tantum ad me defendendum.

*Tutus, &c.* Cum nihil sit a latronibus periculi.

*Ut pereat, &c.* Utinam hic ensis meus, depositus, & inutile rubigine pereat, & consumatur: nemo me, amantem pacis cogat illum distringere: quod si quis me commoverit, id est, me petierit, mihi bilem moverit (moneo illum, & mature denuncio, satis illi fore, si me non tangat) ita male a me accipietur, ut doliturus sit, &c.

*Cantabitur.* Famosis verbis a me describetur, & omnium erit in ore.

*Servius, &c.* Aliquis tum infi-

Canidia Albuti, quibus est inimica, venenum;  
 Grande malum Turius, si quis se iudice certet.  
 Ut, quo quisque valet, suspectos terreat, utque  
 Imperet hoc natura potens, sic collige mecum.  
 Dente lupus, cornu taurus petit: unde, nisi intus  
 Monstratum? Scævæ vivacem crede nepoti  
 Matrem: nil faciet sceleris pia dextera; mirum,  
 Ut neque calce lupus quemquam, neque dente  
 petit bos:

Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta:  
 Nè longum faciam: seu me tranquilla senectus  
 Expectat, seu mors atris circumvolat alis:  
 Dives, inops, Romæ, seu fors ita iusserit, exul;  
 Quisquis erit vitæ scribam color. O puer, ut sis  
 Vitalis, metuo, & majorum ne quis amicus

in ignis acculator, vel quæ-  
 stor. Sensus itaque est: Ser-  
 vius, si quem inimicum ha-  
 bet, minatur severitatem  
 legum, & supplicia ei a ju-  
 dicibus constituenda, qui  
 suffragia sua, in tabulis scri-  
 pta, in urnam conjiciunt,

*Albusi*. Subaudi, filia.

*Venenum*. Subaudi, mini-  
 stratur: in ignis scilicet vene-  
 fica.

*Malum*. Exitium, ruinam  
 fortunarum.

*Turius*. Iudex aliquis im-  
 probus, & venalis.

*Quo*. Quibus armis,

*Ut quo, &c.* Ordo est: me-  
 cum collige, idest, conclu-  
 de, atque intellige quemad-  
 modum quisque illis armis  
 utatur, quibus naturaliter  
 pollet, illique terreat sus-  
 pectos illos, unde timet: &  
 quemadmodum natura hoc  
 omnibus intulit, imperet-  
 que illud, inquam, ex eo  
 intelliges, quod lupi dentibus  
 feriant, &c.

*Nisi intus, &c.* Nisi quod  
 hos eos interna via quædam,

& tacita naturæ vox docet:

*Crude, &c.* Ordo est: per-  
 mitte Scævæ nepoti, idest,  
 perdito adolescenti; ejus ar-  
 bitrio, & potestati matrem  
 ipsius longævam permitte a  
 nempe iste pius filius nihil in-  
 eam gravioris sceleris admit-  
 tet, non franget fruces la-  
 queo, non gladio trucidabit.  
 Non hoc mireris, at memi-  
 neris lupum pedibus nem-  
 nem percutere, nec bovem  
 dente: ita Scævæ gladio non  
 utetur, ad matrem tollen-  
 dam, sed veneno, & cicuta  
 succo, quem meli infundet.

*Circumvolat*. Periturum  
 brevi.

*Quisquis eris color*. Ater,  
 an albus; prospera, vel ad-  
 versa fortuna: vitæ ratio,  
 & status quicumque mihi fu-  
 turus est.

*Scribam*. Satyras faciam.

*O puer*. Jam Trebatius  
 loquitur. O charissime Ho-  
 rati, vereor ut diu vivas.  
 Vitalis, hic est vivus, &  
 diu superstes.

*Majorum amicus*. Potentiam



Frigore te feriat. Quid? cum est Lucilius ausus  
 Primus in hunc operis componere carmina morem,  
 Detrahere & pellem, nitidus qua quisque per ora  
 Cederet, introrsum turpis? num Lælius, aut qui  
 Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,  
 Ingenio offensi, aut læso doluere Metello?  
 Famosisque Lupo cooperto versibus? Atqui  
 Primores populi arripuit, populumque tributim,  
 Scilicet uni æquus virtuti, atque ejus amicis.  
 Quin, ubi se a vulgo & scena, in secreta remorant  
 Virtus Scipiadae, & mitis sapientia Læli,  
 Nugari cum illo, & discincti ludere, donec

tium & nobilium, quos tu  
 Satyris tuis insectatus fueris.

*Frigore.* Morte, quæ frigidum corpus, & exangue facit, vel veneno quod exitali frigore calorem nativum & vitam extinguit.

*Quid, &c.* Respondet Horatius. Quid? cum Lucilius ausus est carmina componere, in hunc operis, id est, Satyræ morem: cum ausus est tollere pellem extimam improbis, qua illi induti incedebant per ora hominum, id est, apparebant palam, ut mitidi, & virtute præditi, quamvis intus essent turpes, ac scelerati: num ejus carminibus, & hac indole Satyrica sunt offensi Lælius, & Scipio Africanus minor? num doluere, quod Metellum læderet, quod Lupum famosis versibus obrueret? tamen Lucilius nobiles æque ac plebem corripuit, unis probis parcens, & favens, &c.

*Primus.* Banus, & Pacuvius, ante Lucilium Satyras quidem scripserant: non ita tamen eleganter, & accurate.

*Pellem.* Famam probitatis, detegendo eorum vitia.

*Lælius.* C. Lælius, sapiens

dictus, quem Cicero loquentem facit in sermone de amicis.

*Aus qui, &c.* Vide lib. IV. Od. 7.

*Metella.* Q. Cæcilius Metellus Macedonicus, Scipionis Africani minoris, quem Lucilius colebat, inimicus, teste Plinio, fuit: unde in illum Lucilius invecus est.

*Lupo.* Lentulus Lupus Consul fuit anno U. C. 597. damnatus repetundarum; post damnationem tamen Centor factus.

*Tributim,* Per singulas 25. tribus promiscue irruens in quemlibet.

*Ejus.* Virtutis.

*Et scena.* Ab Reipublicæ administratione, & Curia, ubi tamquam in theatro personam gravem, & seriam gerebant: quam deponebant domi, & intra parietes.

*Virtus Scipiadae.* Græva locutio: pro, Scipio vir optimus: mitis sapientia Læli, pro, Lælius sapientissimus, ac mitissimus.

*Illo.* Lucilio.

*Discincti.* Soluti curis, & zona, quam Romani solebant deponere domi, aut laxo.

Decoqueretur olus, soliti. Quidquid sum ego,  
quamvis

Infra Lucili censum: ingeniumque, tamen, tu  
Cum magnis vixisse, invita fatebitur usque  
Invidia, & fragili quærens illidere dentem,  
Offendet solido: nisi quid tu, docte Trebati,  
Dissentis. Equidem nihil hic diffundere possum:  
Sed tamen ut monitus caveas, ne forte negoti  
Incuriat tibi quid sanctarum inscitia legum:  
Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est  
Iudiciumque. Esto, si quis mala, sed bona si quis  
Iudice condiderit laudatur Cæsare; si quis  
Opprobrijs dignum lataverit integer ipse;

laxiorem gerere, ac solutio-  
ram.

*Decoqueretur olus.* Donec  
appareretur coena, quæ tum  
erat, etiam inter nobiles,  
valde fragalia, & magnam  
partem, ex oleis constans.

*Quidquid sum.* Quantum  
luscumque sum.

*Censum.* Opes. Erat enim  
Lucilius homo nobilis, & lo-  
cuples.

*Et fragili, &c.* Et quæ-  
rens, & constata illidere den-  
tes in aliquam fragilem, &  
mollem materiam, in soli-  
dam: & duram incidet, sibi-  
que dentes oblaedet. Videtur  
hic Horatius respicere fabu-  
lam de serpente, qui, cum  
in officinam fabri ferrarii for-  
te irrepisset compulsus fame,  
ibique arrodere limam vel-  
let, ab ea irrisus est.

*Equidem, &c.* Ordo est:  
equidem nihil possum hinc,  
ex iis, quæ dixi, diffundere,  
id est, tollere, mutare, ab-  
scindere: hoc est, maneo  
in sententia, & consilio scri-  
bendi Satyras, nisi quid tibi  
aliter videtur, nisi tu mihi

non assentiris; quod honoris  
tantum causa dicit, certus ve-  
delicet, quidquid dicat ac dis-  
sentiat Trebati, pergere,  
& scribere. Diffundere est,  
dividere; id est, hoc in loco  
aliud probare, aliud rejicere.

*Sed tamen, &c.* Subau-  
di, hoc tibi denuntio, inquit  
Trebati, ut caveas ne quid  
periculi, & damni afferat tibi  
legum inscitia: moneo te  
legem esse, & actionem in  
eos, qui famosa, & maledi-  
ca carmina condiderint in ali-  
quem.

*Jus.* Lex: actio jure con-  
stituta, & legibus permessa.

*Judicium.* Accusandi in  
judicio facultas.

*Esto, &c.* Sit ita sane,  
inquit Horatius: Valeat ea  
lex in eos, qui mala carmi-  
na scripserint. Ludit, in vo-  
ce, mala.

*Integer ipse.* Cum ipse sit  
probus.

*Solventur, &c.* Leges in  
tabulis scriptæ, explodentur  
cum risu; nihil in ejusmodi  
Pœtam valebunt, qui di-  
missus, & absolutus a judi-  
bus exibat.

*Tu. Idem, Poeta quilibet. & pericula.*  
*Missus. Solutus sceleris,*

SATYRA II.

*Ofellus quidam frugalitatem commendans, & varios gulæ errores, ac flagitia vituperans, ab Horatio inducitur.*

**Q**UÆ virtus, & quanta, boni, sit vivere parvè  
(Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus;

Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva)  
Discite non inter lances, mentasque nitentes,  
Cum stupet insanis acies fulgoribus, & cum  
Acclinis falsis animus meliora recusat:  
Verum hic impransum mecum disquirite. Cur hoc?  
Dicam, si potero. Male verum examinat omnis

*Que virtus, &c.* O boni idem; o amici, discite, quæ sit virtus, & quanta, parvo contentum esse.

*Nec meus, &c.* Non hic meis verbis loquor, sed Ofelli; cujus sermonem, & præcepta refero. Horatius duos tantum istos versiculos, itemque alios quatuor sub finem, suo nomine loquitur, cæteros Ofellus.

*Ofellus.* Nomen rustici cuiusdam, forte fictum.

*Abnormis sapiens.* Sapiens ille quidem, sed non imbutus philosophorum præceptis, & regulis; abnormis, carens norma, & regula; nulli sectæ addictus.

*Crassaque Minerva.* Doctrina non exultus. Minerva pro eruditione sumitur.

*Non inser, &c.* Hoc discite, non inter vinas, & men-

tas opiparas, &c.

*Cum stupet, &c.* Cum oculi perstringuntur, & hebescunt fulgore insigni vasorum, gemmis, auro, & argento nitentium.

*Acclinis, &c.* Cum animus inclinatus voluptate ad falsa credenda recusat veriora, & meliora audire, & credere.

*Impransum.* Jejuni & sicci. *Mecum.* Ofellus loquitur ista omnia, ut dixi.

*Cur hoc?* Cur volo id a vobis impransum disquiri?

*Si potero, &c.* Ita præfari decuit rusticum, dicturum aliquid graviter, & sententiose. Est autem hoc, illius axioma. Judex corruptus non est idoneus ad examinandam veritatem: idem, animus, dum corpus cibo, & voluptatibus affluit, est tanquam judex

Corruptus iudex. Leporem sectatus, equove  
Lassus ab indomito; vel, si Romana fatigat  
Militia assuetum gracari, seu pila velox,  
Molliter austerum studio fallente laborem,  
Seu te discus agit, pete cedentem aera disco.  
Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis,  
Spérne cibum vilem: nisi Hy mettia mella Falerno  
Ne biberis diluta. Foris est promus, & atrum  
Defendens pisces hyemat mare; cum sale panis  
Latrantem stomachum bene leniet. Unde putas, &

des corruptus, qui non potest recte iudicare, quam vera sint præcepta de frugalitate.

*Leporem &c.* Quæ hæcenus ab Ofello dicta sunt, locum, & vicem habent exordii: jam præclara sua frugalitatis præcepta incipit edisserere: quorum primum est, famem esse optimum ciborum condimentum: eam labore, & exercitatione quærendam. Igitur, ubi venatus leporem fueris, aut equitatione defatigatus, &c. cum exercitatio laboriosa extuderit, id est, depulerit satietatem, & nauseam, cum eris siccus, & inanis, id est vacuo ventre; tunc sperne, si potes, cibum vilem; certe non eum spernes, sed, urgente fame, libenter eo vesceris.

*Vel si, &c.* Ordo, & sensus est; quod si te nimium fatigat militaris aliquis exercitatio, quæ omnis quidem est laboriosa, sed maxime Romana, te, inquam, assuetum molliter vivere, & comessari, quod Græcorum est, seu te agit, id est, te exercet, delectat pilæ Iudus, quæ huc illuc celeriter pellitur, non sine labore, sed quem tamen laborem, studium, hæc est, ludi huius

amor, fallit molliter, id est, leviolem facit, & quasi lufores decipit, ne laborem sentiant; seu te discus delectat; esto sane, iude pila, vel disco, atque ita famem collige.

*Discus.* Est massa ferrea, vel lapidea vulgo plana, & rotunda, quæ per aerem conijcitur ad certum locum, & metam.

*Pete aera.* Jacta discum in aerem, qui aer cedit corporibus gravioribus.

*Hy mettia.* Himettus mons Atticæ, ubi flores optimi, & mel exquisitum. Vinum Falernum erat austerius, & durius; itaque diluebatur, & mitigabatur melle.

*Ne biberis.* Inventa est.

*Foris est promus, &c.* Ieno, inquit, adeo cibos delicatos tunc spernes, ut si tuus promus (is dicitur, qui cibos & penæ promit) domus non est: si mare procellosum, & hybernium tuetur pisces, & piscationem impedit, frustra panis, nullo præter saleum adhibito condimento, contentus sis futurus, & famem placaturus cum voluptate.

*Hyemat.* Hyeme inhorrescit, procellis agitatur, & inaccessum est.

Qui partum! Non in caro nidore voluptas.  
 Summa, sed in te ipso est. Tu pulmentaria quæ  
 Sudando: pinguem vitii albumque nec Ostrea,  
 Nec Scarus, aut poterit peregrina juvare Lagois.  
 Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin  
 Hoc potius, quam gallina tergere palatum,  
 Corruptus vanis rerum; quia veneat auro  
 Rara avis, & picta pandat spectacula cauda:  
 Tanquam ad rem attineat quidquam. Num ve-  
 sceris ista,  
 Quam laudas, pluma? coctove num adest honor  
 idem?

Carne tamen quamvis distat nihil hæc magis illa:  
 Imparibus formis deceptum te patet. Esto.  
 Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an al'

*Qui partum, &c.* Unde conciliatam, & natam putas voluptatem in tam tenui visu, in pane, & sale? Nempe, inquit Ofellus, voluptas edendi non est in exquisitis cibis, sed in ore & fame, quæ in te, non in cibis est.

*Nidore.* Nidor est proprie fumus ille, quem tostæ carnes emittunt.

*Pulmentaria.* Condimenta.

*Pinguem vitii.* Crapula, & ingulvie turgidum, ac pallidum.

*Scarus.* Piscis exquisitus.

*Juvare.* Delectare.

*Lagois.* Piscis, aut avis rara, & peregre advehi solita, sic appellatur, ob aliquam cum lepore similitudinem, vel in colore, vel in carnis gustu.

*Eripiam.* Persuadebo, docebo te.

*Hoc. Pavone.*

*Tergere palatum.* Locutio apta rustico, ut alia multa: idest, vesci.

*Vanis rerum.* Pro vanis rebus; idest, vana opinione, & specie.

*Veneat. Vendetur.*

*Ad vim.* Ad gustum, & saporem.

*Pluma. Pavonis.*

*Coctove, &c.* Quando coctus est pavo, estne idem color, eadem species pennarum, quæ vivo erat? neutiquam.

*Carne tamen, &c.* Quamvis tamen illa, gallinæ scilicet caro, nihil magis, nihil admodum distet hac carne; idest, pavonis, esto nihilominus, patior te pavonis carnem gallinæ carni præferre, deceptum formis dissimilibus, hoc est, dispari utriusque avis specie. Sed cur lupum hunc illi alteri præfers, cum sit una & eadem amborum piscium forma, & species? Quia, inquis, captus est ille in Tiberi, inter pontes Tiberinos. Unde vero datum est tibi, ut hoc sentias, & discernas? an videlicet lupus captus sit inter pontes, in alto, in mari, an prope ostia Tiberis, quænam res te in eam scientiam, & conjecturam inducit?  
*Lupus.* Piscis est marmus ille

Captus hiet, pontefne inter jaclatus, an amnis  
 Offia: sub Tusci? Laudas, insane, trilibrem  
 Mullum, in singula quem minuas pulmenta nec  
 cesse est.

Ducit te species, video. Quo pertinet ergo  
 Proceros odisse lupos? quia scilicet illis  
 Majorem natura modum dedit, his breve pondus.  
 Jejunos raro stomachus vulgaria temnit.  
 Porrectum magno magnum spectare catino  
 Vellem, ait Harpyis gula digna rapacibus. At vos  
 Præsentem Austri coquite horum obsonia. Quam-  
 quam.

illè quidem, sed qui flumina:  
 subeat: ita distus a voracita-  
 te, ab oris ingenti rictu, &  
 biatu. Deterrimum putabant  
 esse, qui captus in pelago es-  
 set, meliorem qui in ostiis  
 fluminum; optimum, qui  
 longius a mari, v. gr. inter  
 pontes Romæ, ubi aqua flu-  
 viali quasi eluebatur.

*Hiet.* Quia pisces, ut ca-  
 pti sunt, hiare, & palpitare  
 solent.

*Amnis Tusci.* Tiberis,  
 qui e Tuscia profuit in me-  
 re Tyrrhenum.

*Pulmenta, &c.* Frusta,  
 at: cum tamen dividas necesse  
 est. Mullus est piscis exqui-  
 situs.

*Ducit, &c.* Ejus magnitu-  
 da te capit, ac delectat.

*Quo pertinet, &c.* Idest,  
 cur ergo lupos pisces odisti,  
 cum sunt proceri, & majo-  
 re? nempe, quia lupi vulgo  
 magni sunt, muli vulgo, &  
 natura sunt exigui. Displi-  
 cent tibi scilicet pisces vul-  
 gares, & quales natura con-  
 didit: vis magnos, qui na-  
 tura sunt breviores; vis bre-  
 viores, qui magni sunt. At  
 jejunos stomachus res, ut  
 sunt, & cibos accipit.

*Modus pondus.* Mensu-  
 ram, magnitudinem.

*Magnum.* Subaudi, piscem  
 mullum.

*Harpyis, &c.* Idest, ho-  
 mo gulosus, cujus gula, &  
 voracitas par sit gulæ Har-  
 pyarum. Erant illæ rapaces  
 quædam Dæ, de quibus Vir-  
 lium vide lib. Æneid. 3.

*Præsentem.* Meis præcibus  
 faventes, propitii.

*Coquite.* Patrefacite, cor-  
 rumpite. Austri enim ventus  
 a Meridie flantis aura æstuo-  
 sa est, ac tabida.

*Obsonia.* Cibos.

*Quamquam, &c.* Festiva  
 correctio prioris imprecation-  
 nis. Quamquam quid opus  
 est rogare Austros, ut cor-  
 rumpant obsonia, siquidem  
 illa, etsi recentia, tamen apud  
 nos jam putent, idest, fasti-  
 dio sunt, propter illorum co-  
 piam, quæ nauseantem sto-  
 machum sollicitat, idest, op-  
 primit, gravat, impellitque  
 ad viles etiam cibos optan-  
 dos, ut sunt rapula, iavis,  
 ova, &c. Factum bene, quod  
 isti pauperum cibi nondum a  
 mensis Regum, idest, divi-  
 tum, regibus, luxu epulan-  
 tium, abacti & expulsi omni-  
 bus.

Putet aper rhombusque recens, in mala copia quando  
 Ægrum sollicitat stomachum; cum rapula plenus,  
 Atque acidas inavult inulas; nec dum omnis abacta  
 Pauperies epulis regum; nam vilibus ovis,  
 Nigricque est oleis hodie locus. Haud ita pridem  
 Galloni præconis erat acipenser mensa  
 Infamis. Quid? tum rhombos minus æquor  
 alebat?

Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido;  
 Donec vos auctor docuit Prætorius. Ergo  
 Si quis nunc mergos suaves edixerit affos,  
 Parebit pravi docilis Romana Juventus,  
 Sordidus a tenui victu distabit, Ofello  
 Judice. Nam frustra vitium vitaveris illud,  
 Si te alio pravum detorseris. Avidienus,  
 Cui Canis ex vero dictum cognomen adhæret,  
 Quinquennés oleas est, & sylvestria corna:

no sint. Rhombus piscis est. Rapula sunt radices edules, & nota; Inula herba quadam.

*Galloni, &c.* Ante paucos annos merito vituperatus est Gallonius, quod primus omnium acipenserem piscem in sua mensa epulandum convivis apposuerit: ex illo cæpit esset in pretio iste piscis, statim hominum opinione

*Quid, &c.* Quando apponi cæptus est acipenser, nomen in enari quoque erant rhombi, & in agris ciconiæ? profecto erant: sed nemo illis vesceretur; tutis licebat ipsis esse donec Romanus quidam Prætorius auctor fuit, ut in conviviis ponerentur, suaves esse pronuntiavit, nomenque, ac pretium iisdem addidit. Adeo verum est pretium non natura, sed opinione poni.

*Prætorius.* Nonnulli eum Asinium Sempronium Rufum appellat; voluntque dici

Prætorium joco, quia cum Præturam peteret, repulsam tulit, ob ciconias intersectas, & mensam appositam.

*Mergos.* Quamvis natura duros, & ita siccos, ut igne torreri vix queant.

*Edixerit.* Quasi pro imperio, ut solet Magistratus, dixerit.

*Parebit.* Fidem adjunget, iis vescetur.

*Pravi docilis.* Quæ cito prava discit.

*Sordidus, &c.* Hoc secundum Ofelli axioma, & præceptum est.

*Illud.* Luxum, & sumptuosum victum.

*Alis.* Ad sordes, & vitium immundum.

*Avidienus.* Homo fordidi, & immundi victus, ideoque Canis merito appellatus.

*Ex vero.* Ex morum veritate.

*Quinquennés, &c.* Oleas vetuitate corruptas, ab annis quinque spissas.

Est.

Ac, nisi mucatum, parcit diffundere viuum, &  
 Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit  
 Ille repotia, natales, aliosve dierum  
 Festos albatu celebret) cornu ipse bilibri  
 Caulibus instillat, veteris non parvus acetii.  
 Quali igitur victu sapiens utetur, & horum  
 Vtrum imitabitur? hac urget lupus, hac canis  
 angit.

Mundus erit, qui non offendat sordibus, atque  
 In neutram partem cultus miser. Hic neque  
 servis,

Albuti senis exemplo, dum munia didit,  
 Sævus erit: nec sic, ut simplex Nævius, unctam  
 Convivis præbebit aquam: vitium hoc quoque  
 magnum.

*Est. Edit.*

*Cornu.* Sunt fructus syl-  
 vestres, e cerasorum genere.

*Mucatum.* Acidum.

*Parcit.* Cavet, timet.

*Diffundere.* Ea amphora  
 in cyathum fundere:

*Et cuius, &c.* Et oleum,  
 cujus odorem nequeas perfer-  
 re, in caules instillat, id  
 est, guttatim fundit e cornu,  
 hoc est, vase corneo, duas  
 libras capiente, vetus acetum  
 large effundens.

*Licebit, &c.* Hoc loco idem  
 est ac *licet*, sensusque est:  
 quamvis ille celebret repotia,  
 id est, epulas, quas peractis  
 nuptiis, aguntur postridie,  
 ita dictas, quod pridiana po-  
 tatio repetatur, & instauretur.

*Natales,* Subaudi, dies.

*Albatu.* Veste alba indu-  
 tus, qui color lætitiæ con-  
 venit: quare, in sacrificiis,  
 spectaculis, & conviviis ad-  
 hibebatur.

*Utrum,* Gallonium, an  
 Avidienum?

*Hæc &c.* Proverbium hoc  
 in eos cadit, qui suspensio

sunt animo, duplici periculo  
 anguntur, quo se vertant in-  
 certi: & lupi voracitas,  
 Gallonio guloso, sordes can-  
 nis Avidiano, nomenque ip-  
 sum belle convenit.

*Mundus erit.* Centeo ut  
 sapiens mundo, & medio quo-  
 dam, inter sordidum sum-  
 ptuosumque, utatur victu,  
 ita ut in neutram partem  
 cultus, id est, vitæ rationis,  
 & victus sit miser, id est,  
 immodicus, iniquus; in neu-  
 tro extremorum peccet.

*Hic.* Sapiens.

*Didit, &c.* Dividit. Dum  
 servis munera, officia, quid  
 agere quisque debeat, distri-  
 buit, non erit sævus in exi-  
 gendis illis muniis. Ajunt  
 Albutium fuisse hominem an-  
 xie, & insane accuratum in  
 accipiendis convivis & hospi-  
 tibus, qui, si quid in lauti-  
 tibus ejusmodi mensarum, at-  
 que apparatu a servulis pec-  
 caretur, graviter in eos sæ-  
 viret.

*Simplex, &c.* Negligens,  
 supinus, & ignavus, sordi-  
 dus,



Accipe nunc, victus tenuis quæ quantaque secum  
 Afferat. In primis valeas bene: nam, variæ res  
 Ut noceant homini, credas, memor illius escæ,  
 Quæ simplex olim tibi federit. At simul affis.  
 Miscueris elixa, simul conchyliâ turdis,  
 Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tu-  
 multum;

Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis  
 Cœna desurgat dubia? Quin corpus onustum  
 Hesternis vitiis animum quoque prægravat una,  
 Atque affigit humo divinæ parviculam auræ.  
 Alter, ubi dicto citius curata sopori  
 Membra dedit, vegetus præscripta ad munia  
 surgit.

Hic tamen ad melius poterit transcurrere quon-  
 dam:

Sive diem festum rediens adduxerit annus,  
 Seu recreare volet tenuatum corpus; ubique:

das, qui aquam, aut mi-  
 scendam vino, aut affanden-  
 dam manibus, non puram  
 & limpidam, ut sit, sed un-  
 ctam & pinguem præbebat.

*Valeas.* Hoc affert com-  
 modum, ut bene valeas.

*Nam varia, &c.* Facile  
 fiet, ut credas varios cibos  
 homini nocere, meminere  
 quam tibi aliquando facile  
 federit, idest, in stomacho  
 bene concoctâ, & composita  
 fuerit una quædam esca, ea-  
 que simplex, & uniusmodi.

*Affis.* Tostis carnis.

*Elixas.* Coctas carnes.

*Conchyliâ.* Ostrea, pisces.

*Bilem.* Bilia est humor  
 siccus, & calidus: pituita hu-  
 mor frigidus & humidus; un-  
 de inter se pugnant; & tu-  
 multum, idest, bellum inte-  
 stinum stomacho afferunt.

*Cœna desurgat.* Surgat de  
 scena.

*Dubia.* Ubi convivæ du-

bitant, quas gustent, ac sũ-  
 mant potissimum dapes, ita  
 multæ & variæ sunt.

*Vitiis.* Crapula pridiana.

*Auræ.* Idest partem divinæ  
 spiritus, & ipsius Naminis  
 portionem, ut putabant.

*Alter.* Qui parcus, & fru-  
 galis est.

*Dicto citius.* Exiguo tem-  
 pore, obiter, & quasi aliud  
 agendo.

*Curata.* Cibo refecta.

*Sopori dedit, &c.* Somno  
 recreavit. Ubi se, post bra-  
 vem, & modicum cibum,  
 lectulo dedit, ex illo vege-  
 tus, & alacer ad præscriptas  
 sibi ab officio, & negotiis  
 suis functiones surgit.

*Ad melius, &c.* Ad lau-  
 tiorem victum. Erit ubi ve-  
 scarur benignius.

*Tenuatum.* Labore defati-  
 gatum.

*Ubique, &c.* Et ubi, &  
 quando senex erit.

*Præsu-*

Accedent anni. & tractari mollius ætas

Imbecilla volet. Tibi quidnam accedet ad  
istam,

Quam puer & validus præsumis, mollitiem, seu  
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?

Rancidum apruni antiqui laudabant: non quia  
nafus

Illis nullus erat; sed, credo, hac mente, quod  
hospes

Tardius adveniens, vitiatum commodius, quam  
Integrum edax dominiis consumeret. Hos uti-  
nam inter

Heroes natum tellus me prima tulisset!

Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem

Occupat humanam? grandes rhombi patinæque,

Grande ferunt una cum damno dedecus. Adde

Iratum patrum, vicinos, te tibi iniquum,

Et frustra mortis cupidum, cum deerit egenti

Æs, laquei pretium. Jure, inquit, Thraſius  
istis

Jurgatur verbis: Ego vectigalja magna,

Divitiasque habeo tribus amplas Regibus. Ergo

Quod superat, non est melius, quo infumere  
possis?

*Præsumis.* Ante opportu-  
num, & idoneum tempus su-  
mis.

*Rancidum, &c.* Commen-  
dat frugalitatem; ab exem-  
plo majorum.

*Laudabans.* Ut indicium  
frugalitatis: quis id erat si-  
gni, aprum sapius mensæ ap-  
positum fuisse, & frustatim,  
diu comesum.

*Hac mente.* Rati esse ho-  
nestius illum, quamvis puten-  
tem, & semesum, ab hospite  
consumi, quam integrum,  
recentem ab Domino.

*Tellus prima.* Pro antiqua  
estate ponitur.

*Das aliquid famæ?* Quod

si te famæ tuæ curs tangit,  
quæ omni cantilena, & ar-  
monia gratior ad hominum  
aures accedit.

*Iniquum.* Displicentem, &  
odiosum.

*Laquei pretium.* Quo emas  
laqueum, ut te, consumptis  
opibus desperantem & aru-  
mposum suspendas.

*Thraſius.* Aliquis lautus,  
& luxui deditus, idemque  
pauper.

*Jurgatur.* A te objurga-  
tus; his verbis reprehendi-  
tur, non ego.

*Quod superas.* Quod tibi  
superfluum est, illud melius  
non potes infumere?

*Eges.*

Cur eget indignus quisquam, te divite? quare  
 Tempia ruunt antiqua Deum? cur, improbe,  
 charæ

Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?

Uni nimirum tibi recte semper erunt res?

O magnus posthac inimicis risus! uterne

Ad casus dubios fides tibi certius? hic, qui

Pluribus affuerit mentem corpusque superbum;

An qui contentus parvo, metuenisque futuri,

In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?

Quo magis his credas: puer hunc ego parvus

Ofellum

Integris opibus novi non latius usum,

Quam nunc accisis. Videas metato in agello

Cum pecore, & gnaris, fortem mercede colonum,

Non ego, narrantem, temere edi in luce profesta

Quidquam, præter olus. fumosa cum pede perna.

*Eget.* Est pauper.

*Indignus.* Qui meretur non egere, qui divitiis est dignus.

*Emetiris.* Ex acervo metiris, decutis, seponis.

*Posthac.* Cum tibi res evenient adversæ, tunc risum præbebis magnum inimicis.

*Uterne?* Uter tandem? legitur etiam *uternam*.

*Fides.* Per fugium in rebus afflictis, & miseris certius, & paratius habebit; confidet se fortunæ casibus dubiis non evertendum.

*Is qui.* Is qui laute semper se tractaverit, an qui parce & duriter, prospiciens egestatem venturam, & in eam opes reservans, ut dum belli peritus in pace providet his rebus, quibus opus est in bello?

*Quo magis.* Videtur hæcenus locutus fuisse Ofellus: jam Horatius illi adfi-

pulatur, ejusque axiomata confirmat.

*Locius.* &c. *Largius:* non vixisse sumptuosus, cum erat florente fortuna, & in ample re, quam nunc in accisa, tenui, & perdita.

*Accisis.* Imminutis. Ejus agri Umbreno, veterano militi, post civile bellum, & pugnam Philipensem, attributi fuerant: eosque non jam ut dominus proprios, sed ut colonus, & conductor, mercede tanquam alienos colebat: fortis tamen, & in mala fortuna vir bonus, ac sibi confians.

*Videas.* Quilibet videre, & audire potest ita dicentem, & narrantem: non ergo temere, &c.

*Metato.* Dimenso in certa jngera, ut militibus assignaretur.

*Temere.* Facile, passim, sine certa, & gravi causa.

*Opti-*

Ac mihi seu longum post tempus venerat hospes,  
 Sive operum vacuo gratus conviva per imbres  
 Vicinus, bene erat, non piscibus urbe petitis;  
 Sed pullo, atque hœdo: cum pensilis uva secundas.  
 Et nux ornabat mensas, cum duplici ficu.  
 Post hoc ludus erat cuppa potare magistra;  
 Ac venerata Ceres, ut culmo surgeret alto,  
 Explicuit vino contractæ seria frontis.  
 Szviat, atque novos moveat fortuna tumultus,  
 Quantum hinc imminuet? quanto aut ego par-  
 cius, aut vos.

O pueri nituistis, ut huc novus incola venit?  
 Nam propriæ telluris herum natura, neque illum,  
 Nec me, nec quemquam statuit. Nos expulit ille.

*Operum vacuo.* Vacanti ab labore, & opere rustico.

*Bene erat.* Genio videbar indulgere. Abunde mihi erat ad convivium pullus, &c.

*Pensilis uva.* Uva passa, & siccata.

*Secundas mensas.* In quibus bellaria & fructus apponebantur. Vide Oden. 4. lib. 4.

*Duplici ficu.* Magna, sic Virgil. 3. Geor. Duplex agitur per lumbos spina, idest, lata, ingens. Vel; duplex ficus, est duorum generum præcox, & serotina; vel, alba, & nigra.

*Post hoc, &c.* Post illas epulas agrestes, & inemptas, non alius nobis ludus magis arridebat, quam potare: est autem cuppa vas vinarium, estque hæc sententia: nullum alium potandi magistrum, & arbitrum, quam ipsam cuppam, adhibere, idest, bibere quantum cuique videretur; quantum ipse cyathus ferret, hic nobis ludus erat.

*Venerata.* Culta, & rogata, ut culmos grandiores

tolleret, messem optimam largiretur.

*Explicuit, &c.* Sensus est, pleni spe bona messis uberioris, quam nobis venerata Ceres facere videbatur, largius nos invitabamus, & curas, ac negotia seria, quæ frontem contrahunt, discutiebamus vino; animos exhilarabamus.

*Hinc, &c.* Ex his angustiis opibus, ex hac regula, quid mihi poterit auferre, qui parvo contentus sum?

*Quanto augeo, &c.* Sententia est, & ordo; ut, id est, postquam in hunc agrum miles venit (Umbrenum intelligit), an ideo malignius, o servi, o liberi mei, fuistis nutriti, & vestiti? neutiquam certe.

*Nituistis.* Pingues, & nitidi, lauti fuistis.

*Nam propriæ, &c.* Recte Cato: commorandi nobis diversorium, non habitandi locum natura dedit. Propriam igitur tellurem vocat, cujus sit dominus quispiam, quam sua sit.

*Nequi.*

Illum aut nequities, aut vafri incitiam juris,  
 Postremo expellet certe vivacior hares.  
 Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli  
 Dicitur, erit nulli proprius; sed cedit in usum  
 Nunc mihi, nunc aliis. Quocirca vivite fortes,  
 Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

*Nequities*, Luxuria, pro- qui non ita pridem ager-  
 fusi sumptus. Ofelli dicebatur, qui nunc  
*Vivacior*. Diutius vivens. sub Umbreni nomine dicitur,  
*Hunc ager*, &c. Ille ager, tur, &c.

## S. A. T. Y. R. A. I. I. I.

*Inducitur Damasippus quidam, philosophus Stoicus, Horatium inertiae accusans: ac data occasione, paradoxum illud Stoicorum explicatur: Omnes prope homines insanire.*

**S**IC raro scribis, ut toto non quater anno  
 Membranam possas, scriptorum, quaque re-  
 texens,

Iratus tibi, quod vini somnique benignus  
 Nil dignum sermone canas. Quid fiet? ab ipsis  
 Saturnalibus, huc fugisti. Sobrius ergo

*Sic raro scribis*. Ita in componendis versibus negligens es, inquit Horatio Damasippus, qui eum fingitur convenisse in villulam, quod se per Saturnalia, Horatius receperat.

*Membranam*. Chartam, papyrum. Propterea tum fiebat Papyrus ex intimo, & tenuissimo cortice Papyri, fructibus Aegyptiaci; membrana vero e pelle detracta membranis animalium. In ea porro membrana describebant Romani quod servatum vellent, aut editum in vulgus: at si quid parum accurate scriptum esset, utebantur palympse-

stis, id est, tabulis lignis, cera obductis, in quibus deleri, quod scriptum erat facile posset, complanata cera.

*Retexens*. Delens, commutans.

*Iratus tibi*. Aegre te ipsum ferens, quod cum in urbe degeres, ubi vino, & somno largius indulgebas, nihil scriberes dignum, quod in publicam lucem ederetur.

*Quid fiet?* Quorsum evadet ista tua socordia?

*Saturnalibus*. Saturnalia, Saturni festa, Decembri mense celebrabantur; in iis genium curabant.

*Huc*. Rus.

Fugi-

Dic aliquid dignum promissis: incipe. Nil est.  
Culpantur frustra calami, immeritusque laboras;  
Iratius natus paries Dis, atque Poetis.

Atqui vultus erat multa, & præclara minantis,  
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.

Quorsum pertinuis stipare Platona Menandro?  
Eupolia, Archilochum, comites educere tantos?

Invidiam placare paras, virtute relicta?

Contemnere miser. Vitanda est improba Siren  
Desidia, aut quidquid vita meliore parasti

Ponendum æquo animo. Di te Damasippe,

Deoque

Verum ob consilium donent tonsore. Sed unde

*Fugisti.* Ut in otio, & sobrius scriberes; te ab urbe (in qua omnia personabant Græcantium clamoribus) proripuisti.

*Nil est.* Subaudi, excusationis tibi; potest etiam hæc esse Horatii responsio: nihil est mihi, quod scribam, nihil in mentem venit: frustra meos calamos accuso, & immeritum tundo parietem; nihil extundo.

*Culpantur, &c.* Frustra calamos accusas, & feris parietem. Solebant Poetæ noctu in tenebris elucubrare carmina: ob eam rem habebant ad spondam lecti tabulam, vel parietem cera obductum, in quo versus, si qui tum fierent, exarabant.

*Iratius, &c.* Infelix paries; & quasi adverso fato extructus. Si nihil extunderent Poetæ meditando, ab iis iratis vapulabat, & pugnis ferièbatur paries, pluteus, &c. Unde Persius, de Poeta negligentius scriptitante; *nec pluteum cedit, &c.*

*Atqui, &c.* Tamen miram quædam te scripturum promittebas. *Minari* interdum est, promittere.

*Vacuum.* Otiosum.

*Stipare, &c.* Congerere libros. Platoni, & Menandri. Plato fuit Atheniensis Philosophus, ob sapientiam, & eloquentiam, divinus appellatus. Menander Poeta comicus Græcus, vixit anno U. C. 451. Hujus plerasque fabulas Terentius vertit in latinum sermonem.

*Eupolia.* Quis fuerit, vide Satyræ 2. lib. 1.

*Archilochum.* De illo vide Oden. lib. 5.

*Invidiam, &c.* An paras superare invidiam, eos, qui tibi invident, mitigare, nihil scribendo, laborem & litteras relinquendo? Aberras, tota via: contemnent illi te, qui prius invidebant, &c.

*Siren.* Sirenes, marinis monstra, Virgines alatae, non ut vulgo pinguntur, partim foeminae, partim pisces, in Mari Tyrrheno, prætereuntes nautas in scopulos pertraherant cantus suavitate.

*Quidquid, &c.* Fama, quam bonis artibus, & studiis collegisti.

*Verum.* Sapiens, æquum.

*Tonsore.* Qui longam istam,

Tam bene me nosse? Postquam omnis res mea  
Janum

Ad medium fracta est, aliena negotia curo,  
Excussus propriis: olim nam quærere amabant  
Quo vaser ille pedes lavisset Sisyphus ære:  
Quid sculptum infabre, quid fustum durius esset;  
Callidus huic signo ponebam millia centum:  
Hortos, egregiasque domos mercarier unus  
Cum lucro noram: unde frequentia Mercuriale  
Imposuere mihi cognomen compita. Novi,  
Et morbi miror purgatum te illius. Atqui  
Emovit veterem mire novus, ut solet, in cor

tam, & philosophicam barbaram vadat. Scilicet barbatus erat iste Damasippus, ut philosophi tum fere omnes, & præter barbaram nihil philosophi habebat: homo tamen Romanus, ac Senator; sed male curiosus, & emax; de quo Cicero epist. 13. lib. 27. & sibi.

*Postquam, &c.* Respondet Damasippus: ex quo fortunarum omnium jacturam feci, cum negotia propria jam habeam nulla, curo aliena.

*Janum ad medium.* Jani templo adjuncta via, Janus vocabatur: ibi scenoratores, argentarii, lautioresque mercatores degebant. Ejus vici pars prima dicebatur primus Janus: media medius Janus.

*Fracta est.* Ducitur a naufragio metaphora.

*Olim, &c.* Cum floreret mea res familiaris, veteres ritus, & antiqua pocula curiosa quærebam, &c.

*Sisyphus.* Æoli filius, Corinthi Rex, homo mire astutus.

*Ære. Vase æreo.*

*Infabre.* Inscite, impolite.

*Fustum durius.* Constatum àneganter, & aspere. Con-

tra, *spirantia mollius ære.* laudantur a Virgilio, 6. *Æn.*

*Huic signo.* Status alicui: certam pecuniæ summam pro incerta, & qualibet nominat.

*Ponebam, &c.* Illa estimabantur centum millibus seftertiorum: quæ summa conficit decem millia librarum.

*Unde, &c.* Ideo compita frequentia, idest, mercatores, qui solent in compita frequenter convenire, mihi cognomen Mercurialis, idest, a Mercurio dilecti, imposuerunt. Præest Mercurius lucro, & mercaturæ.

*Morbi purgatum.* Græca locutio: morbo te isto purgatum.

*Atqui, &c.* Loquitur Damasippus: veteri morbo ex-  
pluso novus successit: olim res meas, nunc alienas curo.

*In cor &c.* Sic aliquando morbus lateris & capitis, solet in stomachum trajici, & traduci: sic aliquis lethargo laborans, mutato morbo, sic interdum phreneticus, & pugillis instar urget medicum, idest, vexat, pugnis contundit. Lethargus est morbus, qui veterum, & som-

nam

Trajecto lateris miseri, capitisque dolore;  
Ut lethargicus hic cum sit pugil, & medicina  
urget.

Dum ne quid simile huic, esto, ut lubet. O bo-  
ne, ne te

Frustrere, insanis & tu, stultique prope omnes,  
Si quid Stertinius veri crepat, unde ego mira  
Descripsi docilis præcepta hæc, tempore, quo me  
Solatus iussit sapientem pascere barbam,  
Atque a Fabricio non tristem ponte reverti.

Nam male re gesta cum vellem mittere operto  
Me capite in flumen, dexter stetit: & Cave taxis  
Te quidquam indignum: pudor, inquit, te ma-  
lus urget,

Insanos qui inter vereare insanus haberi.

Primum nam inquiram, quid sit furere; hoc si  
erit in te

Solo, nil verbi, percas quin fortiter, addam.

nom pene inexpugnabilem as-  
ferre solet: Oritur ex pituita  
frigidior, abundante in cere-  
bro: phrenensis vero, ex ca-  
lidior bile.

*Dum ne quid, &c.* Re-  
spondet Horatius. Esto ut li-  
bet, labora quo libuerit tibi  
phrenesi, & insanis; modo  
ne quid tibi accidat simile huic  
phrenetico, & pugnos a no-  
bis tuos abstineas.

*O bone, &c.* O amice, in-  
quit Damasippus, rides, &  
phrenesim, insaniamque mi-  
hi objicis, &c.

*Frustrere.* Decipias.

*Omnes.* Subaudi, sunt,  
vel, insaniant: ærebant enim  
Stoici, stultos esse omnes,  
idest, aliqua vitiosa cupidita-  
te implicatos insanire.

*Stertinius.* Stoicus philo-  
sophus.

*Crepat.* Edicit, loquitur.

*Unde.* Ex quo Stertinius.

*Pascere barbam.* Suasit mi-

hi, philosophus ut essem.

*Fabricio ponte.* Unde me  
præcipitare volebam. Pons il-  
le a Fabricio structus fuit,  
& insulam Tiberinam jungit  
ab ea parte, quæ meridiem,  
& montem Tarpejum respi-  
cit: ab altera vero parte,  
quæ Janiculum spectat, &  
campum Martium, est Pons  
Cæstius. Pontem Fabricium  
vocant nunc Itali; *Quatuor  
capitum.* Cæstium vero,  
*Ponsem S. Bartholomei.*

*Male re gesta.* Amisissis for-  
tunis: mercatura non succe-  
dente.

*Operto.* Involutio. In lu-  
ctu caput velabant, maxime  
si moriendi consilium cepis-  
sent, quasi vitam, & lucem  
perosi.

*Dexter.* Auspicatus, felix.

*Pudor masus.* Vitiosus,  
pudor ob rem male gestam  
te angit.

*Nil verbi, &c.* Non te  
plus-



Quem mala stultitia, & quæcumque inscitia veri  
 Gæcum agit, insanum Chryssippi porticus, & grex  
 Autumat. Hæc populus, hæc magnos formula  
 Reges,

Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe, quare  
 Desipiant omnes, æque ac tu, qui tibi nomen  
 Insano posuere. Velut sylvis ubi passim  
 Palantes error certo de tramite pellit,  
 Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: unus  
 utrique

Error, sed variis illudit partibus; hoc te  
 Crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille  
 Qui te deridet, caudam trahat. Est genus unum,  
 Stultitiæ nihilum metuenda timentis: ut ignes,  
 Ut rupes, fluviosque in campo obstare queratur.  
 Alterum & huic varium, & nihilo sapientius,  
 ignes

Per medios, fluviosque ruentis. Clamet amica  
 Mater, honesta soror cum cognatis, pater, uxor:  
 Hic fossa est ingens, hic rupes maxima: serua:

pluribus verbis deterrebo, ne  
 fortiter mortem oppetas. Ea  
 omnia, quæ sequuntur, us-  
 que ad versum. *Quone mælo*,  
 Stertinius cum Damassippo lo-  
 curus olim fingitur.

*Chryssippi, &c.* Stoici omnes  
 quorum dux Chryssippus.  
 Quia isti Philosophi dispu-  
 tare initio solebant in ingenti  
 porticu, ab Græca voce,  
 quæ porticum significat, di-  
 cti sunt Stoici.

*Hæc formula, &c.* Hoc  
 axioma Stoicæ scholæ, nem-  
 pe, *omnes improbos insa-  
 nire*, populum, Regesque ipsos  
 comprehendit. Formula pro-  
 prie significat, concepta quæ-  
 dam verba juris, ex quibus  
 lites, & actiones instituuntur.

*Palantes*. Vagantes.

*Certo*. Recto.

*Unus, &c.* Exant ambo,

licet diversis partibus, & i-  
 neribus.

*Nihilo ut, &c.* Adeo ut  
 nihilo te sit sapientior qui  
 te ridet, similique ac tu ra-  
 tione caudam trahat, idest,  
 insanat, ridendus sit. Pueri  
 cum aliquem ridere volunt,  
 ejus tergo aliquid apponent,  
 insar caudæ, quo veluti pe-  
 cūs habeatur.

*Est genus, &c.* Est, inquit,  
 unum genus stultitiæ, eorum,  
 qui timent ea, quæ non me-  
 ruenda sunt, qui videre sibi  
 ubique ignes videntur, & ru-  
 pes. Alterum huic varium,  
 idest, ab illo diversum, eo-  
 rum est, qui non timent ea,  
 quæ jure sunt metuenda, qui  
 ultro in ignes præcipitant se  
 se, &c.

*Serua*. Cave, serua te.

*Fusus*,

Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim  
Cum Ilionam edormit Catiensis mille ducentis,  
*Mater te appello*, clamantibus. Huic ego vulgum  
Errori similem cunctum insanire docebo.

Insanit veteres statuas Damassippus emendo:  
Integer est mentis Damassippi creditor? Esto:  
Accipe quod nunquam reddas mihi, si tibi  
dicam;

Tunc infamus eris, si acceperis? an magis excors,  
Reiecta præda, quam præiens Mercurius fert?  
Scribe decem Nerio: non est satis; adde Cicuræ

*Fufius, &c.* Auctor quidam, qui cum Ilionæ personam ageret, eamque imitaretur dormientem, itaut, ad vocem Polydori ipsam inclamantis, deberet expergisci, adeo placere, & vere dormivit, quod esset ebrius, ut excitari e somno nunquam potuerit, quamvis Catiensis, qui Polydorum agebat, istas voces, *Mater te appello*, tanta voce diceret, quanta mille ducenti homines simul clamantes dicere potuissent.

*Ilionam.* Erat Iliona maxima filiarum Priami, uxor Polymnestoris, Thraciæ Regis; cui Priamus Polydorum filium alendum clam, ut amico Regi & affini, tradiderat, initio belli Trojani, Martis communis aleam veritus. At hunc Polymnestor, auri quoddam a Priamo acceperat, ut Polydorum educaret, ac celaret, amore captus, obruncavit. Tragediam, Ilionæ nomine inscriptam, ediderat Attius, aut Pacuvius; & in ea Polydori umbram faciebat existentem ab Inferis, & per quietam Ilionæ sorori suæ se sistentem, monentemque de illata sibi nece, ac rogantem, ut suum cadaver sepeliret. Matrem au-

tem illam vocat, tum quod esset ætate multo provecior, tum quod apud ipsam non secus atque ipsius filius educaretur.

*Huic ego, &c.* Ego docebo, & demonstrabo vulgum omnem insanire, & errare errorem, huic errori similem, idest, errore simili laborare: sic dicimus; *dolere dolorem alterius, gaudium gaudere.*

*Integer, &c.* An sanus est is, qui tibi ementi credit, idest, qui suam mercem, statuatam veterem illam dat tibi pecuniam promittenti, quam tu nunquam daturus sis? Ostendit creditores insanire, qui debitoribus perfidis temere credant.

*Esto, &c.* Frange hoc me tibi dici; accipe, quod nunquam mihi reddas; certe non eris tu insanus, illud si accipias; effus autem profecto si id recusares, & lucrum rejiceres, quod tibi propitius offert Mercurius: ego potius insanire, qui sic darem tibi. Idem faciunt omnes fere creditores: dant debitoribus, quod nunquam ab iis reddatur: unde multo sunt illis insaniores.

*Scribe, &c.* Ostendit debito-

Nodosi tabulas centum; mille adde catenas:  
 Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.  
 Cum rapies in jus malis ridentem alienis,  
 Fiet aper, modo avis, modo saxum, & cum  
 volet, arbor.

Si male rem gerere, infani est; contra, bene  
 sani:

Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perilli

bitores non reddere pecuni-  
 am ipsis datam, atque adeo  
 insanire creditores, a quibus  
 eam accipiunt. Da sestertia  
 decem alicui sumpta a Nerio  
 argentario cujus in tabulis  
 nomen tuum, & nomen de-  
 bitoris scribas.

*Non est satis, &c.* Non suf-  
 ficit scribere nomen tuum,  
 & debitoris in argentarii ta-  
 bulis: adde, ut res tibi sit  
 tutior, tabulas Cicutæ, al-  
 terius argentarii, seu fœnera-  
 toris peritissimi, qui mille  
 modis, & nodis solet debi-  
 tores constringere ne elaban-  
 tur: fac, ut debitor tuus scri-  
 bat in illius Cicutæ libris,  
 & tabulis hoc idem debitum,  
 & nomen: adde vincula om-  
 nium legum, & formulas ju-  
 ris: tamen idem ille debitor,  
 instar Protei cujusdam, effu-  
 giet tibi, debitum non red-  
 det.

*Malis, &c.* Malis, sive ma-  
 xillis alienis ridere, est in-  
 tempestive, & nequiter ride-  
 re. *Alienus*, sæpe pro intem-  
 pestivo, & absurdo ponitur.  
 Sic dicitur; *oculis alienis*  
*aspicere*, pro, iniquis, &  
 invidis. Mendose legitur in  
 quibusdam codicibus *cum ra-  
 pias in jura*: non enim La-  
 tine dicitur, *vapere aliquem*  
*in jura*, sed *in jus*. Jus e-  
 nim in latina locutione,  
 est locus, ubi jus redditur:

male diceretur, *ambulare in*  
*jura*, pro *ambulare in jus*.  
 Hanc vocem, *alienus*, eodem  
 sensu Valerius Flaccus usur-  
 pavit in hoc versu, *Erran-*  
*tesque gene, atque alieno*  
*gaudia vultu*, idest, gaudia  
 in tristi vultu, & invito:  
 eodem Homerus lib. 20. *Odyf.*  
 ubi procos ridere ait malis  
 alienis, cum eorum oculi es-  
 sent pleni lacrymarum, &  
 animus luctu. Plato in *Simp.*  
 ait, quod cuique bonum est,  
 proprium appellari, & suum;  
 alienum vero, quod malum.

*Si male, &c.* Pergit osten-  
 dere creditores stultiores esse  
 debitoribus, Nam, inquit,  
 si stultus est, qui rem do-  
 mesticam male administrat,  
 qui sua incitis & negligen-  
 tia rem perdit; contra vero,  
 si sapit ille, qui rem facit;  
 certe multo insanius est Pe-  
 rillus creditor tuus, qui ven-  
 dit tibi statuas, hortos, &c.,  
 & qui jubet te scribere, dictat  
 tibi ut scribas in argentarii  
 tabulis, te accepisse summam,  
 quam tu nunquam possis ex-  
 pungere, & solvere, rescri-  
 bendo in iisdem tabulis,  
 debitum a te fuisse persolu-  
 tum: est, inquam, ille mul-  
 to insanius quam tu, qui  
 mercedem ejus accipis, &  
 pecuniam promittis.  
*jura sunt ipsæ leges, &c.* Sic

*Reseri-*

Dicantis, quod tu nunquam rescribere possis.  
 Audite, atque togam jubeo componere, quisquis  
 Ambitione mala, aut argenti pallet amore,  
 Quisquis luxuria, tristive superstitione,  
 Aut alio mentis morbo calet, huc propius me,  
 Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.  
 Danda est hellebori multo pars maxima avaris;  
 Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.  
 Hæredes Staberi summam incidere sepulchro;  
 Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum  
 Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio  
 Arri,

Frumenti quantum metit Africa. Sive ego prave,  
 Seu recte hoc volui, ne sis patruus mihi. Credo

*Rescribere.* Est delere, quod scriptum erat. Scripserat debitor in argentarii tabulis, se debere creditori v. g. decem sestertia: ubi ea solvebat, debebat id, quod a se fuerat scriptum, in iisdem argentarii tabulis.

*Audite, &c.* Stertinus hoc, quasi pro concione diceret, pronuntiat.

*Togam componere.* Scilicet defluens toga, & soluta non decet modestos, & attentos auditores.

*Superstitions.* Cultus est falsus, & supervacaneus Numiniis: pro falsa religione sæpe usurpatur.

*Propius, &c.* Adite me propius, ut quosque appellabo.

*Danda est, &c.* Avaros primo insanire docet. Helleborum est herba, qua insania purgatur: nascebatur in insula Græciæ Anticyra optimum. Sententia est, nescio an quidquid usquam in Anticyra nascitur hellebori, merito dandum sit avaris, an illorum curandæ stultitiæ sufficiat. Probat hoc exemplo Staberi.

*Hæredes.* Staberius quidam, avarus insignis, idemque ditissimus, iussit ab suis hæredibus notari, & scribi in marmore, quo ejus tumulus tegebatur, quem eorum quisque summam in hæreditate cernenda cepisset: quo testatum esset posteris, quam dives obiisset.

*Ni sic, &c.* Cavet testamento suo, ut, nisi summam illam suo sepulchro scriberent, damnarentur dare centum paria gladiatorum, &c.

*Paria.* Par gladiatorum, duo gladiatores inter se compositi.

*Arri.* Alicujus prodigi, & sumptuosi hominis qui proinde sumptum esset prolixè facturus.

*Quantum, &c.* Id est; maximam vim frumenti, subaudi, largiri populo.

*Sive ego, &c.* Inducitur Staberius loquens, & testamentum condens.

*Nes sis patruus mihi.* Noli me reprehendere: æqui boni consule. Patruus fere sunt asperiores, & severiores in nepotes

Hoc Staberi prudentem animum vidisse. Quid ergo

Sensit, cum summam patrimoni insculpere saxo  
 Heredes voluit? Quoad vixit, credidit ingens  
 Pauperiem vitium, & cavit nihil acrius: ut si  
 Forte minus locuples uno quadrante perirent,  
 Ipse videretur sibi nequior. Omnis enim res,  
 Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulchris  
 Divitiis parent: quas qui construxerit, ille  
 Clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam, & Rex;  
 Et quidquid volet: hoc, veluti virtute paratum,  
 Speravit magnæ laudi fore. Quid simile isti  
 Græcus Aristippus? qui servos projicere aurum  
 In media jussit Lybia; quia tardius irent  
 Propter onus segnes? Uter est insanior horum?  
 Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.  
 Si quis amat citharas, emptas comportet in  
 unum,

Nec studio citharæ, nec Musæ deditus ulli;

patet suos: unde patrum pro  
 sensore gravi, & objuratio-  
 ne ponitur hic, ut sæpe alias,

*Hoc vidisse.* Id eo consilio  
 fecisse. Nempe quod postea  
 subjicit, timuisse ne pejor  
 videretur, si pauper more-  
 retur: speravit, magnus sibi  
 laudi opes fore, ut virtute  
 paratas & industriis.

*Quid ergo, &c.* Damasip-  
 pus hæc dicit, Stertinius  
 interpellans.

*Quoad vixit.* Respondet  
 Stertinius.

*Uno quadrante.* Quadrans  
 est quarta pars assis, uncis  
 tres.

*Hoc.* Divitem esse.

*Virtus.* Frugalitate, par-  
 simonia, sapientia.

*Quid simile, &c.* Suban-  
 di tecit? Aliud stultitia pro-  
 ponit exemplum, in opum  
 contemptu parum moderato.

*Aristippus.* Socratis audi-

tor, Cyrene in Lybia na-  
 tus. Cyrenem porro Græci  
 olim condiderant. Erat igitur  
 Aristippus Afer patria, Græ-  
 cus origine.

*Uter, &c.* Staberius, an  
 Aristippus? Certe Staberius  
 videtur insanior, avarus pro-  
 digio: at uterque æque desu-  
 pit. At enim non tibi satis-  
 facit hoc exemplum; quia  
 dubitari quoque de Aristippi  
 sapientia in ea re potest: &  
 litem, nodam, difficultatem  
 non solvis, imo auges, dum  
 vis refellere, & coarguere in-  
 insaniam Staberi, exempli  
 Aristippi, qui sua & ipse  
 insania, & forte graviori,  
 laboravit. Bene est, inquit,  
 Stertinius: argumentis aliis  
 utar, & clarioribus. Age,  
 quem censes esse illum, qui  
 musicæ imperitus, emeret ci-  
 tharas, &c.

Sci-

Si scalpra, & formas, non sutor; nautica vela,  
 Aversus mercaturis; delirus, & amens  
 Undique dicatur merito. Quid discrepat illis,  
 Qui nummos, aurumque recondit, nescius uti  
 Compositis, metuensque velut contingere sacrum?  
 Si quis ad ingentem frumenti semper acervum  
 Porrectus vigelet cum longo fuisse: neque illius  
 Audeat esuriens dominus contingere granum,  
 Ac potius foliis parvus vescatur amaris:  
 Si positus intus Chji, veterisque Falerni  
 Mille cadis (nihil est, tercentum millibus) acer  
 Potet acrum: Age, si & stramentis incubet, unde  
 Octoginta annos natus, cui stragula vestis  
 Blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca,  
 Nimirum insanus paucis videatur, eo quod  
 Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.  
 Filius, aut etiam haec libertus ut ebibat haeres,  
 Dis inimice senex, custodis, ne tibi desit?  
 Quantum enim summæ curtabit quisque dierum,  
 Ungere si caules oleo meliore, caputque  
 Cœperis impexa fœdum porrigine? Quare,

*Scalpra.* Gladioli sunt sutorii, quibus corium sciinditur.

*Formas.* Lignae formas, quas sutores in calceos conficiendos inducunt, & immittunt.

*Compositis.* Collectis.

*Esuriens dominus.* Quamvis sit acervi dominus.

*Foliis.* Leguminibus.

*Intus.* In cella vinaria.

*Nihil est.* Parum est.

*Acetum.* Vappam, vinum corruptum.

*Stramentis.* Palea.

*Unde octoginta.* Septuaginta novem; quasi, uno dempto de octoginta.

*Stragula.* Quam lecto inseruitur.

*Blattarum.* Blattæ, ac tinea, vermiculi sunt, ve-

stem arrodentes.

*Hæc, &c.* Tot cados. Est autem ordō; o senex Dis inimice, an custodis hæc, ut a prodigo tuo filio, aut liberto consumantur? eaque idem mente facis, quasi metuas ne quid tibi desit? ne aliquando egeas? Sed quantum de summa tot nummorum, de tot rerum copia imminuet unusquisque dies? quantum eris pauperior, si oleo meliore ungas canes.

*Caput, &c.* Curabant caput oleo odorato, sive unguentis.

*Porrigine.* Est morbus quidam capitis, cum inter pilos enascuntur squamulae quaedam: quod impexis fere accidit: furfures appellant istas squamulas.

Si quidvis satis est, perjuras, surripis, aufers  
Undique? Tun' sanus? populum si cædere faxis  
Incipias, servosque tuos, quos ære pararis,  
Infantum te omnes pueri, clamentque puellæ.  
Cum laqueo uxorem interimis, matremque ve-  
neno,

Incolumi capite es? Quid enim? neque tu hoc  
facis Argis,

Nec ferro, ut demens genitricem occidit Orestes.  
An tu reris cum occisa insanisse parente,  
Ac non ante, malis dementem actum Furiis,  
quam

In matris jugulo fertum tepescit acutum?  
Quin, ex quo est habitus male tæte mentis  
Orestes,

Nil sane fecit, quod tu reprehendere possis:  
Non Pyladen ferro violare, aususve sororem  
Electram: tantum meledicit utrique, vocando  
Hanc Furiam, hunc aliud, jussit quod splendi-  
da bilis.

Pauper Opimius argenti positi intus, & auri,  
Qui Vejentanum fæcis potare diebus

*Si quid vis, &c.* Si tibi  
exircum quidpiam sufficit ad  
victum.

*Ære pararis.* Pecunia a-  
meris.

*Uxorem, &c.* Ut ejus do-  
tem possideas: matrem, ut  
fruaris hæreditate.

*Quid enim, &c.* At enim  
ita te excusabas, dicisque te  
hæc non facere Argis; in  
Græcia; non uti ferro, ut  
Orestes, &c. Quasi hoc vero  
ad rem pertineat. Insanivit  
etiã Orestes, antequam fer-  
ro uteretur, nempe ultionis  
cupiditate actus in insaniam:  
insanis tu quoque, cum ve-  
neno, non ferro uteris: imo  
es dementior, quam fuerit  
Orestes eo tempore, quo pa-  
lam habitus est insanus:

Tunc enim ille nihilo pro-  
fecto fecit reprehendendum:  
Pyladem amicam ferro non  
læsit, aut sororem; intra ver-  
borum contumelias furor ille  
constitit: at tu, nec conju-  
gi, nec matri parcis.

*Aliud,* Alio nomine, alio  
convicio, quod ira suggessit.

*Splendida.* Flava bilis,  
quæ furorem excitat, cum  
atra melancholiam moveat.

*Pauper argenti.* Qui quanti-  
vis aurum, argentumque in-  
tus, idest, domi, in arca  
positum & reconditum habe-  
ret, ejus tamen erat pauper,  
quia illo non utebatur.

*Vejentanum.* Vinum vile,  
in agro Etruriæ Vejentano na-  
tum.

Truſ-

Campana solicus trulla, vappamque professis,  
 Quondam lethargo grandi est oppressus, ut hæres  
 Jam circum loculos, & claves, lætus ovanisque  
 Curreret. Hunc medicus multum celer, atque  
 fidelis

Excitat hoc pacto: mensam poni jubet, atque  
 Effundi saccos nummorum, accedere plures  
 Ad numerandum. Hominem sic erigit. Addis  
 & illud;

Ni tua custodis, avidus jam hæc auferet hæres:  
 Men' vivo? ut vivas igitur, vigila: hoc age:  
 Quid vis?

Deficient inopem venez te, ni cibus, atque  
 Ingens accedat stomacho fultura ruenti:  
 Tu cessas? agedum, sume hoc ptisanarium oryza:  
 Quanti emptæ? Parvo. Quanti ergo? Octo as-  
 sibus. Eheu!

Quid refert, morbo, an furtis, pereamne ra-  
 pinis?

Quisnam igitur sanus? Qui non stultus. Quid  
 avarus?

*Trulla.* Vase scill, facto  
 in Campania; vili patens.

*Vappam.* Vinum acidum,  
 & fugiens.

*Lethargo.* Morbus est, quo  
 qui laborant, somno gravi,  
 & perpetuo obdormunt.

*Loculos.* Arcas, sacculos,  
 ubi erant Optimii nummi.

*Mensam, &c.* Abacum af-  
 ferri, aut pluteum, in quo  
 numeraret nummos.

*Erigis.* E somno lethargi-  
 co excitat, nummorum tin-  
 titu.

*Men' vivo?* Verba sunt  
 Optimii; Mene adhuc viven-  
 te, & superstitute, meos mihi  
 nummos hæres auferet?

*Vigila.* Somnum excute.

*Hoc age.* In hoc unum  
 incumbere, attende quid dicam.

*Quid vos?* Voces Optimii.

*Deficiens, &c.* Loquitur  
 medicus,

*Inopem.* Languentem, &  
 jejunum.

*Venez.* In quibus sanguis,  
 & vires.

*Fultura.* Præsidium, re-  
 bur.

*Ptisanarium, &c.* Ptisa-  
 nam, seu pulvem, confectam  
 ex oryza.

*Quanti?* Petit hoc Opti-  
 mius.

*Parvo.* Respondet medicus.

*Eheu, &c.* Quid refert, in-  
 quit Optimius, an peream fur-  
 tis, & rapinis meorum hære-  
 dum, an morbo, qui curan-  
 dus sit tot sumptibus, itaut  
 asses octo in unam ptisanam  
 abeant?

*Quisnam, &c.* Loquitur  
 Damasippus cum Stertinio.



**Stultus, & insanus. Quid? si quis non fit avarus, Continuo sanus? Minime. Cur Stoice? Dicam. Non est cardiacus, Craterum dixisse putato, Hic æger: recte est igitur, surgetque? negabit; Quod latus, aut renes morbo tententur acuto. Non est perjurus, neque sordidus: immolet æquis Hic porcum Laribus. Verum ambitiosus, & audax;**

**Naviget Anticyram; quid enim differt, barathrone**

**Dones quidquid habes, an nunquam utare paratis?**

**Servius Oppidius Canusi duo prædia dives**

Quis igitur sanus est? Is, inquit Stertinius, qui non est stultus, & aliqua cupiditate mala irretitus; quid porro avarus, ait Damasippus, quæ hæc est? Stultus vero ille est, respondet Stertinius, & insanus, quod stulto gravius est. Quid? Si quis non fit avarus æstus, inquit Damasippus, statim sanus, & sapiens? Minime vero, inquit Stertinius. Cur, o Stertini? Dicam. Fuge tibi medicum insignem, qualis est Craterus, dicere de aliquo ægrotante: Non est cardiacus, idest, non laborat cordis, seu stomachi dolore, & aliquem continuo subjicere, bene habet, valet, surget lectulo: Craterus negabit valere hominem, & posse surgere, quia lateris, aut renum dolore idem laborat.

*Sordidus. Avarus.*

*Immolet, &c.* Gratias agat Diis Laribus, quos propitios expertus est, & ipsis porcum immolet. Putabantur homines ab insana liberari Deorum Larium beneficio, & eorum matris, Deæ Maniæ; vox enim, *Mania*, apud Græcos insaniam sonat: Hæc

Dea, quam alio nomine Larum dicebant, vel Larundam communi cum Laribus cultu colebatur. Cur ipsi porcus immolaretur, diximus lib. 3. Odar. in notis ad Oden, *Æli, vitioso, &c.*

*Audax. Temerarius, fortitudinis famam aucupans.*

*Naviget Anticyram.* Id est, illum insanum esse pronuntio, qui helleboro curandus fit, quod in Anticyra nascitur.

*Barathrone donec.* In lationes, & alios ejusmodi sumptus profundas. Isti enim ambitiosi, & Trasones, magnos facere sumptus solent, & a parasitis spoliari. Unde legit Heinſius pro, *Barathrone* Balatroni, qui Balatro, famosus ea tempestate, & sæpe dictus Horatio, parasitus erat. Porro autem barathrum pro gurgite, ac voragine sumitur, eratque locus quidam, sive carcer Athenis, in quem damnati demittebantur, summam in altitudinem depressus.

*Canusi.* In urbe Canusina; oppidum est Apulæ.

*Anti-*

Antiquo censu, gnatis divisse duobus  
 Fertur, & hoc moriens pueris dixisse vocatis  
 Ad lectum: Postquam te talos, Aule, nucesque  
 Ferre sinu laxo, donare, & ludere vidi;  
 Te, Tiberi, numerare, cavis abscondere tristem,  
 Extimui, ne vos ageret vesania discors:  
 Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.  
 Quare per Divos oratus uterque Penates,  
 Tu cave ne minuas, tu, ne majus facias id,  
 Quod satis esse putat pater, & natura coercet.  
 Præterea ne vos titillet gloria, jure-  
 Jurando obstringam ambo: uter Ædilis fuerit, vel  
 Vestrum Prætor, is intestabilis, & sacer esto.  
 In cicere atque faba, bona tu perdasque lupinis,

*Antiquo censu.* Avitis cibus pollens.

*Divisse.* Dividisse.

*Talos.* Vide Od. 4. lib. 1. & 5. II.

*Sinu laxo.* Id dicitur laxo sinu ferre, cujus nullam curam gerimus.

*Donare.* Liberalem, & prodigum esse.

*Tiberi.* Tiberius erat alter filiorum Servii Oppidii.

*Numerare, &c.* Numerare nuces, officina, & locis occultis abscondere.

*Discors.* Dissimilis.

*Nomentanum.* Hællonem, & prodigum.

*Cicutam.* Avarum fœneratorem.

*Coercet.* Moderatur, certis finibus definit, & continet.

*Præterea.* Præterea ego vos id mihi volo ut jurati promittatis, fore, ut nunquam patiamini vos ambitione, & gloria cupiditate duci. Itaque uter vestrum insignem aliquando magistratum geret, is volo sit infamis, ac detestabilis.

*Ædilis.* Romanus erat

Magistratus, cui ædium privatarum, & publicarum, ludorum, &c. cura mandata.

*Intestabilis.* Sic appellatur ille, qui jus non habet condendi testamenti, vel quem nemo adhibere testem potest, ob improbitatem, insaniam, &c.

*Sacer.* Execrandus, detestabilis. Sumptum a victimis, quæ, cum adhiberentur ad piacularia sacrificia, populi veluti criminibus onerabantur.

*In cicere, &c.* Hac ita explicata. Tunc (filiorum alterutrum alloquitur, cui interterminatus est, ne Ædilis, aut Prætor esset) bona tua perdas in dividendis cicere, faba, aut lupinis plebi? Ut, nempe insignem aliquam dignitatem consecutus, spatium, id est, ambules in circumlatus, hoc est multo late circum populo, vel, cum ingenti, & lata toga? aut ut ites æneus, id est, ut status tibi ærea ponatur, dum interim largitionibus istis agros & nummos tibi a me patre

Latus ut in Circo spatiere, aut æneus ut fies?  
 Nudus agris, nudus nummis, infane paternis?  
 Scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu,  
 Astuta ingenium vulpes imitata leonem?  
 Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas  
 cur?

Rez sumi. Nil ultra quero plebejus. Et æquam  
 Rem imperito; ac, si cui videor non justus,  
 inulto

Dicere, quæ sentit, permitto. Maxime Regum,  
 Dii tibi dent capta classem deducere Troja,  
 Ergo consulere, & mox respondere licebit?  
 Consule. Cur Ajax, heros ab Achille secundus,  
 Putrescit, toties servatis clarus Achivis?  
 Gaudeat ut populus Priami, Priamusque inhu-  
 mato,

Per quem tot juvenes patrio caruere sepulchro.  
 Mille ovium insanus morti dedit: inclytum  
 Ulysses,

relictos, amittes? Tunc tibi,  
 non secus atque Agrippa vi-  
 ro nobilissimo, Augusti ge-  
 nero, plausum a populo dari  
 velis? ut vulpes Ælopisa,  
 quæ, imitata vocem leonis,  
 feras territare coepit, mox  
 æguita ludibrio fait?

*Faba.* Cicer, lupinos, fa-  
 bam, & alia legumina id ge-  
 nus, populo distribuebant Æ-  
 diles in ludis, maxime Flo-  
 rialibus; idem faciebant vulgo  
 candidati, ut populi suffragia  
 captarent.

*Circo.* Supra lib. I. Sat. 6.

*Nequis, &c.* Docet exem-  
 plo Agamemnonis, cupidus  
 gloriæ maxime bellicæ esse  
 insanos. Fingit Græcum  
 quemdam plebejum, vel ip-  
 sum Stertinium, conqueri  
 cum Agamemnone, quod Aja-  
 cem insepultum jacere patia-  
 tur; hanc esse causam respon-  
 det Agamemnon, quod Ajax

fuerit insanus. Respondet Ple-  
 bejus, veniam precatus, Re-  
 gem non minus insanisse, qui  
 filiam suam Iphygeniam ma-  
 stare voluerit.

*Vetas cur.* Loquitur Ple-  
 bejus: Cur, o Agamemnon,  
 fili Atrei, vetas, &c.

*Inulto.* Impune.

*Consulere.* Interrogare.  
 Leniori verbo utitur, quasi  
 Regem alloquitur.

*Gaudeat, &c.* Cur præteris  
 eo insepulto latari nostros  
 hostes?

*Per quem &c.* Qui tot  
 Trojenos interfecit, & insep-  
 ultos putrescere coegit.

*Mille ovium, &c.* Verba  
 sunt Agamemnonis. Res ita  
 gesta est. Ajax, non impe-  
 tratis armis Achillis, quæ  
 contra Ulysses petebat, re-  
 pulsam adeo ægre tulit, ut  
 in amentiam, & furorem sit  
 versus: tunc oves multas ne-  
 ci de

Et Menelaum una mecum se occidere clamans:  
Tu cum pró vitula stravis dulcem Aulide gnatarum  
Ante arás; spargisque mola caput, improbe,  
falsa,

Rectum animi fervas? Quorsum? insanus quid  
enim Ajax

Fecit, cum stravit ferro pecus? abstinuit vim  
Uxore & gnato, mala multa precatus Attidis,  
Non ille aut Teucrum, aut ipsum violavit  
Ulysses.

Verum ego, ut hærentes adverso littore naves  
Eriperem, prudens placavi sanguine Divos.

Nempe tuo, furiose. Meo, sed non furiosus.

Qui species alias veri, scelerisque tumultu  
Permixtas capiet, commotus habebitur: atque  
Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira.

Ajax immeritos dum occidit, desipit, agnos?  
Cum prudens scelus ob titulos admittis iuvenes,

ci dedit iratus, & clamans  
se Agamemnonem, Menelaum  
ejus fratrem, & Ulysses  
occidere.

*Aulide.* Græcia portus  
fuit ad quem cum Græcorum  
classis, ad bellum Trojanum  
profectura, confisteret, silentibus  
ventis, ac iratis Diis, responsum  
est eos, nisi mactata Iphigenia,  
placari non posse.

*Mola.* Far, sive hordeum  
erat, tostum & mixtum sale;  
quo cultros & victimæ caput  
spangebant.

*Rectum, &c.* Subaudi,  
statum: an sanus es?

*Quorsum.* Quorsum hæc?  
Inquit Agamemnon.

*Insanum, &c.* Verba sunt  
Plebeji. Quid fecit gravioris  
sceleris Ajax insaniens? occidit  
gregem; at ab uxore, & filio  
manus violentas abstinuit,  
idest in eos non saeviit, non  
Teucrum, &c. Teu-

cer Dux fuit Græcorum  
clarus in primis & fortis, Ajax  
frater, de quo vide Od. 6.  
lib. 1.

*Verum ego, &c.* Respondet  
Agamemnon.

*Adverso.* Inimico, & infesto:  
unde solvere naves nequibant.

*Prudens.* Certo, & pio  
consilio.

*Qui species, &c.* Ille habebitur,  
ille habendus est, commotus,  
idest, commotus, perturbatus,  
insanæ mentis, qui capiet  
species sive ideas, & opiniones  
rerum, alias, idest, diversas,  
remotas a veris, & cum scelere  
conjunctas; ac parum intererit,  
an isto errore stulto peccet, ut  
tu, o Agamemnon, an furore  
& ira, ut Ajax. Hæc dicit  
Plebejus.

*Ob titulos, &c.* Ut tibi  
concilies gloriam patris servata,  
ut ambitioni servata.

P 3. Admis-

Stas animo? & purum est vitio tibi, cum tumi-  
dum est cor?

Si quis lectica nitidam gestare amet agnam;  
Huic vestem; ut gnatas, paret ancillam, paret  
aurum,

Pusam, aut pusillam appellet, fortique marito  
Destinet uxorem; interdicto huic omne adimat jus  
Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

Quid? si quis gnatham pro muta devoverit agna,  
Integer est animi? ne dixeris. Ergo ubi prava  
Stultitia, hic summa est insania: qui sceleratus,  
Et furiosus erit, quem cepit vitrea fama,  
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.  
Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe  
mecum:

Vincit enim stultos ratio inscipere nepotes.  
Hic simul accepit patrimoni mille talenta,  
Edicit, piscator uti, pomarius, auceps,

*Admissis scelus.* Jugulaa  
Filiam.

*Tumidum.* Ambitiosum.

*Pares.* Emat, adhibeat.

*Aurum.* Aurea ornamenta.

*Pusam, Pusillam.* Nomi-  
na blandiendi, idest, puel-  
lam, filiolam.

*Interdicto, &c.* Certe cau-  
sa justa erit, cur Prætor in-  
sano illi eripiat jus omne,  
sua, nimirum bona admini-  
strandi, & civilia obeundi  
munera, ejus tutelam deman-  
det ipsius propinquis. Est  
autem interdictum Prætoris  
quodlibet, quo jubet aliquid,  
vel prohibet.

*Devoverit.* Arm destinet.

*Ne dixeris.* Certe id non  
dices.

*Prava stultitia.* Error,  
cupiditas, scelus quodlibet.  
Qui erit sceleratus, erit idem  
furiosus.

*Vitrea.* Fragili, splendi-

da, instar vitæ.

*Hunc, &c.* Qui ambitio-  
ne, & bellicæ laudis gloria  
captus est, illum Bellona red-  
dit attonitum, idest, insanum:  
qui enim fulmine, aut toni-  
tra sunt percussi, stupefiunt,  
& de statu mentis dejiciun-  
tur, ut plurimum. Itâ Ple-  
bejus, vel Stertinius, con-  
cludit Agamemnonem, &  
bellatores alios insanire.

*Gaudens cruentis.* Quæ cruo-  
rem amat, & cadem. Bel-  
lona Dea est belli, Martia  
soror.

*Arripe.* Expende, excute.

*Vincis.* Plane ostendit.

*Nepotes.* Dissolutos, pro-  
digos.

*Hic.* Nomentanus.

*Mille talenta.* Talentum  
Atticum respondebat libris  
2400. Gallicis.

*Edicit.* Palam denunciat,  
& moneri jubet, ut adfuit  
postri-

Unguentarius, ac Tusci turba impia vici,  
Cum scurris factor, cum Velabro omne macellum,

Mane domum veniant. Quid tum? Venere frequentes.

Verba facit leno. Quidquid mihi, quidquid & horum

Cuique domi est, id crede tuum; vel nunc pete, vel cras.

Accipe, quid contra juvenis responderit æquus:  
In nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum

Cornem ego: tu pisces hyberno ex æquore verris;  
Segnia ego, indignus qui tantum possideam: aufer.

Sume tibi decies, tibi tantumdem, tibi triplex,  
Unde uxor media currat de nocte vocata.

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,  
(Scilicet ut decies solidum exforberet) aceto

Diluit insignem baccam; qui sanior, ac si

postridie mane apud se piscatores, &c.

*Pomarius, &c.* Qui poma, qui unguenta vendit &c.

*Tusci, &c.* Cupedinarii, perditii homines, qui vicum, ita dictum ab Etruscis ibi olim degentibus, habitabant.

*Scurris.* Scurrae sunt homines dicaces, & festivi, qui risum aliis movent, saepe liberaliter, & putide.

*Factor.* Qui sarcinam conficit.

*Velabro.* Velabrum locus Romæ celebris, ubi erant unguentarii: lege, si plura cupis, Alexandrum Donatum, de urbe Roma.

*Macellum.* Locus, ubi vendebantur obolus.

*Æquus.* Clemens, largus, & prodigus.

*Lucana.* Est Lucania regio Italiae extrema, prope Calabriam, ad mare inferum;

*Dormis.* Tu, o. venator.

*Tu.* O piscator.

*Segnis ego.* Et ego interim segnis sum, & otiosus, te mea causa laborante.

*Aufer.* Accipe.

*Decies.* Subaudi: centena sestertium millia, idest, libras 100000.

*Tibi.* O piscator.

*Tibi.* Alium quempiam, v. g. Unguentarium appellat.

*Triplex.* Triplex, tertium tantum sume.

*Filius Æsopi.* Clodius Æsopi tragædi filius, æstoria nobilissimus.

*Decies solidum, &c.* Ut uno hausto exforberet decies centena millia solida, idest integra, plena sestertiorum: porro ista adverbia decies centies, &c. ponuntur instar nominis neutrius.

*Diluit.* Dissolvit, liquavit.

*Baccam.* Unionem.

*Qui.* Quomodo.

Illud idem in rapidum flumen, jaceretve cloacam?

Quinti progenies Arri, par nobile fratrum,  
Nequitia & nugis, pravosum & amore gemellum,

Lusciniæ soliti impenso prandere coemptas,  
Quorsum abeant sani? creta, an carbone notandi?

Ædificare casas, plostellæ adjungere mures,  
Ludere par impar, equitare in arundine longa,  
Si quem delectet barbatus, amentia verset.  
Si puerilius his ratio esse evincet amare;  
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere,  
trimus

Quale prius, ludas opus, an meretricis amore  
Sollicitus plores; quæro, faciasne, quod olim  
Mutatus Polemon? ponas insignia morbi,

*Illud idem.* Eandem hanc pecuniam summam.

*Quinti, &c.* Ordo est: Q. Arri progenies, filii, nobile par fratrum, id est, fratres tum famosi; gemellum, hoc est, similes, ob nequitiam, puerilia studia, & amorem rerum pravarum, qui erant soliti prandere lusciniæ magno pretio emptas, cur abeant, id est, existantur, prætereantur hic tanquam sani? certe insanis adscribendi quoque sunt, & carbone, hac turpi nota inveniendi.

*Impenso,* Subaudi, pretio. *Impenso* autem est, magno: *Impenso* enim significat, vehementer, sedulo.

*Creta,* &c. Albo lapillo notamus bona, mala nigro, & carbone, Lib. 1. Od. 30.

*Ædificare,* &c. Ordo est: si quis homo barbatus, & provecior ætate delectetur jungendis plaustris muribus. &c. illum certe amentia exagit.

*Plostellæ.* Exiguo plaustris. *Adjungere mures.* Equorum instar.

*Amentia verset.* Illum agitet stultitia, insanus habeatur profecto.

*Si puerilius,* &c. Si ratio evincat esse amore aliquid magis puerile, quam hæc puerorum occupationes, nempe casas ædificare, &c. nec differre quidquam, utrum ludum aliquem, qualem prius memoravi, ludas trimus, id est, tres annos natus, an plores captus turpi amore? id, inquam, si ratio tibi ostendat, quæro num idem sis facturus, quod olim Polemon, postquam insanum ejusmodi amorem deposuit, an relicturus sis, itidem ut ille, morbi, id est amoris insignia, nempe tenuis, fœcilia, &c. Certe vereor, ut facias.

*Polemon.* Discipulus Xenocratis, cui cum lasciviam, & insanos amores aliquando magister exprobrasset, siceravit.

Fasciolas, cubital, focalia; potus ut ille  
 Dicitur ex collo furtim carpisse coronas,  
 Postquam est impransus correptus voce magistri.  
 Porrigis irato puero cum poma recusat:  
 Sume Catelle; negat: si non des: optat. Amator  
 Exclusus qui distat? ait ubi secum, eat, an non,  
 Quo rediturus erat non arcessitus, & hæret  
 Invisis foribus? Nec nunc, cum me vocet ultro,  
 Accedam? an potius mediter finire dolores?  
 Exclusit, revocat: redeam? non, si obsecret.

Ecce

Servus non paulo sapientior: O here, quæ res  
 Nec modum habet, neque consilium, ratione  
 modoque

Tractari non vult. In amore hæc sunt mala  
 bellum.

Pax rursus. Hæc si quis tempestatis prope ritu

buit, sic mutatus est, ut ipsi  
 postea Xenocrati successerit,  
 & Philosophiam Athenis do-  
 cuerit, tertius a Platone.

*Fasciolas*. Fascias aliquan-  
 do appellabant involucria cru-  
 rum, & femorum, quæ jam  
 tibialia, & femoralia dicun-  
 tur.

*Cubital*. Cubitorum, seu  
 bachiolorum ornamentum, se-  
 ricum, aureum, &c.

*Focalia*. Colli ornamenta,  
 & faucium, &c.

*Ut*. Quomodo.

*Furtim*, &c. Polemon flo-  
 ribus coronatus, & ebrius  
 in Xenocratis scholam in-  
 gressus est, qui tum forte de  
 temperantia differebat; hu-  
 jus oratione paulatim victus  
 adolescens, cepit sibi coro-  
 nas furtim detrahare, &c.

*Impransus*. Sobrius.

*Porrigis*, &c. Docet in-  
 surre amatores, puerorum in-  
 morem.

*Catelle*. Puerule, vox blan-  
 dentia.

*Exclusus*. Foribus mere-  
 tricis.

*Qui distat*, &c. An non  
 isti puero similis est? Cum  
 agit secum, idest, deliberat,  
 an eat ad illam, an non eat,  
 quo, idest, cuius in domum  
 profecto rediturus fuisset, si  
 non fuisset arcessitus, at quia  
 arcessitus est, hæret in ipso  
 limine. dubius an ingredia-  
 tur. Hic locus est expressus  
 ex Eunuchio Terentiana Co-  
 mœdia, quam vide in Te-  
 rentio expurgato, quem ne-  
 per in lucem edidimus.

*Nec nunc*; Egone, (in-  
 quid Phœdria Terentianus,  
 Eunuchi Act. I. Scen. 1.)  
 non accedam ad Thaidam?  
 ne nunc quidem cum me ul-  
 tro arcessit?

*Dolores*. Quos ex ejus con-  
 tumeliis patior.

*Redeam*. An redibo.

*Si*. Et si.

*Ecce*, &c. Phœdriam allo-  
 quitur Parmeno, servus he-  
 ro sanior.

CASA



Mobilis, & cœca fluitantia forte laboret  
Reddere certa sibi; nihilo plus explicet, ac si  
Insanire paret certa ratione, modoque.

Quid? cum Picenis excerpens semina pomis  
Gaudes; si cameram percussi forte, penes te es?  
Quid? cum balba feris annoso verba palato,  
Ædificante casas qui sanior? Adde cruorem  
Stultitiæ, atque iguam gladio scrutare. Modo,  
inquam,

Hellade percussa, Marius cum præcipitat se  
Cerritus fuit? an commotæ crimine mentis  
Absolves hominem, & sceleris dam nabis eundem,  
Ex more imponens cognata vocabula rebus?  
Libertinus erat, qui circum compita fœcus

*Cœca, &c.* Incerto casu  
contingentia.

*Nihilo plus &c.* Non plus  
proficiet, quam si cœcæ ra-  
tione stultus esse velit.

*Quid, &c.* Loquitur Ster-  
tinius.

*Cum Picenis, &c.* Pomo-  
rum semina e pomis educta  
ejaculantes primoribus digi-  
tis, si triclinii cameram,  
idest, fornicem, seu lacunar  
attigissent, bene de suis a-  
moribus augurabantur, sibi  
contra, male.

*Percussit.* Percussisti.

*Penes ea es?* Ene mentis  
compos?

*Picenis.* Picenus est ager in  
Italia, ad oram maris A-  
driatici, pomis bonis abun-  
dans.

*Cum balba, &c.* Cum tu  
senex, ut mulieris gratiam  
capes instar pueri balbu-  
tiente voce blanditias loque-  
ris, & verbis tremulis pala-  
tum tuum verberes: quo  
pacto sanior es puero casulas  
ædificante?

*Cruorem.* Crudelitatem.

*Stultitiæ, Insano amori.*

*Ignem gladio, &c.* Ma-  
lum malo cumula, Prover-  
bium Græcum est: *Ignem  
gladiaz ne fodito, seu verbe-  
rato, idest, malum malo ne  
adde, hominem jam furentem  
ne stimula.*

*Modo.* Nuper.

*Hellade, &c.* Marius,  
Hellade (a qua spernebatur)  
interfecta, cum se præcipi-  
tem e saxo dedit, nonne in-  
saneus fuit?

*Cerritus.* Pro Cerritus,  
idest, percussus a Cere, a  
quo hominibus insaniam im-  
mittere credebatur.

*An commotæ &c.* At ne-  
gabis eum insanum esse, &  
sceleratum tamen vocabis ex  
more hominum, qui rebus  
duris, & gravioribus mul-  
tiora imponunt nomina? ta-  
men sceleris nomen est co-  
gnatum, idest, simile, no-  
mini insaniz, idemque si-  
gnificat; Qui enim sceleratus  
est apud Stoicos, idem est  
insaneus.

*Libertinus, &c.* Quidam li-  
bertinus senex, manū sic-  
cus, idest, jejunus, sobibat  
compita.

Lautis mane senex manibus currebat, & unum  
(Quid tam magnum? addens) unum me sur-  
pate morri,

Dis etenim facile est, orabat: sanus utrisque  
Auribus atque oculis; mentem, nisi litigiosus,  
Exciperet dominus, cum venderet. Hoc quo-  
que vulgus

Chryssippi ponit fœcunda in gente Meneni.  
Juppiter, ingentes qui das, adimisque dolores,  
Mater ait pueri menses jam quinque cubantis,  
Frigida si puerum quartana reliquerit, illo  
Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus  
In Tyberi stabit. Casus, medicusve levaris  
Ægrum ex præcipiti: mater delira necabit  
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.  
Quone malo mentem concussa? timore Deorum.

compita, (in quibus Deos Penates constitui, & coli iusserat Augustus) lautis seu ablatis aqua manibus, ut eas puras ad Deos tenderet, & orabat hoc: o Dii, unum me ex omnibus civibus morri surripite, addens, quid tam magnum? quid est in ea re tam operosum vobis, o Superi? tantillam rem mihi non negabitis. Ille sanus erat auribus, & oculis, mente non item; ac si servus iterum e libertino factus fuisset, venditusque, debuisset dominus excipere caput, id est, emptorem admonere, illum cætero corpore sanum esse, præterquam capite, & mente. Superstitiosos irridet Stertinius illo exemplo.

*Nisi litigiosus.* Nisi dominus lites amaret, litem intendi sibi vellet; venditor enim debebat vitia omnia rei venditæ, præsertim mancipiorum emptoribus aperire; nil fecisset, multabatur, & in eam erat actio.

*Mos.* Superstitiosos.

*Vulgus Chryssippi.* Stoici;

*Meneni.* Meneniorum gens seu familia, fuit inter Romanos fœcunda, & numerosa; in ea quidam olim laboraverant infans, & ipsa vox Menenii, similis est atque affinis voci Græcæ, quæ insanum significat.

*Dolores.* Morbos.

*Cubantis.* Lecto affixi, & ægrotantis.

*Quartana.* Febris quarta quoque die recurrens.

*Quo tu, &c.* Quo Magistratus, vel Sacerdotes jejunium imperabant aliquod tuo nomine. Jejunia publice indictis, & denunciatis, placare Deos moris erat, ac festos dies celebrare.

*Nudus &c.* A me in Tiberim mergatur leviter, vel in ripa nudus constituetur.

*Levaris, &c.* Si puerum e lubrico, & difficili morbo recreaverit.

*Quone.* Nam quo.

*Timore Deorum.* Superstitio.

Hæc mihi Stertinius, sapientum octavus amicos  
 Arma dedit, posthac ne compellarer inultus.  
 Dixerit insanum qui me, totidem audiet; atque  
 Re picere ignoto discet pendentia tergo.  
 Stoice, post damnatum sic vendas omnia pluris:  
 Qua me stultitia (quoniam non est genus unum)  
 Insanire putas? ego nam videor mihi sanus.  
 Quid? caput abscissum demens cum portat Agave  
 Gnati infelicis, sibi tum furiosa videtur?  
 Stultum me fateor (liceat concedere veris)  
 Atque etiam insanum: tantum hoc ediffere,  
 quo me

Ægrotare putes animi vitio. Accipe: Primum  
 Ædificas, hoc est, longos imitaris, ab imo  
 Ad summum totus moduli bipedalis: & idem

tionem, quæ oritur e nimio  
 metu Numinis.

*Mibi, Damasippo.*

*Octavus.* Septem vulgo nu-  
 merantur Græcis Sapientes.

*Arma, &c.* Argumenta,  
 quibus ulcisceretur, si quis me  
 stultum compellaret.

*Totidem.* Eadem verba ex  
 me audiet.

*Pendentia.* Discet respice-  
 re mantice partem, penden-  
 tem sibi a tergo, quam igno-  
 rat, quam non intuetur.  
*Fingebat Æsopus homini cui-  
 que impositam humeris pen-  
 dere manticam, in cuius an-  
 teriori parte essent aliena  
 vitia, in posteriori sua, &  
 propria, quo fiebat, ut alie-  
 na nobis vitia semper ob o-  
 culos essent, nostra vero igno-  
 raremus.*

*Stoics.* O Damasippe, in-  
 quit Horatius.

*Post damnatum, &c.* Siqui-  
 dem jacturam fortunarum tua-  
 rum, & naufragium fecisti,  
 hoc a Superis bene tibi pre-  
 cor, ut jam in vendendo sis  
 fortunatior, & plura quam

omnes alii, merces tuas ven-  
 das, lucri plus facias. Vide-  
 versum hujus Sat. 20.

*Quid, &c.* Sententia est,  
 ideoque sanus es, quod tibi  
 sanus videris? sibi videbatur  
 Agave sana, cum maxime  
 fureret.

*Agave.* Penthes matev,  
 Cadmi filia, immisso sibi fo-  
 rore a Baccho, quem Pen-  
 theus læserat, filii caput am-  
 putavit, rata se aprum, vel  
 taurum discerpere. Ovid. 1.  
 Met.

*Concedere veris.* Quod ve-  
 rum est fateri; loquitur Ho-  
 ratius.

*Longos.* Proceros idest  
 nobiles, divites, magnos, tu  
 exiguis, &c.

*Ab imo.* A capite ad calcem.

*Es idem.* Tu idem ta-  
 men rides spiritum, idest,  
 audaciam & vanitatem, at-  
 que incessum Turbonis ar-  
 mati, majorem corpore: ri-  
 des Turbonem gladiatorem  
 ingentes animos angusto in  
 corpore versantem.

Corpore majorem rides Turbonis in armis  
 Spiritum, & incessum: qui ridiculus minus illo  
 An quodcumque facit Mœctenas, te quoque ve-  
 rum est,

Tanto dissimilem, & tanto certare minorem?  
 Absentis ranae pullis vituli pede pressis,  
 Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens  
 Bellua cognatos eliserit. Illa rogare;  
 Quantane? num tandem, se inflans, sic magna  
 fuisset.

Major dimidio. Num tanto? cum magis, atque  
 Se magis inflaret; non, si te ruperis, inquit,  
 Par eris. Hæc a te non multum abludit imago.  
 Adde poemata nunc: hoc est, oleum adde ca-  
 mino,

Quæ si quis sanus fecit, sanus facis & tu.  
 Non dico horrendam rabiem (jam desine) cultum  
 Majorem censu: Teneas Damasippe tuis te:  
 O major tandem parcas insane minori.

*Verum est.* Equum est,  
 par est. Subaudi, facere,  
 te, qui tanto es illi dissi-  
 milis, & tanto inferior, &  
 impar ad certandum cum eo.

*Cognatos.* Pullos alios una  
 secum natos, ex eadem ortos  
 matre.

*Quantane.* Istud ne abun-  
 dat. Rogare cepit rana  
 mater, quanta fuisset illa  
 bellua.

*Major dimidio.* Respon-  
 det pullus.

*Tanto.* Tanto major-  
*Ruperis.* Inflando te dis-  
 rumpas.

*Abludit.* Abhorret, di-  
 screpat.

*Oleum camina.* Majorem  
 infantiam minoribus aliis.

*Rabiem.* Iracundiam furo-  
 ri similem.

*Desine.* Horatius Dama-  
 sippum alloquitur.

*Cultum.* Victum, vesti-  
 tum, ornatum corporis.

*Censu.* Divitiis, re.

*Teneas.* In tuis te vitis  
 continere, mea ne attinge.

*O major.* O Damasippe,  
 qui me stultior es, ignosce  
 mihi minus stulto.

Unde

## SATYRA IV.

*A Catio quodam Epicureo Philosopho accipit Horatius lepida præcepta de ferculis, & re culinaria. In quo Epicureos irridet, ut priori Satyra Stoicos.*

**U**Nde, & quo Catius? non est mihi tempus  
aventi

Ponere signa novis præceptis, qualia vincunt  
Pythagoram, Anytique reum, doctumque Platonem.

Peccatum fateor, cum te sic tempore lævo  
Interpellarim. Sed des veniam bonus, oro.

Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repeto  
mox:

Sive est naturæ hæc, sive artis, mirus utroque.  
Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem,

*Unde, &c.* Subaudi, venit. Horatius fingit se illi occurrere de improvviso.

*Non est, &c.* Non vacat mihi respondere nunc tibi: aveo enim, idest cupio, & in eo totus sum, ut certis notis, & signis adhibitis, sive litteris in charta, sive imaginibus, & ideis in animo, mandem memoriam præcepta nostra, idest, recens ab magistro mihi tradita, que tam insignia sunt, ut Pythagoræ præcepta facile superent, &c.

*Pythagoras.* Fuit Pythagoras ex insula Samo; in Italiam venit imperante Numæ, Philosophus præstantissimus; de quo hæc Ovid. 15. Met. *Mente Deos adiit, & que natura negotiis visibus humanis, oculis ea perhoris hausit.* Agit Horatius de eodem lib. 1. Od. 23.

*Anyti reum.* Socratem,

qui reus factus est, idest, accusatus ab Anyto Atheniensi divite.

*Platonem.* Philosophorum, longe sapientissimum, cujus extant scripta egregia.

*Peccatum &c.* Peccavi inquit Horatius.

*Lævo.* Non opportuno.

*Quod si &c.* Quod si quid ex his præceptis, que jam animo cupis consignare, tibi incidat, elaboraturque, illud postea in mentem tibi revocabis, seu quod tibi est natura facilis & docilis ad recordandum, sive hoc tibi ars dedit: in quo utroque, idest, ingenio, & arte, mirus es, & egregie peritus.

*Quin.* Atque hoc ipsum agebam, in eo eram cum mihi occurristi, mecum id agitabam, quomodo retinere memoria possem omnia illa præcepta.

*Tenuos.*

Utpote res tenues, tenui sermone peractas.  
Ede hominis nomen; simul an Romanus, an  
hospes.

Ipsa memor præcepta canam; celabitur auctor.  
Longa quibus facies ovis erit, illa uemento  
Ut succi melioris, & ut magis alba rotundis  
Ponere; namque marem cohibent callosa vi-  
tellum.

Caule suburbano, qui siccis crevit in agris,  
Dulcior; irriguo nihil est elutius horto.  
Si vespertinus subito te oppresserit hospes,  
Ne gallina malum responset dura palato,  
Doctus eris vivam mixto mersare Falerno:  
Hoc teneram faciet. Pratensibus optima fungis  
Natura est; aliis male creditur. Ille salubres  
Æstates peraget, qui nigris prandia moris  
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore solem.  
Aufidius forti miscebat mella Falerno,

*Tenuis.* Subtilis.

*Peractas.* Disputatas.

*Ede.* Narra.

*Hominis.* Tui illius Magistri, a quo hæc præclare præcepta didicisti.

*Hospes.* Externus, non Romanus.

*Facies.* Forma, figura; ab ovis incipit, a quibus Romani cœnam ordiebantur.

*Rotundis.* Quam ova rotunda formæ.

*Ponere.* Mensæ opponere.

*Namque, &c.* Ova, inquit, oblonga sunt magis callosa, idest, habent albumen spissius, densius, tum vitellum marem continent, idest, semen pulli nascunt.

*Suburbano.* Qui crevit in paludibus, & hortis prope urbem positus.

*Irriguo.* Nil est magis infidum, & saporis languidioris, quam olus, quod nascitur in horto, in quo plan-

ta nonnisi crebra irrigatione crescunt.

*Elutius.* Flaccidius, insalsus. Metaphora ducitur a coloribus, qui vividi sunt, cum probe sunt saturi, & pleni, languent, cum leviter tincti, & diluti.

*Te oppresserit.* Tibi imparato supervenerit.

*Malum.* Adverbium est, pro male, incommode.

*Responses.* Resistat, oblietetur, ob duritiem agrudentibus conficiatur.

*Doctus ovis.* Doceo te jam, & memineris hanc mergere vino aqua-temperato.

*Optimo.* Salubris, & innoxia, aliis vesci periculosum est.

*Gravem.* Meridianum, mane decerptis ex arbore.

*Forti.* Austero, asperioris saporis, cujus austeritatem melle temperabant, idque proualsidem vocabant, si-

ve

**Mendose:** quoniam vacuis committere venis  
 Nil nisi lene decet. Leni præcordia mulso  
 Prolueris melius. Si dura morabitur alvus,  
 Mitulus, & viles pellent obstantia conchæ,  
 Et lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo.  
 Lubrica nascentes implent conchyliæ Lunæ.  
 Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.  
 Murice Bajano melior Lucrina Peloris:  
 Ostrea Circæis, Miseno oriuntur Echini:  
 Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum:  
 Nec sibi cœnarum quivis temere arroget artem,

ve mulsum: eo ita temperato utebatur principio mensæ Ausidius, quod Catus idcirco damnat, quia Falernum austerius est etiam admixto melle, itaque vino molliore utendum esse præcipit, ad mulsum faciendum, quia vacuo stomacho nihil nisi lene committendum.

**Mendose.** Prave, perperam.

**Leni mulso.** Vino leni cum melle mixto. Mulsum est vinum melle admixtum.

**Morabitur.** Tardius, ægrius se exonerabit.

**Mitulus.** Pisciculus e concharum, seu ostreorum genere.

**Obstantia.** Fæces male consistias, excrementa duriora.

**Lapathi.** Vocatur etiam rumex, brevis, & acutis foliis.

**Coo.** Vino Græco, ex insula Coo, ad Cariam Asiæ minoris provinciam posita, Apellis, & Hippocratis patria.

**Lubrica, &c.** Conchyliæ, id est, pisces inclusi conchis implentur, & augentur crescente luna. Lubrica vocat quia cient alvum, & laxant.

**Generosæ testæ.** Concharum insignium, quarum pu-

tamina imitantur testæ duritiam.

**Murice Peloris.** Pisciculi ex ostreorum genere. Bajanus finis est prope Bajas in Campania; Lucrinus vero prope Puteolos in eadem Campania.

**Circæis, Circæi,** orum urbs Volscorum fuit, ubi est fere *Civitas vecchia*. Prope hanc urbem est promontorium Circejum, nunc dictum *Monte Circello*.

**Miseno.** Misenus est Promontorium Campaniæ in Italia non procul a Cumis, nomen habens a Miseno Æneæ tubicere illic sepulto, *Virg. 6. Æneid.*

**Echini.** Pisces. Vide *Od. 5. Epsilon*.

**Pectinibus.** Pectines pisces testis sive conchis duabus includuntur striatis, & spissis, quæ superiori parte strictiores, inde in orbem dilatantur, unde magno hiatu aperiantur, & patuli appellantur.

**Tarentum.** Urbs est Italiæ in ea Calabriæ parte, quæ olim Messapia dicebatur.

**Nec sibi, &c.** Nemo sibi arrogare potest artem, & scientiam, cœnas recte struendæ,

Noti prius exacta tenui ratione saporum :  
 Nec satis est cara pisces avertere mensa ,  
 Ignarum , quibus est jus aprius , & quibus affis  
 Languidus in cubitum jam se conviva reponet .  
 UMBER , & illigna nutritus glande rotundae  
 Curvet aper lances carnem vitantis inertem .  
 Nam Laurens inalus est , ulvis & arundine pinguis .  
 Vineae summittit capreas non semper edules .  
 Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos .  
 Piscibus , atque avibus , quæ natura , & foret  
 ætas ,

Ante meum nulli patuit quæsitæ palatum .  
 Sunt quorum ingenium nova tantum crustula  
 promit .

de , nisi prius expenderit sa-  
 porum omnem rationem ,  
 quæ valde subtilis est , ac  
 difficilis ad percipiendum .

*Cara mensa .* Mentiam in-  
 tellige , in qua pisces in ma-  
 cello venales proponuntur  
 caro pretio emendi . Non  
 sufficit emere pisces exqui-  
 sitos , & e macello auferre ,  
 si quis ignarus sit , quinam  
 elixi , quinam affi melius ap-  
 ponantur , suaviores sint .

*Quibus est jus aprius .* Eli-  
 xos significat , qui ferme ali-  
 quo jure condiuntur : affi ,  
 sine ullo condimento , & ju-  
 re apponebantur , & ut ait  
 Nonius , sine pigmento sapo-  
 ris alieni .

*Et quibus , &c .* Et quinam  
 sint pisces , qui si affi appo-  
 nantur convivis , illi se in  
 cubitum denuo erigent , &  
 ad edendum insurgent , licet  
 jam languidi , & saturi .

*In cubitum .* Convivæ in  
 lectulis strati ad mensam ac-  
 cumbebant , corpore leviter  
 in sinistrum cubitum inclina-  
 to , dextera cibum captantes .  
 Vide Ode 22. lib. 1.

*Umbet , &c .* Censeo ut sper

natus in Umbria , & quercæ  
 glande nutritus impleat lan-  
 ces ejus hominis , qui vitat ,  
 idest , non amat carnem mol-  
 lem , pinguem , & iner-  
 tem . Qui carnem amant non  
 nimis saginatam , & adipä-  
 tam , illi vescantur apris  
 Umbris , &c .

*Curvet .* Totos apros appo-  
 nebant , ita ut mirum non  
 sit , si patinæ curvari , &  
 rumpi tanto pondere vide-  
 rentur .

*Laurens .* Aper nutritus in  
 agro Laurenti , qui ager est  
 in Latio , prope Ostiam .

*Ulvis .* Ulva est herba pa-  
 lustris .

*Summittit .* Suppeditat .

*Edules : Aptas ad eden-  
 dum .*

*Sapiens .* Cui palatum sapit .

*Sectabitur .* Amabit .

*Armos .* Humeros , tergum ,  
 lumbos .

*Natura .* Nempe ad gu-  
 stum , & saporem idonea .

*Ante , &c .* Nulli ante me  
 fuit cognita .

*Sunt .* Sunt aliqui soliti  
 suum ingenium in eo tantum  
 ostendere , si novam aliquam  
 præcu-



Nequaquam satis in re una consumere curant  
 Ut si quis solum hoc, mala ne sint vina, labores  
 Quali perfundat pisces securus olivo.  
 Massica si caelo supponas vina sereno:  
 Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura,  
 Et decedet odor nervis inimicus; at illa  
 Integrum perdunt lino vitiosa saporem.  
 Surrentina vaser qui miscet face Falerna  
 Vina, columbino limum bene colligit ovo:  
 Quatenus ima petit, volvens aliena vitellus.  
 Tossis marcentem squillis recreabis, & Afra  
 Potorem cochlea, nam lactuca innatat acri  
 Post-vinum stomacho, perna magis, ac magis  
 hillis  
 Flagitat in morsus refici: quin omnia malit,

placetam, aut cibi genus inveniant, ego naturam, matrem, sapes avium, &c. piscium exploravi, &c.

*In re una.* In una comam, & obsoniorum parte.

*Securus.* Negligens.

*Tenuabitur.* Defecabitur expurgabitur.

*Nervis inimicus.* Amittent odorem graviolem, qui nervos offendit.

*Lino vitiosa.* Si quis ea per colurn sive saccum lineum liquare tentet, ac transmittere; sic enim vim suam amittunt, vitiantur, & corrumpuntur.

*Surrentina &c.* Qui calide miscet cum face vini Falerni vina Surrentina, ea recte purgabit, & limum secernet, immisso in cadum ovo columbino, quia vitellus ovi decidens in imum dolium, secum trahit aliena, idest, faeces. Est Surrentum urbs Italiae in sinu Puteolano: Ejus vina, ut odorem falerni vini contrabe-

rent, in dolium fundebantur, in quo fuisset recens Falernum, & ubi tota foex ejus adhuc esset.

*Vitellus.* Pars ovi stiva, & rotunda,

*Marcentem.* Saturum, & nauseantem.

*Squillis.* Squilla, piscis e cancerorum genere.

*Cochlea.* Ostrea quaedam e limacum genere.

*Nam lactuca, &c.* Non est utendum lactucis cum plenus est vino stomachus, quia tunc illae in vino acido incoctae, & indigestae natant; magis utendum perna, &c.

*Hillis.* Lucanicis, & aliis id genus fartis, & gustu irritamentis. Hilla, hillae, sive Hilla hillorum, intestinum est porcinum concisa carne fartum.

*Flagitat.* Stomachus, conviva.

*In morsus.* Ad novos morsus novam orexim concepit.

*Malis.* Quam exquisitos cibos.

Quae.

Quaecumque immundis fervent allata popinis,  
 Est operæ pretium duplicis pernoscere juris  
 Naturam. Simplex e dulci constat olivo,  
 Quod pingui miscere mero, muriaque decebit,  
 Non alia, quam Byzantia putruit orca.  
 Hoc ubi confusum festis inferbuit herbis,  
 Corycioque croco sparsum stetit, insuper addes  
 Pressa Venafranz quod bacca remisit odiva.  
 Picenis ceduat pomis Tiburtia succo:  
 Nam facie præstant: venucula convenit ollis.  
 Rectius Albanam fumo duraveris uvam;  
 Hanc ego cum malis, ego facem prima, &  
 halec,  
 Primus & invenior piper album cum sale nigro  
 Incretum, puris circumposuisse catillis.  
 Immane est vitium, dare millia terna macello;

*Quaecumque*. Puta fæcimina, condituras, tuceta.

*Juris*. Condimentis, embammatis.

*Simplex*. Non mixtum jus, & unum, ex olivo constat tantum: si merum, aut muriam oleo admisceas, fiet compositum jus, multo vero magis, si addideris herbas, &c.

*Non alia*. Non quavis muria, sed ea tantum, in qua orca ad Byzantium capta (est in gens piscis) putruit, diu macerata est.

*Inferbuit*. Igni impositum ebullit.

*Corycio*. Croco advecto e Corycio monte Cilicis.

*Festis*. Quiescit, bullire, ac fervere desit, vel concrevit.

*Quod*. Oleum Venafranzum.

*Tiburtia*. In agro Tiburtino nata.

*Facie*. Forma, & pulchritudine.

*Venucula*. Venucula est

uvæ quoddam genus; in ollas abditur melius, & servatur. Albana rectius duratura ad fumum: hanc ego extiti primus, qui pomis junctam in mundis patinulis circa lanætas alias in mensa posuerim; nec non facem, e vino, Conscilicet (quod postea inquit) cum halec; est halec murie quoddam genus, vel liquamen confectum e piscicorum in æcanis, item piper album cum nigro sale incretura, id est, permixtum cum sale, & purgatam in ceratulo.

*Ollis*. Vitreis in ollis rætemi sæpe servantur, florém suum, coloremque diu retinent. Potest ita etiam exponi, venucula convenit faciendis condimentis, quibus ollæ, & cibi in ollis patinisque condiuntur.

*Immane*. Commendat artem, & ordinem in cœna.

*Dare millia, &c.* Tribus millibus sestertium, hoc est, libris 300. emere pisces e macello,

Angustoque vagos pisces urgere catino.  
 Magna movent stomacho fastidia, seu puer unctis  
 Trastavit calicem manibus, dum furta ligurit:  
 Sive gravis veteri crateræ limus adhæsit.  
 Vilibus in scopis, in mappis, in scobe, quantus  
 Consistit sumptus! neglectis, flagitium ingens.  
 Tun' lapides varios lutulenta radere palma,  
 Et Tyrias dare circum illota toralia vestes?  
 Oblitum, quanto curam, sumptumque minorem  
 Hæc habeant, tanto reprimi justius illis,  
 Quæ nisi divitibus nequeunt contingere mensis?  
 Docte Cati, per amicitiam, Divosque rogatus,

cello, & eos urgere, id est, stipare, & alios aliis aggerere in angusto catino,

*Vagos.* Vel est epithetum commune piscium, vel significat temere disiectos, ac sine lege & ordine in patina positos.

*Movent.* Hæc magnum movent fastidium: si quis servus pinguis digitis calicem attrectavit, dum obsonia, & condimenta furtim degustat ac lambit: si limus non est deversus e veteri crateræ, & crater crateris.

*Vilibus, &c.* Quam exiguo parari sumptu possunt scopæ, mappæ, scobæ, &c. quæ tamen sine flagitio negligi non possunt.

*Mappis.* Mappæ proprie lintea erant, quibus tergebantur mensæ: mantilia vero lintea, quibus mensa insternebatur.

*Scobe.* Scobis significatamenta, seu partes exiguas ligni, quæ serra vel lima erantur; his pavimenta e marmore, & variis lapidibus strata operiebantur ante cenam, ut vinum, aut aquam & convivis, aut ministris,

ut sit, humi jactam combiberent.

*Tene.* Non te pudet pavimentum e varii coloris marmore stratum, lutulentæ palmæ ramo verrere? Palmæ ramos pro scopis adhibebant ad verrendum.

*Et Tyrias, &c.* Et toralia illota circumdare vestibus Tyriis, in lectulis, quibus ad mensam accumbebant: toralia vocabantur illi panni viliores, quibus quotidie lectus sternebatur: vestes, quæ stragulae dicebantur, erant panni elegantiores, quibus in solemnibus conviviis lectus sternebatur lecti, quæque toralibus imponebantur, & circumdabantur. Jubet autem ipsa toralia, seu calcitras esse mundas, & lotas.

*Oblitum.* Minime istud cogitantem, quanto hæc minori sumptu fieri possunt, tanto justius reprehendi, quam illa, id est, quam si non adhibeas illa, quæ in divitum mensis adhiberi magno sumptu solent, quæque nemo a te desiderat.

*Docte Cati.* Loquitur jam Horatius.

*Audi-*

Ducere me auditum. Perges quocumque me-  
mento.

Nam quamvis referas memori mihi pectore  
cuncta,

Non tamen interpres tantumdem juveris: adde  
Vultum, habitumque hominis; quem tu vidis-  
se beatus

Non magni pendis, quia contigit. At mihi cura  
Non mediocris inest, fontes ut adire remotos,  
Atque haurire queam vitæ præcepta. beatæ.

*Auditum.* Ad audiendos illos tuos magistros. Supinum est.

*Non tamen, &c.* Non perinde mihi professe poteris explicando mihi illa memoriter interpretis more, ac si ego his auribus ab ipso audiam.

*Adde.* Tuo isti beneficio, & sermoni adde aliud bene-

ficiam majus, ut frui possim hominis vultu, &c.

*Habitus.* Oris, & corporis totius conformationem.

*Consigit.* Felici fato evenit tibi, ut eum videres, & autires.

*Fontes.* Illum ipsum invenire, a quo, tanquam ex fonte, hæc manarunt præcepta.

S A T Y R A V.

*Testamentorum captatores insectatur. Fingit Tiresiam hanc unam artem brevi discedendi præcipere Ulyssi ad inferos olim, dum adhuc viveret, ingresso, ut Homerus narrat lib. Odyss. 11.*

**H**oc quoque, Tiresia, præter narrata, petenti  
Responde: quibus amissas reparare queam  
res

Artibus, atque modis. Quid rides? Jamne dolose

*Hoc quoque, &c.* Ponitur jam Tiresias vates Thebanus in campis Elysiis post mortem degens multa Ulyssi prædixisse; præter illa igitur, quæ hætenus mihi dixisti, hoc quoque responde, o Tiresia, quibus artibus fortunarum mearum jacturam

farcire poterò. Ithacam enim Ulysses venerat, amissa navium, & sociorum parte optima, & rerum omnium egenus.

*Quid rides?* Respondet Tiresias: Jocaris Ulysses.

*Dolose.* Legitur etiam, dolose, invocandi casu: U-

Q lyssi

Non satis est Ithacam revehi, patriosque Penates  
Aspicere? o nulli quidquam mentite, vides, ut  
Nudus inopsque domum redeam, te vate, ne-  
que illic

Aut apotheca procis intacta est, aut pecus. Atque  
Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior al-  
ga est.

Quando pauperiem missis ambagibus horres,  
Accipe, qua ratione queas ditescere. Turdus  
Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc.  
Res ubi magna nitet domino sene; dulcia poma,  
Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores,  
Ante Larem gullet venerabilior Lare dives.

Qui quamvis perjurus erit, sine gente, cruentus  
Sanguine fraterno, fugitivus, ne tamen illi  
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.

Iyssi epithetum solemne est, ex eo sensu forte dictum a Tiresia, quia frustra eum Ulysses interrogaret, qui utpote dolosus, & vaser satis multas ditescendi artes per sese inventurus esset.

*Ithacam.* Insulam in Mari Ionio, Ulyssis Patriam.

*Te vate.* Ut mihi predixerat. Bis enim Tiresiam consuluerat Ulysses, & inferos adierat, semel quidem hortante Circe, in ejus insula: iterum postquam Ithacam est reversus.

*Apotheca.* Horreum, loculi, cella.

*Procis.* Qui, cum nuptiis Penelopes ambirent, ejus domum exhauriebant.

*Genus.* Nobilitas.

*Cum re.* Cum opibus.

*Alga.* Herba maritima, qua in littus ejicitur: pro re nullius pretii vulgo usurpatur.

*Quando, &c.* Omitte ambages, desine perplexe & obscure loqui, video quid velis; horres paupertatem,

&c.

*Privum.* Privatæ, & propriæ dapis.

*Devolet.* A te deferatur in domum locupletem alicujus sentis, illi detur dono.

*Honores.* Flores, fructus.

*Ante Larem.* Antequam hos Diis tuis Laribus, sive domesticis offeras. Primitias frugum Diis consecrare, & apponere moris erat.

*Sine gente.* Sine majoribus, ignobilis. Gens pro familia sumitur sæpe.

*Fugitivus.* Qui olim servus fugitivus fuerit.

*Comes exterior.* Loco minus honorato, in una via parte, ac declivi. Interior is dicebatur, qui inter sedes, aut aliud quidpiam ejusmodi, quo ejus latus protegeretur, ambulabat: ipse vero comes exterior appellabatur, sive dextrum latus occuparet, sive sinistrum. Si plura cupis, lege eundem Sirmundum ad calcem Sidonii Apollinaris.

Ut ne

Utne tegam spurco Damæ latus? haud ita Trojæ  
 Me gessi, certans semper melioribus. Ergo  
 Pauper eris. Forte hoc animum tolerare jubebo;  
 Et quondam majora tui. Tu protinus, unde  
 Divitias, ærisque ruam, dic augur, acervos.  
 Dixi equidem, & dico. Captes astutus ubique  
 Testamenta senum: neu, si vaser unus, & alter  
 Insidiatorem præroso fugerit hamo,  
 Aut spem deponas, aut artem illufus omittas;  
 Magna minorve foro si res certabitur olim,  
 Vivet uter locuples sine gnatis, improbus ultro,  
 Qui meliorem audax vocet in jus, illius esto  
 Defensor. Fama civem, causæque priorem  
 Sperne, domi si gnatus erit, fecundave conjux.

*Us ne &c.* Egone, inquit Ulysses, alicui Damæ, homini impuro & foedo, tegam latus? Illi sim comes? Qui aliquem honoris causa comitabantur, dicebantur illi latus tegere, vel claudere. Comites enim eam partem eundo tegebant, quæ magis erat exposita injuriæ, v. g. prope vici rivum. Dama nomen erat commune servis apud Romanos: hic servum significat libertate donatum, qui locuples factus fuerit, &c. quo tempore ad nomen Damæ addebat prænomen, v. g. Marcus Dama. Vide Persium Sat. 5.

*Melioribus.* Nobilioribus.

*Ergo &c.* Loquitur Tiresias.

*Forsem, &c.* Loquitur Ulysses. Patiar, pauper ero.

*Animum.* Meum.

*Tu protinus.* Tu præterea tamen dic mihi aliquam aliam artem, qua eruam, & extundam acervos pecuniæ. Redit ad propositam metu paupertatis, quam videbatur velle petiti.

*Captes.* Captat testamentum, qui alicui blanditur, & muneribus, & obsequiis insidiatur, ut ab eo hæres scribatur in testamento. Illi homines apud Romanos vocabantur Hæredipetas, ac senes divites, & filiis orbos maxime sectabantur.

*Præroso &c.* Ut piscis, qui arrosa esca elabatur piscatori.

*Illufus.* Semel deceptus.

*Magna.* Ordo, & sententia est. Si res, idest, litis aliqua, seu magni, seu levis momenti, disceptabitur in foro aliquando, esto illius defensor, qui e duobus locupletibus vivet sine filiis, quàmvis sit improbus, licet ultro, & nulla injuria lacessitus adversarium meliorem, idest, æquiori causa & jure utentem, in jus vocet: sperne illum cui filius est, &c. Alteri blandire verbis lenibus, & dic illi: O Quincte, v. g. aut Publi, nam prænomena gratius audiuntur quam ipsa nomina, ego non utilitatis meæ

Q 2 causa

Quinte, puta, aut Publi (gaudent prænominē,  
molles

Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum:  
Jus anceps novi; cassas defendere possum;  
Eripiet quisvis oculos citius mihi, quam te  
Contemptum causa nuce pauperet. Hæc mea  
cura est,

Ne quid tu perdas, neu sis jocus: ire domum,  
atque

Pelliculam curare jube. Sis cognitor ipse;  
Perfusa, atque obdura, seu rubra canicula findet  
Infantes statuas, seu pingui tentus omaso  
Furius hybernas cana nive conspuet Alpes.  
Nonne vides (aliquis cubito stantem prope tangens  
Inquiet) ut patiens, ut amicis aptus, ut acer!  
Plures annabunt thynni, & cætaria crescent.

causa tibi sum amicus, sed  
tus virtutis studio, & ad-  
miratione, &c.

*Prænominē.* Romanis Ci-  
vibus erant vulgo tria no-  
mina: Prænomen, ut *Mar-*  
*cus*, *Quintus*, &c. Quod  
singulos a singulis distingue-  
bat, nomen, ut *Tullius*,  
quod familias alias ab aliis  
secernebat; cognomen, quod  
certos quosdam ex eadem  
familia notabat, ut *Cicero*.

*Anceps.* Controversum,  
&c. varium.

*Cassa, &c.* Quam tibi,  
vel minimam rem eripiat,  
te fraudet vitiosa nuce. *Cas-*  
*sa* nux est, inanis, vacua,  
a verbo careo.

*Jocus.* Ne sis ludibrio tuis  
adversariis.

*Ire domum.* Verba Tiresiz.

*Pelliculam.* Corpus, vale-  
tudinem. Roga illum ut otio-  
sus sit, domi se contineat,  
tua fide ac diligentia fretus.

*Cognitor.* Actor & procu-  
rator: litem ejus expende,  
instrue.

*Rubra.* Ardens, ignea.

*Findet.* Dicuntur æra, &  
lapides calore nimio, aut  
frigore findi, & diffilire.

*Infantes.* Mutas.

*Seu, &c.* Sive hyems fit  
cum Furius Poeta suo abdo-  
mine celebris, conspuet cans  
nive alpes, idest, describit  
alpes nive conspersas. Carpit  
obiter hic Horatius illam  
Furii locutionem, & stylum  
ampullatum.

*Tentus.* Distentus.

*Omaso.* Adipe, idest, ho-  
mo obesus. Omasum est pin-  
gue intestinum.

*Nonne vides.* Verba sunt  
alicujus alloquentis senem  
orbum, & illi captatorem  
Ulysses commendantis.

*Stantem.* Orbum senem.

*Us acer.* Quam sit Ulysses  
strenuus, diligens.

*Plures, &c.* Ita plures  
senes allicies, & illi ut pi-  
sces ad piscatorem accedent,  
accipientur, & a te in ceta-  
ria (loca sunt piscibus ser-  
vandis apta) conjicientur.

*T h, n-*

Si cui præterea validus male filius in re  
Præclara sublatus aletur, ne manifestum  
Cœlibis obsequium nudet te, leniter in spem  
Accede officiosus, ut & scribare secundus  
Hæres: & si quis casus puerum egerit Orco,  
In vacuum venias. Ferraro hæc alea fallit.  
Qui testamentum tradet tibi cumque legendum  
Abnuere, & tabulas a te removere memento:  
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima se-  
cundo

Cera velit versu: solus, multasque cohæres,  
Veloci percurrere oculo. Plerumque recoctus  
Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem;  
Captatorque dabit risus Nafica Corano.

*Thynni.* Pisces grandiores.  
& nobiliores.

*Male validus.* Æger, & parum firmus.

*In re præclara.* In domo locuplete: in multis opibus.

*Sublatus.* Educatus.

*Ne, &c.* Ne tum infideli deprehendantur, si nullos alios, quam cœlibes, idest uxore carentes, captares.

*Nudet.* Prodat, detegat.

*In spem &c.* Tacito quasi pede, & caute illum demereri stude, ea spe scilicet, ut aut secundus ab ejus filio hæres scribaris in ejus testamento, illi substituaris, aut si quo casu fuerit extinctus puer, tu in vacuum hæreditatem primus jam, & solus hæres succedas.

*Alea.* Ludus, captatio, fraus.

*Tabulas.* Testamenti.

*Limis.* Oculis obliquis inspicias, quid in prima tabula testamenti scriptum sit; an tu in secunda linea sis hæres scriptus, & filio cohæres aditus.

*Quid velis.* Quid præse-

rat, quid contineat.

*Prima cera.* Initium tæbulæ cera obductæ; in ejusmodi enim tabulis scribebant. Sic primus vicus dicitur pro initio, & capite vis, vel prima tabula, & pagina.

*Versus.* Lines.

*Plerumque recoctus, &c.* Locus obscurior; sic explana. Accidit enim aliquando ut scriba recoctus, idest, veterator, & callidus, ex Quinqueviro, idest, qui olim Quinquevir fuerit, deludat ac frustretur summæ captatorum, ut vulpes Æsopica deludit corvum, cui casum frustra hianti surripuit, tra Nafica deludetur a Corano senne, quem captabat, illique jocos dabit.

*Scribs.* Qui acta publica, Magistratum edicta, senatusconsulta scribit.

*Quinqueviro.* Erant Quinqueviri certi homines publice delecti ad aliquod munus publicum levioris momenti administrandum, maxime in Municipiis.

Q 3 Paris.



Num furis? an prudens ludis me, obscura æt  
nendo?

O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut  
non:

Divinare etenim magnus mihi donat Apollo:  
Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.  
Tempore quo juvenis Parthis horrendus ab alto  
Demissum genus Ænea, tellure marique  
Magnus erit, forti nabet procera Corano  
Filia Nasicæ, metuentis reddere soldum.  
Tum gener hoc faciet: tabulas focero dabit,  
atque

Ut legat, orabit. Multum Nasicæ negatas  
Accipiet tandem, & tacitus leget, invenietque.  
Nil sibi legatum, præter plorare, suisque.  
Illud ad hæc jubeo: mulier si forte dolosa,  
Libertusve senem delirum temperet, illis  
Accedat socius: laudes, lauderis ut absens.

*Furis.* Furore divino affatus, & numine loqueris? Verba sunt Ulyssis.

*Prudens.* Sciens ac volens.

*Ausuris, &c.* Si quid ajo erit: si quid nego, non erit. Nonnulli hæc joco dicta esse volunt.

*Juvenis, &c.* Augustus Parthis metuendus. Augusti fama percussis Parthi signa militaria, quæ Crasso eripuerant, Romam remisere, anno Romæ conditæ 734. Vide Indicem Chronologicum Odis præfixum.

*Fortis, &c.* Narrat quo pacto Nasicam captatorem Coranus decepturus sit. Nasicæ hereditatis locupletis obtinenda spe filiam suam Corano nuptui dabit, metuens, idest, nolens reddere soldum, idest, solidum, seu æs alienum quod debebat ipsi Corano, cui filiam suam nuptui dederat, sperans aut con-

donandum, & remittendum sibi æs alienum, aut magnum certe opes testamento, & hereditate Corani ad se venturas. Coranus moriturus hæc faciet; vocabit Nasicam, tabulas testamenti sui legendas illi dabit. Nasicæ se heredem scriptum esse non dubitans, recusabit legere, leget tandem, inveniet alium heredem institutum fuisse a Corano, nullam sui factam esse mentionem. Hoc Horatii tempore contigit. Tiresias quasi divinus, illud ipsum prænunciare fingitur.

*Soldum.* Integrum æs alienum: ita Cicero, pro Rab. solidum suum, inquit, cuique solvatur.

*Præter plorare.* Græca locutio, qua plorare jubentur, qui miseri, qui decepti sunt.

*Temperet.* Regat, gubernet.

*Tho-*

Me sene, quod dicam, factum est. Anus im-  
proba Thebis

Ex testamento sic est elata: cadaver  
Unctum oleo largo nudis humeris tulit hares,  
Scilicet elabi si posset mortua: credo,  
Quod nimium institerat viventi. Cautus adito:  
Neu desis operæ, neve immoderatus abundes.  
Difficilem, & morosum offendet garrulus ultro:  
Non etiam fileas. Davus sis comicus, atque  
Stes capite obstipo; multum similis meruenti.  
Obsequio grassare, mone, si increbuit aura,  
Cautus uti velet charum caput: extrahe turba  
Oppositis humeris, aurem substringe loquaci.  
Importunus amat laudari: donec ohe jam,  
Ad coelum manibus sublatis dixerit, urge, &  
Crescentem tumidis infla sermonibus utrem,  
Cum te servitio longo, curaque levarit,

*Thebis.* In Urbe Bœotiz.

*Ex testamento.* Testamen-  
to caveat, ut sic ad rogam  
efferreretur.

*Scilicet, &c.* Opinor il-  
lam anum, ideo jussisse, ut  
hæres suus molestus captator  
suum cadaver unctum oleo  
ferret ad rogam, quo indi-  
caret hominem sibi vivæ mo-  
lestissimum fuisse, ac velle  
saltem se mortuam illi elabi,  
quæ viva ejus artes &  
insidias effugere non potue-  
rat. Athletæ corpus unge-  
bant oleo, ut ab adversa-  
riis non tam facile capi pos-  
sent, ut iis elaborerentur. Tu  
esto cautior; fac ne tua di-  
ligentia desideretur, at vide  
etiam ne nimio studio pecces,

*Ustro.* Non silere jussus,  
sine gravi causa.

*Davus, &c.* Davum illum  
imitare, qui dum suas in  
comœdia artes agit, timi-  
de, ac reverenter cum herô  
loquitur.

*Davus.* Nomen vulgare

servi comici.

*Obstipo.* In alterum hu-  
merum inflexo; vel in ter-  
ram pronò.

*Grassare.* In animum, &  
benevolentiam irrepe.

*Increbuit aura.* Ventus  
vehementior ingruit.

*Substringa.* Sustolle, &  
manu supposita quasi collige:  
sic vestis substringit dicitur,  
quæ attollitur, & accingi-  
tur: sic auris apposita ma-  
nu munitur, ne sonus ef-  
fluat: cum loquitur, aures  
erige, accinge te ad audien-  
dum.

*Importunus.* Intempestive  
contra jus fasque: vel, amat  
laudari usque ad impartun-  
tatem.

*Ohe.* Satis laudum est.

*Manibus sublatis.* Præ  
gaudio.

*Utrum.* Hominem vanum,  
& laudibus fictis inflari do-  
cilem.

*Levaris.* Morte sua, tunc  
enim liberatus eris servilibus

Et certum vigilans, quartæ sit partis Ulysses,  
Audieris, hæres: ergo nunc Dama sodalis  
Nusquam est? unde mihi tam fortem, tamque  
fidelem?

Sparge subinde, & si paulum potes, illacrymare:  
est

Gaudia prodentem vultum celare. Sepulchrum  
Commisum arbitrio sine sordibus extruc. Funus  
Egregie factum laudet vicinia. Si quis  
Forte cohæredum senior male tuffiet; huic tu  
Dic, ex parte tua, seu fundi, sive domus sit  
Emptor, gaudentem nummo te addicere. Sed me  
Imperiosa trahit Proserpina. Vive, valeque.

Illis obsequiis, quibus vivum  
captabas.

*Es certum.* Cum tu non  
per somnium, sed certo vi-  
gilans, audieris clare hæc  
verba in testamento senis  
scripta: Ulysses hæres sit  
quartæ partis meorum bono-  
rum; tunc erumpes in hos  
fletus: Ergo periit Dama,  
&c.

*Unde.* Mihi parabo, ubi  
talem inveniam?

*Sparge.* Hæc verba iden-  
tidem repete, & quasi spar-  
ge: vel flores in tumulum  
sparge.

*Est.* Licet, interest, ju-  
vat celare, & tegere vul-  
tum qui proderet, aperire  
posset, gaudia de senis mor-  
te suscepta.

*Arbitrio.* Tuae curæ, &  
arbitrio commissum.

*Sordibus.* Avaritia.

*Male tuffies.* Ita ut brevi

moriturus esse judicetur.

*Huic tu, &c.* Dic illi co-  
hæredi tuo. sive sit emptor  
fundi, idest, sive prædium  
aliquid velit emere, sive  
domum, quæ reperitur in  
ea parte hæreditatis, quæ  
tibi obtigit, te gaudentem,  
te libenter hanc domum,  
hunc fundum illi addicere,  
idest, vendere; & dare num-  
mo, idest, vili pretio: nem-  
pe ut hac liberalitate tua de-  
linitus hæredem te suum scri-  
bat, & quod illi dederis, ad  
te favore redeat.

*Nummo.* Sestertio, qui  
respondet duobus assibus mo-  
netæ gallicæ, & quartæ par-  
ti Julii Romani: pro vili  
quolibet pretio hic ponitur.

*Trahit.* Alio me abripit,  
me a te divellit Proserpina  
umbrarum domina; impe-  
riosa, quæ imperium in  
mortuos obtinet.

## SATYRA VI.

*Ocii laudes, & vitæ rusticæ.*

**H**OC erat in votis: modus agri non ita magnus,

Hortus ubi, & tecto vicinus jugis aquæ fons,  
Et paulum sylvæ super his foret. Auctius, atque  
Dii melius fecere. Bene est, Nihil amplius oro,  
Maja nate, nisi ut propria hæc mihi munera  
faxis;

Si neque majorem feci ratione mala rem,  
Nec sum facturus vitio culpave minorem;  
Si veneror stultus nihil horum. O si angulus ille  
Proximus accedat, quæ nunc denormat agellum.  
O si urnam argenti fors qua mihi monstrat,  
ut illi,

Thesauro invento qui mercenarius agrum  
Illum ipsum mercatus aravit, dives amico  
Hercule. Si quod adest, gratum juvat; hac pre-  
ce te oro

*Hoc erat, &c.* Id unum optaveram, ut agellum exiguum haberem, ubi foret hortus, fons, & præterea sylvula.

*Jugis.* Perennis.

*Dii melius.* Plura his, & meliora mihi quam optabam, superi dederunt.

*Maja nate.* Mercuri: Est enim Mercurius vatum Deus præses, idemque divitiis, & lucro præest.

*Propria.* Perpetua, & stabilis.

*Rem.* Opes.

*Veneror.* Venerabundus a Diis peto.

*Horum.* Quam dicturus est, Quæ avari & cupidi optare solent, nempe: o utinam angulum hunc, & particulam fundi vicini possiderem, quæ

agellum meum inæqualem reddit. Quæ impedit ne omnino & ad normam quadratus sit.

*Fors.* Fortuna felix. *Qua,* Alicubi, aliqua in parte.

*Ut illi.* Ordo est. Ut illi mercenario fortuna monstravit, qui postquam thesaurum invenisset in agro ubi opus faciebat, cum esset mercenarius, illum ipsum agrum emit, & ad se jam pertinentem aravit, totoque thesauro potitus est.

*Hercule.* Favete credebatur Hercules ejusmodi lucris insperatis.

*Si quod, &c.* Si me juvat, idest, delectat, si contentus sum, quod adest, quod possideo.

Q 5 *Domi*

Pingue pecus domino facias, & cætera, præter  
Ingenium: utque soles, custos mihi maximus  
adfis.

Argo ubi me in montes, & in arcem ex urbe  
removi,

Quid prius illustrem Satyris, Musaque pedestri?  
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus  
Auster,

Autumnusque gravis Libitinæ quæstus acerbæ.  
Matutine pater, seu Janæ libentius audis,  
Unde homines operum primos, vitæque labores  
Instituunt (sic Dis placitum) tu carminis esse  
Principium. Romæ sponsorem me rapis; eja,

*Domino. Mihi.*

*Præter ingenium.* Nam  
ingenium pingue, hebetem  
& tardum significat.

*Arcem.* Rus meum in edi-  
to loco positum, ubi velut  
in arce ab urbanis curis tu-  
tus sum.

*Quid, &c.* Quid potius  
agere me par est, quam scri-  
bere satyras, & elaborare in  
his versibus illustrandis, id-  
est, poliendis, & accurata  
componendis, qui pedestri,  
& solutæ orationi similes  
sunt?

*Plumbeus.* Qui gravia cor-  
pora, tardos homines efficit:  
insalubris, gravis.

*Libitinæ, &c.* Quo tem-  
pore plurimum faciunt quæ-  
stus ii, qui curant funera,  
qui a Libitina Dea funerum  
libitinarii dicebantur; adde,  
quod in Libitinæ templo  
mortuorum nomina refere-  
bantur in librum, & pro sin-  
gulis nummus pendebatur.

*Matutine pater, &c.* O  
Janæ, seu Javis appellari  
Matutinus, seu Janus. Cum  
Deos invocabant id cavebant  
in primis, ut eos variis ap-

pellarent, ac pluribus, si quas  
haberent, nominibus, incer-  
ti quodnam ipsis esset gra-  
tius. Janus autem vocabatur  
matutinus a Matuta Dea,  
quæ Aurora est; vocabatur  
etiam Janus ab eundo, ut  
ait Tullius lib. 3. de nat.  
Deor. Janus enim nihil aliud  
erat quam sol, vel tempus,  
ac nihil est celerius, & mo-  
billius tempore, & pars præ-  
cipua temporis, seu diei est  
matutina. Eum utroque no-  
mine appellat Horatius. Hic  
autem eum invocat, quia vi-  
tæ civilis & urbanæ actio-  
nes omnes a prima luce ad  
vesperam describere incipit:  
Janus autem diei dominus,  
& quasi præses colebatur, a  
cujus invocatione diem suspi-  
cari solebant, imo & cæteras  
preces ordiri, quasi quæ ape-  
raret, clauderetque universa  
præterita, & præsentia mo-  
deraretur ac videret.

*Unde. A quo.*

*Carminis.* Descriptionis  
urbanarum occupationum, &  
molestiarum.

*Romæ, &c.* Cum Romæ  
sum, o Janæ, vocas me, &  
exire

Ne prior officio quisquam respondeat, urge:  
Sive Aquilo radit terras, seu bruma nivalem  
Interiore diem gyro trahit, ire necesse est.  
Postmodo, quod mi obstat, clare, certumque lo-  
cuto,

Luctandum in turba. Facienda injuria tardis.  
Quid vis insane, & quas res agis? Improbus  
urget

Iratis precibus. Tu pulses omne, quod obstat.  
Ad Mœcenatem memori si mente recurras.

exire domo cogis, ut pro aliquo cive sim sponsor, id est, prima diei actio, cui tu præsides, o Jane, hæc est, raptor ab aliquo, & evocor, ut pro ipso spondeam, & fide jubeam, id est, promittam me ejus nomine, & meo, si desit, periculo ac damno, solaturum certam pecuniæ, quam debet, summam. Fortasse etiam se a Jano rapi dicit, quia in foro, ubi erant sceneratores, & argentarii apud quos sponsores fidejubebant, visebatur statua Jani. Vide Sat. I.

*Eja, urge.* O Horati (Janus loqui fingitur) urge, & festina, ne quis te prior officio isto amicitia, & urbanitatis fungatur, cave ne quis te sit officiosior. Legunt aliqui, urges. Urges me, o Jane, & stimulas, ne, &c.

*Radit terras.* Verrit, spoliatur: est enim ventus frigidus, & noxius.

*Interiare gyro.* Circulo brevior. Dies enim in bruma sunt brevissimi, & sol, qui circa terram ut centrum, & metam volvitur, proptor est, ut apparet, utque astronomi quidam censent, tertia hyeme, quam æstate: circuli

vero quo sunt interiores, hoc est, quo magis ad centrum accedant, eo sunt breviores, & minores.

*Ire.* Ad spondendum pro amico.

*Postmodo, &c.* Postquam ante Prætozem sponendi pro amico, & clare, ac liquido sum locutus, nempe fidem meam interponendo, & promittendo me ejus loco, si desit, solaturum (quod mihi obstat,) id est, qua in re magnum est mihi periculum, ne revera pro illo solvam: ne ista mihi sponsio damnum afferat, redeo domum, at ægre: nam luctandum in turba, tardiores impellendi non sine convicio, & injuria: aliquis improbus, id est, importunus, moræ impatiens ac injuriæ, me urget, ac prosequitur iratis imprecationibus: quo tantum properas, o insane Horati, quid tibi vis? Tunc tam proterve pulses, atque impellas quidquid obstat, modo ad tuum illum Mœcenatem redeas protere, quem unum cogitas, unum memori mente versas? sane istæ preces jucundæ mihi sunt, ac merum mel. Ironia.

Hoc jurat, & melli est, non mentior. At simul atras

Ventum est Esquilias, aliena negotia centum  
Per caput, & circa saluat latus. Ante secundam  
Roscius orabat sibi adesses ad Puteal cras:

De re communi Scribæ magna, atque nova te  
Orabant hodie meminisses, Quincte, reverti.

Imprimat his, cura, Mœcenas signa tabellis.

Dixeris, experiar: si vis, potes, addit, & iussat.

Septimus octavo propior jam fugerit annus,

Ex quo Mœcenas me coepit habere suorum

In numero: dumtaxat ad hoc, quem tollere  
rheda

Vellet, iter faciens, & cui concedere iugas,

Hoc genus: hora quota est? Thrax est Gallina

Syro par?

*Atras.* Ob ignes bustorum, quæ ibi erant plurima: in Esquiliis Mœcenas habitabat.

*Atte, &c.* Ordo est. O Quincte Horati, inquit aliquis, meminervis te oratum a Roscio fuisse, ut sibi hodie adesses ad Puteal ante horam ab sole orto secundam. Scribæ, inquit alter aliquis, oraverunt te, ut redires ab Esquiliis acturus cum ipsis de re communi, hoc est, spectante ad Scribarum collegium, e quorum numero erat etiam Horatius: alius; da operam ut istas tabellas, & libellum supplicem obstringet Mœcenas: si dixeris, conabor, subjicit ille, potes si vis, & me arget.

*Adesses.* Advocatus ad litem ejus, & causam tuam presentiam cohonestandam, aut testimonio confirmandam.

*Puteal.* Ea vox significat putei operculum; erat locus sic dictus Romæ prope cæsiam, in quo desossa olim

fuerat Attii Nævii Auguris cos ac novacula, & impostum tegmen cum Arula coronata, quam quia Scribonius Libo vel ornaverit, vel instauraverat, Puteal Libonis appellatur alibi ab Horatio: prope eum locum erant argentariorum mensæ, nec non Prætoris tribunal, qui de causis ad eos spectantibus cognoscebat.

*Jam fugeris.* Pene est elapsus.

*Tollere rheda.* In Rhedam suam admittere, ad iter colloquio levandum.

*Hoc genus.* Ejusmodi: v. gr. ut peteret a me, quota est hora?

*Thrax, &c.* An gladiator ille, qui Gallina dicitur (nomen est proprium) quique Thracem, seu Retiarium agit, par est Syro, alteri gladiatori, qui est Mirmillo &c. Retierii appellabantur Thraces, quia permas, & recurvos gladios gestabant more Thracum: Mirmillones vero Gal-

Matutina parum cautos jam frigora mordent,  
Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.  
Per totum hoc tempus subjectior in diem, &  
horam

Invidiæ. Noster ludos spectaverat, una  
Luserat in campo, Fortunæ filius, omnes.  
Frigidus a rostris manat per compita rumor?  
Quicumque obvius est, me consulit. O bone  
(nam te  
Scire, Deos quoniam propius contingis, oportet)  
Numquid de Dacis audisti? Nil equidem: Ut tu  
Semper eris derisor? At omnes Dii exagitent me,  
Si quidquam. Quid? militibus promissa, Tri-  
quetra,

Galli, qui Gallicis armis erant induti. Vide Juvenal. Sat. 8

*Subjectior*. Magis in dies expositus fui invidiæ.

*Noster, &c* Sententia est, Omnes inter se de me immurmurant: noster iste Horatius, homo nostri loci, & ordinis, & nostri simillimus, nunc fortunæ filius, & beatus, olim nobiscum una spectabat ludos omnes, plebi permixtus, & omnes ludos ludebat in campo Martio: Subaudi, nunc nobilitum est amicus, & plebem suam nosque negligit. Vel, iste Horatius una cum Mæcenate ludos spectavit, una cum eo in campo lusit hoc, illo die: nunc beatus est, qui summis viris utatur adeo familiariter. Ita invidi omnes.

*Frigidus, &c* Si quis rumor frigidus; idest, parum auspiciatus a rostris, & curia primum ortus, in compita, & populum spargitur. Rostra erant exhedræ quædam, & suggestus, unde populum alloqui magistratus, & a illo so-

lebant; ejus aliqua pars lignea ad sex vel octo pedes extans, atque eminent, confecta erat rostris navium Antiatum. Vide Livium l. 6.

*O bone. O smice, o mi* Horati.

*Deos. Augustum, Mæcenatem.*

*Dacis*. Daci, iidem qui Getæ, populi Scythiæ; illi bellum meditari dicebantur eo tempore.

*Us tu*. Semper ne fingeas te nihil scire, nosque illudes?

*Si quidquam*. Subaudi, scio, audi.

*Quid, &c*. Ordo est, Quid? (alius interrogat) an Cæsar in Sicilia, an vero in Italia divisurus est prædia, idest, agros militibus promissos? Post Philippense bellum, victis Bruto & Cassio, dedit agros militibus emeritis Augustus: multis eodem quo prælium istud contigit, aut sequenti anno: nonnullis, qui nondum legitimam tempus stipendiorum confecerant, isto, quo hæc Satyra facta scripta, nempe U. C. 710.  
octo



Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus?  
 Jurantem me scire nihil, mirantur ut unum  
 Scilicet egregii mortalem, atque silenti.  
 Perditur hæc inter misero lux, non sine votis.  
 O rus, quando ego te aspiciam? quandoque li-  
 cebit

Nunc veterum libris, nunc somno, & inertibus  
 horis

Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ?

O quando faba Pythagoræ cognata, simulque  
 Unctæ satis pingui ponentur oluscula lardo?

O noctes, cœnæque Deum: quibus ipse, meique  
 Antè Larem proprium vescor, vernasque procaces  
 Pasco libatis, dapibus. Prout cuique libido est,  
 Siccat inæquales calices conviva, solutus

Legibus insanis: seu quis capit acris fortis  
 Pocula, seu modicis humescit lætius. Ergo  
 Sermo oritur, non de villis domibusve alienis,  
 Nec male, necne Lepos saltet: sed, quod magis  
 ad nos

Pertinet, & nescire malum est, agitur, U-  
 trumne

esto admodum annis post-  
 quam Horatius a Mœcenate  
 inter familiares adscriptus fuit.

*Triquetra*. Triquetrum  
 idem est ac triangulare: di-  
 cta est Sicilia Triquetra, si-  
 cut & Trinacria, ob tria  
 ejus promontoria, Pachy-  
 num, Pelorum, Lilybæum,  
 quæ sunt in tribus ejus an-  
 gulis.

*Hæc inter*. In his nugis,  
 & molestis occupationibus.

*Votis*. Rusticæ vitæ desi-  
 deriis.

*Ducere oblivia*. Oblivisci.

*Faba, &c.* Quis in fabis  
 putabat animas hominum suarum  
 similes, & cognatas reperiri,  
 & in eas transmigrare.

*Pythagoras*. Od. 23. lib. 1.

*Ponensur*. Apponentur in  
 mensa.

*Deum*. Id est, tranquillæ,  
 suaves, divinæ.

*Meique*. Servi.

*Larem*. Deos domesticos.

*Vernas*. Servos domi natos.

*Libatis*. A me degustatis:  
 meorum ciborum reliquiis,  
 vel quarum primitias Ditis  
 libavi, id est, consecravi, &  
 dedicavi, obruli.

*Siccæ*. Haurit.

*Inæquales*. Alius majores,  
 alius minores.

*Legibus, &c.* Erat in  
 convivio Rom. magister qui-  
 dam, rex convivii dictus, qui  
 quoties, & quantum quisquis  
 biberet, præcipiebat.

*Acris*. Magna.

*Humescit*. Irrigatur, ma-  
 descit.

*Lepos*. Saltator ea tempesta-  
 te celebris. *Ufus*.

Divitiis homines, an sint virtute beati:  
 Quidve ad amicitias, usus, rectumque trahat nos:  
 Et quæ sit natura boni, summumque quid ejus.  
 Cervius hæc inter vicinus garrit aniles  
 Ex re fabellas. Nam si quis laudat Arelli  
 Sollicitas ignarus opes, sic incipit: Olim  
 Rusticus urbanum murem mus paupere fertur  
 Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum:  
 Asper, & attentus quasitis, ut tamen arctum  
 Solveret hospitii animum. Quid multa? ne-  
 que illi

Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ:  
 Aridum & ore ferens acinum, semesaque lardi  
 Frustra dedit, cupiens varia fastidia coena  
 Vincere, tangentis male singula dente superbo:  
 Cum patet ipse domus, palea porrectus in horna  
 Effet ador loliumque, dapis meliora relinquens.  
 Tandem urbanus, ad hunc. Quid te juvat, in-  
 quit, amice,

Prærupti nemoris patientem vivere dorso?  
 Vis tu homines, urbemque feris præponere sylvis?  
 Carpe viam, mihi crede, comes, terrestria quando

*Usus. Utilitas.*

*Rectum. Virtus, officium.*

*Summumque, &c. Quæ sit boni summa: summum bonum.*

*Ex re. Pro re nata: in loco.*

*Arelli. Avari cujusdam.*

*Asper. Erat ille quidem mus rusticus minime delicatus, imo avarus, & attente custodiens quasitas res: ita se tamen gessit, ut animum parcum & avarum laxaret, ad hospitem benigne accipiendum.*

*Sepositi. Servati in aliquo reconditori cavo.*

*Ciceris. Græca locutio: pro, non illi cicer large & avenam invidit; illi hæc large ac liberaliter apposuit.*

*Acinum. Granum racemi.*

*Cupiens. Cupiens ferculorum varietate vincere nauseam muris urbani, qui ea leviter gustabat primoribus dentibus & contemptim. Cum ipse interim rusticus mus, herus, & pater familias, stratus in palea eodem anno collecta, & recenti, effet, id est, comederet, non laridum, non cicer, sed ador, id est, triticum, & lolium, id est, avenam deteriore, relinquens dapes meliores hospiti suo epulandas.*

*Effet ador. Comederet frumenti grana, &c.*

*Dorso. Clivo, cavo.*

*Feris. Agrestibus.*

*Quando, &c. Quandoquidem animalia terrestria mortui sunt*

Mortales animas vivunt fortita, neque ulla est,  
Aut magno, aut parvo lethi fuga. Quo, bone,  
circa,

Dum licet, in rebus jucundis vive beatus,  
Vive memor, quam sis ævi brevis. Hæc ubi  
dicta

Agrestem pepulere: domo levis exiit. Inde  
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes  
Mœnia nocturni subrepere: jamque tenebat  
Nox medium cœli spatium, cum ponit uterque  
In locuplete domo vestigia, rubro ubi cocco  
Tincta super lectos cauderet vestis eburnos,  
Multaque de magna superessent fercula cœna,  
Quæ procul extructis ierant besterna canistris.  
Ergo ubi purpurea porrectum in veste locavit  
Agrestem, veluti succinctus curstat hospes,  
Continuatque dapes, necnon vernaliter ipsis  
Jungitur officiis, prælambens omne, quod offert.  
Ille cubans gaudet mutata sorte, bonisque  
Renuis agit lætum convivam: cum subito ingens  
Valvarum strepitus lectis excussit utrumque.  
Currere per totum pavidi conclave, magisque  
Exanimes trepidare, simul domus altra Moloissis

et sunt obnoxia, nec eam  
summus insumsve potest effu-  
gere.

Quo, bone, circa. Quo  
circa, quare, o bone, o mi  
hospes.

Hæc ubi, &c. Postquam  
hæc oratio, hæc voces pepu-  
lare, idest, expugnare a-  
grestem murem.

Cocco. Purpura, ostro.

Cauderet. Niteret.

Vestis. Stragula, qua le-  
cti sternuntur.

Extructis. In altum con-  
gestis, ordine dispositis. Ca-  
nistris sunt corbes, in qui-  
bus panes, & fercula po-  
nuntur.

Porrectum. Stratum toto  
corpore.

Veluti succinctus. Instar  
servi ad ministrandum expe-  
ditus, & accinctus.

Hospes, Mus urbanus.  
Hospes dicitur tum de eo qui  
aliquem accipit, tum de eo  
qui accipitur.

Continuat. Facit ut alia  
aliis succedant.

Vernaliter. Ut vernæ so-  
lent.

Prælambens. Prægustans.  
Bonisque, &c. Et fortuna  
felici fruens, præbet se hi-  
larem.

Lectis. In quibus ad men-  
sam accumbant, coegit  
exilire.

Currere, trepidare. Sub-  
audi, coeperunt.

Simul. Statim atque.  
Moloissis.

Personuit canibus. Tum rusticus: Haud mihi vita  
Est opus hac, ait; & valeas: Me sylvæ, cavusque  
Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.

*Molossis*. Canibus natis in pudiantis aliquid, ea vox est.  
*Molossia*, Epiri parte. *Ervo*. Genus est leguminis.  
*Valeas*. Absentis, & re-

## SATYRA VII.

*Inducitur Horatii servus, ipsum post acceptam dicendi facultatem graphice, ac facete objurgans.*

**J**amdudum ausculto, & cupiens tibi dicere  
servus

Pauca, reformido. Davusne? Ita, Davus, amicum  
Mancipium domino, & frugi, quod sit satis,  
hoc est,

Ut vitale putes. Age, libertate Decembri  
(Quando ita majores voluerunt) utere, narra.  
Pars hominum vitiis gaudet constanter, & urges  
Propositum; pars multa natat, modo recta ca-  
pessens,

Interdum pravis obnoxia. Sæpe notatus

*Ausculto*. Jampridem te audio, o here (nempe Horatius fingitur servum vel castigare verbis, vel docere.)

*Reformido*. Impedior metu, & reverentia, ne te vicissim alloquar, ne malam in partem accipias quæ sum dicturus.

*Davusne*. Tu ne loqueris o Davus? Ego ipse tuus servus tibi amicus, & gratus, fidelis, & frugi, quod satis est ut me vitalem, idest, vita dignum, & servandum tibi putes. Vel qui tantum habeo prohibitæ, quantum est satis ad hoc, ut sim superstes diu, neque immatura morte tibi præripiar: viros

enim insigniter probos vitales esse, seu diu superstites, non credebant: itaque se non nimis probum esse significat, sed intra modum.

*Decembri*. Hoc mense agebantur Saturnalia: tunc servis licebat loqui, & vivere liberius, & quoddam quasi imperium in Dominos exercebant.

*Narra* - Loquere.

*Vitiis, &c.* Constans est in scelere.

*Natat*, Huc illuc fluctuat, nunc vitio, nunc virtute gaudens.

*Notatus*, Visus; deprehensus est.

Tri-

Cum tribus annellis, modo laxa Priscus inani  
 Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas;  
 Ædibus ex magnis subito se conderet, unde  
 Mundior exiret vix libertinus honeste;  
 Jam moechus Romæ, jam mallet doctus Athenis  
 Vivere; Vertumnis, quotquot sunt, natus ini-  
 quis.

Scurra Volanerius, postquam illi iusta chiragra  
 Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque  
 Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna  
 Conductum pavit. Quanto constantior idem  
 In vitiis, tanto levius miser, ac prior ille,  
 Qui jam contento, jam laxo fune laborat.  
 Non dices hodie quorsum hæc tam putida tendunt,  
 Furcifer? Ad te, inquam. Quo pacto, pessime  
 Laudas

Fortunam, & mores antiquæ plebis: & idem,

*Tribus.* Annulos plures gestasse luxui, & arrogantiam darum.

*Inani.* Sine annulis.

*Inæqualis.* Inconstans.

*Clavam.* Vestis erat Senatorum, & magistratum quorundam propria. Vide Sat. 6. lib. 2. Equester ordo a plebe per annulos distinguebatur: Senatorius ab Equestri per tunicam, seu clavum, quem Senatores latum, equites angustum gerebant. Mutabat autem clavum Priscus, ut alias subinde vestes indueret, v. g. lacernam, penulam, &c.

*Unde.* In exiguam casam, ex qua, &c.

*Mæchus.* Adulter.

*Vertumnis, &c.* Idem, homo inconstantissimus. Vertumnus Deus erat mutandis vertendisque rebus præpositus, & commercii præses; unus erat ille quidem, sed qui ob varias formas quibus pingebatur, multiplex dici

posset; iniquus autem dicitur fuisse Vertumnus Prisco, quia prava inconstantia laboraret.

*Iusta.* Quam ob flagitia promeruerat, qua iuste mulcebatur.

*Tolleres.* Ex alveo lesorio.

*Pyrgum.* Fritillum, turriculam. Legunt aliqui, *Phimus*, quæ vox idem sonat, ac pyrgus.

*Merceda, &c.* Certo pretio in dies persoluto conduxit aliquem, & nutrit.

*Tanto, &c.* Tanto minus miser quam ille prior, nempe Priscus, qui vitiis modo laxabat iugentes habenas, modo contrahabat.

*Non dices.* Verba Horatii: O Dave, quid tibi vis? quo pertinet ista insectatio? quem istis objurgas?

*Ad te.* Subaudi, tendunt, spectant.

*Antiquæ plebis.* Homines antiqui erant fere frugales, & parci. *Ad il-*

Si quis ad illa Deus subito te agat, usque re-  
cuses :

Aut quia non sentis, quod clamas, rectius esse,  
Aut quia non firmus rectum defendis, & hæres,  
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam:  
Romæ rus optas, absentem rusticus urbem  
Tollis ad astra levis. Si nusquam es forte vocatus  
Ad cœnam, laudas securum olus, ac, velut  
usquam

Vinctus eas, ita te felicem dicis, amasque,  
Quod nusquam tibi sit potandum: jusserit ad se  
Mœcenat serum sub lumina prima venire  
Convivam: Nemou<sup>o</sup> oleum feret ocyus? ecquis  
Audit? cum magno blateras clamore, fugisque?  
Milvius, & scurræ tibi non referenda præcati  
Discedunt. Etenim fateor me dixerit ille  
Duci ventre levem, nasum nidore supinor;  
Imbecillus, iners, si quid vis, adde popino;  
Tu, cum sis quod ego, & fortassis nequior, ultro  
Insectere, velut melior? verbisque decoris  
Obvolvas vitium? Quid, si me stultior ipso

*Ad illa.* Ad mores anti-  
quos, & victum parcio-  
rem te adigat.

*Non sentis.* Non habes  
persuasum penitus, & certum.

*Hæres.* Nempe in vicio-  
rum cœno, frustra cupiens  
emergere.

*Velut usquam.* Quasi eo  
quo vocaris, invitus, & li-  
gatus pergas: quasi foris cœ-  
nare non amares.

*Jusserit.* Si jusserit.

*Sub lumina prima.* Paulo  
ante vesperam, cum astra  
primum lucere occipiunt, &  
faces domi accenduntur.

*Oleum.* Unguentum ex  
oleo odorato confectum; eo  
dellibuti cœnabant.

*Ecquis.* Servorum.

*Blateras.* Clamitas.

*Fugis.* Domo te proripis.

*Milvius.* Allquis parasitas  
apud Horatium cum scurris  
cœnaturus.

*Discedunt.* Te domi non  
cœnante, tristes, & impre-  
cati multa mala, quæ tibi  
narrare dispudet, exeunt.

*Ille.* Unus aliquis, qui  
libet.

*Duci.* Me duci, & capi  
lautis ferculis.

*Supinor.* Attollo nasum,  
idest, nasum subrigo ad ni-  
dorem, seu fumum, & odo-  
rem obsoniorum.

*Si quid vis.* Si quid præ-  
terea velis in me dicere, si  
aliud aliquid vis obijcere.

*Popino.* Qui popinis gau-  
det, ganeo, helluo.

*Tu insectere.* Quorsum me  
insectaberis? quo jure?

*Drach-*

Quingentis empto drachmis deprehenderis? *Aufer*  
 Me vultu terrere: manum, stomachumque teneto,  
 Dum. quæ Crispini docuit me jånitor, edo.  
 Non sum mœchus, ais. Neque ego hærcule fur,  
 ubi vasa

Prætereo sapiens argentea. Tolle periculum,  
 Jam vaga profiliet frænis natura remotis.

Tunc mihi dominus, rerum imperiis, homi-  
 numque

Tot tantisque minor? quem ter vindicta, qua-  
 terque

Imposita haud unquam misera formidine privet?  
 Adde super dictis, quod non levius valeat. Nam  
 Sive vicarius est, qui servo paret, uti nios  
 Vester ait, seu contervus: tibi quid sum ego?  
 nempe

Tu mihi qui imperitas, aliis servis miser, atque  
 Duceris, ut nervis alienis mobile lignum.

Quisnam igitur liber? sapiens; sibi qui impe-  
 riosus,

Quem neque pauperies, neque mors, neque vin-  
 cula terrent.

*Drachmis.* Drachma, mo-  
 neta genus Græcis usitata,  
 respondet æstus paulo am-  
 plius septem, sive uni Julio  
 Romano.

*Aufer.* Parce, abstine.

*Prætereo.* Non surripior.

*Sapiens.* Cautus.

*Periculum.* Pænis pericu-  
 lum, metum supplicii.

*Vaga.* Fræni indocilis;  
 sarabor, indoli obsequar.

*Minor.* Me deterior & in-  
 ferior, quia tot res tibi, ho-  
 minesque imperant.

*Vindicta.* Qui nunquam  
 eria liber a metu, & pertur-  
 batione, quam tibi tum libi-  
 dines incutiunt, etsi ter,  
 quaterque tangaris vindicta.  
 Erat illa virgula, seu festu-  
 ca, qua licitor servi liberta-  
 tæ coram Prætere donandi,

caput feriebat. Vide Perium  
 nostrum.

*Quod non.* Unam nihilo  
 cæteris levius ad tuam servi-  
 tutem demonstrandam.

*Vicarius.* Est servi servus,  
 alteri servo obedire jussus.

*Uti, &c.* Ut loqui soletis,  
 sum, quia nobis contervus  
 appellatur, vicarium hone-  
 stiori vocabulo nuncupantes.

*Quid sum?* Nempe conter-  
 vus tuus sum, tu tantum  
 vicarius es, & paulo hone-  
 stior servus.

*Servis.* Obedis, pares.

*Ut nervis.* Ut statum qua-  
 dam, & opera lignea, quæ  
 nervis, idest, funiculis in-  
 tus latentibus ita moven-  
 tur, ut sua moveri sponte  
 videantur.

*Responsio*

Responsare cupidinibus, contemnere honores  
 Fortis, & in se ipso totus teres, atque rotundus;  
 Externi ne quid valeat per læve morari,  
 Ita quem manca ruit semper fortuna. Potesne  
 Ex his, ut proprium quid noscere? Quinque  
 talenta

Poscit te mulier, vexat, foribusque repulsum  
 Perfundit gelida. Rursus vocat. Eripe turpi  
 Colla iugo. Liber liber sum, dic, age. Non  
 quis;

Urget enim dominus mentem non lenis, & acres  
 Subiectat lasso stimulos, versatque negantem.  
 Vel cum Pausiaca torpes insane tabella,  
 Qui peccas minus, atque ego, cum Fulvi, Ru-  
 tubæque

Aut Placidejani contento poplite miror  
 Prælia rubrica picta, aut carbone, velut si  
 Revera pugnent, feriant, vitentque moventes  
 Arma viri. Nequam, & cessator Davus: at ipse  
 Subtilis veterum iudex, & callidus audis.  
 Nil ego, si ducor libo fumante. Tibi ingens

*Responsare.* Resistere.

*Fortis contemnere.* Qui satis habet fortitudinis ad contemnendos honores.

*Totus teres.* Instar globi, ex omni parte in sese collectus, & politus, nulla ex parte veluti prominens, quæ eum tenere, & morari vix externa fortuna possit, nihil ut sit in lævi superficie ac polita, ubi adhærescere illa, & unguis figere valeat, eumque currentem retardare.

*Manca.* Debilis, inermis.

*Quinque talenta.* Talentum Ægyptium libris Turonensibus 2688. respondet; Atticum, 2400. hoc sexcentis scutatis Romanis: illud, sexcentis septuaginta duobus.

*Non quis.* Non potes.

*Dominus.* Amor improbus.

*Negantem.* Nolentem ferre, & sequi.

*Pausiaca.* Pausias, pictor nobilis Græcus, Apellis æqualis.

*Torpes.* Stupes.

*Fulvi, Rotuba, Placidejani.* Trium gladiatorum.

*Contento poplite.* Extento. Gestus est gladiatorum, qui cum certant alterum pedem projiciunt extenduntque, alterum retrahunt, & inflectunt. Tunc audio, id est, dicor servus nequam, & cessator, id est, piger, qui tempus in iis spectandis teram: tu vocaris subtilis veterum operum, artificumque iudex.

*Nil ego.* Nihil sum, nullius pretii.

*Ducor.* Trahor, capior.

*Respon-*



Virtus, atque animus cœnis responsat optimis;  
 Obsequium ventris mihi perniciosius est. Cur?  
 Tergo plector enim, quæ tu impunitior, illa,  
 Quæ parvo sumi nequeunt, cum obsonia captas!  
 Nempe inamareſcunt epulæ sine fine petitzæ,  
 Illuſque pedes vitioſum ferre recuſant  
 Corpus. An hic peccat, ſub noctem qui puer uvam  
 Furtiva mutat ſtrigili? qui prædia vendit  
 Nil ſervile gulæ parens habet? Adde, quod idem  
 Non horam tecum eſſe potes, non otia recte  
 Ponere, teque ipſum vitas fugitivus & erro,  
 Jam vino quærens, jam ſomno fallere curam,  
 Fruſtra. Nam comes atra premit, ſequiturque  
 fugacem.  
 Unde mihi lapidem? Quorſum eſt opus? unde  
 ſagittas?  
 Aut inſanit homo, aut verſus facit. Ocyus hinc te

*Reſponſas.* Tu contemne-  
 re potes cœnas lautas atque  
 adeo es quantivis pretii.  
*Ironia;* nam ſignificat Ho-  
 ratium duci quoque opiparis  
 cœnis.

*Obſequium, &c.* Cum in-  
 dulgeo gulæ damnum ſero,  
 nam plector ſoris; at tu an  
 cares penſa magis quam ego,  
 cum lauta, & caſa captas  
 ſercula? nequaquam; ple-  
 ſteris enim nauſea, cum in  
 ſtomacho epulæ ſine modo  
 appetitæ ſunt acidæ, indi-  
 geſtæ, amaræ, & pedes il-  
 luſi, ideſt, dubii ac vacil-  
 lantes, ægrum corpus ac de-  
 bile ferre nequeunt.

*Sub noctem.* Ne furtum  
 agnoscatur.

*Puer.* Servus.

*Mutas.* Qui ſtrigilem fur-  
 to ablatam donat pro uva.  
 Eſt ſtrigilis inſtrumentum e

ferro, ebore, argento, quo  
 ſudorem e corpore deterge-  
 bant, cum balneis uteban-  
 tur; item quo diſtringantur  
 equi.

*Nil, &c.* Ordo eſt. Qui  
 vendit prædia parens, ideſt,  
 obſequens gulæ, ut pretium  
 ex prædiis redactum epulis  
 det, nihil habet ſervile, non-  
 ne facit ſervilliter?

*Tecum eſſe.* Tibi conſtare,  
 vel ſolus eſſe.

*Ponere recte.* Utilibus oc-  
 cupationibus, & honeſtis im-  
 pendere.

*Erro.* Errabundus.

*Fallere.* Lenire.

*Comes.* Illa ipſa cura,  
 quam fugis.

*Lapidem.* Subaudi, Su-  
 mam; Horatius loquitur,  
 ſervi libertatem non ferens.

*Quorſum.* Cur lapidem po-  
 ſcis? inquit ſervus.

Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

*Opera.* Accedes, mitteris nonus ad servos octo, qui faciunt opus in villa mea Sabina. Illi servi rustici erant deterioris, & durioris conditionis, quam urbani, & catenis constricti tenebantur in ergastulis, idest, locis, ubi arabant, egerebant humum, &c.

## SATYRA VIII.

*Nasidieni cœnam, cui Fundanius amicus suus interfuerat, lepido describit.*

**U**T Nasidieni juvit te cœna beati?  
Nam mihi querenti convivam, dictus heri illic

De medio potare die. Sic, ut mihi nunquam  
In vita fuerit melius. Da, si grave non est,  
Quæ prima iratum ventrem placaverit esca.  
In primus Lucanus aper leni fuit Austro  
Captus, ut ajebat cœnæ pater. Acris circum  
Rapula, lactucæ, radices; qualia lassum  
Pervellunt stomachum, sifer, alec, fœcula Coa.  
His ubi sublatis, puer alte cinctus, acernam  
Gausape purpureo mensam perterfit, & alter

*Juvit.* Delectavit. Quomodo apud eum, quam belle cœnavisti?

*Beati.* Divitis, laut.

*Querenti, &c.* Cum querentem hominem, qui mecum cœnaret, quem vocarem ad cœnam, dictus es heri illic, ait, in domo Nasidieni, &c.

*De medio die.* A meridie: vulgo sub vesperam cœnabant: convivio lautiora solito maturius inchoabant.

*Sic ut.* Respondet Fundanius. Sic mihi illa cœna bene fuit, ut, &c.

*Da.* Narra.

*Leni Austro.* Nam gravi, & vehementius flante carnes atrescunt.

*Cœnæ pater.* Magister, &

Rex convivii Nasidienus.

*Pervellunt.* Provocant ad edendum, & stimulant nova fame.

*Sifer.* Genus leguminis.

*Alec.* Vide Sat. 2. erat fœx muricæ cujusdam.

*Fœcula Coa,* Fœx delicatior vini Græci ex Insula Coa: seu condimentum ex ea factum.

*Sublatis.* E mensa, ut novis ferculis locus esset.

*Puer alte cinctus.* Servus vestem habens altius pro-cinctam, ut esset expeditior.

*Acernam.* Ex acere arbore factam. Acernis mensis uti primum, post citreis, gloriam fuisse testatur Plinius.

*Gausape.* Panno villosa.

S. J. J.

Sublegit quodcumque jaceret inutile, quodque  
 Posset cœnantibus offendere: ut Attica virgo  
 Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes,  
 Cœcuba vina ferens, Alcon Chium maris expertus.  
 Hic herus, Albanum, Mœceus, sive Falernum  
 Te magis appositis delectat, habemus utrumque.  
 Divitias miseras. Sed quis cœnantibus uua,  
 Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.  
 Summus ego, & prope me Viscus Turinus, &  
 infra,

Si memini, Varius; cum Servilio Balathrone  
 Vibidius, quos Mœcenas adduxerat umbras.  
 Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,  
 Ridiculus totas simul absorbere placentas.  
 Nomentanus ad hoc, qui, si quid forte lateret,  
 Indice monstraret digito. Nam cœtera turba,

*Sublegit.* Collegit, ab-  
 tulit.

*Attica virgo.* Solebant in  
 sacris Cereris virgines cani-  
 stra ferre vultu, & gressu ad  
 insignem modestiam com-  
 posito.

*Hydaspes.* Servus, item  
 Alcon.

*Chium, &c.* Id est, vinum  
 quod Nasidienus, ut Chium  
 apponebat, licet nunquam e  
 Græcia fuisset mari adve-  
 ctum, sed in Italia natum:  
 vel maris expertus, id est, a-  
 qua marina non conditum,  
 & temperatum: ait enim  
 Plinius vina Græca sine aqua  
 vix fuisse. Nasidienus ergo  
 Chium purum, ut rem ma-  
 gnam apponebat.

*Hic.* Tum ita loqui Na-  
 sidienus coepit.

*Appositis.* Quam Cœcu-  
 bum, & Chium, quæ tibi  
 modo iussi apponi.

*Divitias, &c.* Hoc dicit  
 Horatius: ac cur miseras?  
 quæ vina ista vulgaris erant,

neque magnum erat illi a-  
 bundare.

*Summus ego.* In primo  
 lecto ego eram in summa  
 parte: in media Viscus Tu-  
 rinus: in infima parte Va-  
 rius. In tertio lecto No-  
 mentanus, Nasidienus, &  
 Porcius, in secundo, qui me-  
 dius trium erat ac honora-  
 tior; in summa parte Bala-  
 thro, in ima Vibidius; in  
 media, quæ omnium hono-  
 ratissima Mœcenas.

*Umbras, Umbras* in con-  
 vivio vocabantur illi, qui  
 non suo nomine privatim  
 erant invitati, sed amicum,  
 aut virum nobilem comita-  
 bantur honoris causa, ut  
 umbra corpus affectatur.

*Ridiculus absorbere.* In eo  
 ridiculus, & facetus, quod  
 absorberet uno veluti haustu  
 integras placentas.

*Ad hoc.* Subauditur voca-  
 tus, appositus a Nasidieno.

*Si quid.* Si quod ferculum  
 exquisitius convivæ suleret.

*Nos.*

Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, pisces,  
 Longe dissimilem noto celantia succum,  
 Ut vel continuo patuit, cum passeris, atque  
 Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.  
 Poſt hoc me docuit melimela rubere, minorem  
 Ad Lunam delecta. Quid hoc interſit, ab ipſo  
 Audieris melius. Tum Vibidius Balathroni:  
 Nos, niſi damnoſe bibimus, moriemur inulti,  
 Et calices poſcunt majores. Vertere pallor  
 Tum parochi faciem, niſi sic metuentis, ut acres  
 Potores: vel quod maledicunt liberius, vel  
 Fervida quod ſubtile exſurdant vina palatum,  
 Invertunt Aliphaniſis vinaria tota  
 Vibidius Balathroque, ſecutiſ omnibus imis.

*Nos.* Minus periti ad iſtas ciborum delicias cognoſcendas, cœnabamus quod occurrebat, piſces, aves, &c. que tamen ſercula erant omnia ſaporis exquisiti, & longe a vulgari, & noto diſjuncti, ut affirmabat Nomentanus, & ego tum facile agnovi, cum idem ille mihi porrexit ilia paſſeris (eſt piſcis quidam,) & rhombi qualia nunquam ante guſtaveram: vel, que nemo noſtrum attigerat, quia iſtius ſerculi bonitatem ignorabamus.

*Melimela.* Poma quædam mellis ſaporis.

*Rubere.* Ruborem induere.

*Minorem.* Non plenam, decreſcentem.

*Hoc.* Nempe quod colligantur cum minor eſt luna. Quid hoc ad ruborem illi conciliandum conſerat, hoc tibi melius ille, quam ego, explicabit.

*Vibidius.* Subaudi, dixit.

*Damnoſe.* Cum damno Naſidieni; large.

*Morietur inulti.* Inultum mori, eſt uſitata locutio La-

tinis, ſignificans aliud niſiſ quam miſerrimum eſſe: quia putabant eos eſſe miſeros, qui inulti morentur. Peſſime nobiſcum hic agetur, niſiſ ſapimus, inquit Vibidius, niſi aſſatim bibimus.

*Parochi.* Naſidienus pallore cœpit. Proprie parochi dicebantur, qui hominibus aliquo publice miſſis, ſigna, ſalem, &c. præbebant. Vide Sat. 5. l. 1.

*Exſurdans.* Surdum faciunt, ideſt, habent, obtunduntque, ne ciborum ſaporem ſentiat: per translationem ab aurium ſenſu ad guſtum.

*Invertunt.* Exhaustiunt vinaria poculis Aliphaniſis, ſictilibus cythis, factis in oppido Samni Alipha, quod eſt inter Venafrum, & Beneventum. Vinarium eſt vas majus, œnophorum appellant. Porro Amphoræ cum erant vacuæ invertabantur, ideſt, ore in terram verſo ſtabantur.

*Imis.* Conviviſ in imo lecto accumbentibus, Nomentano, Porcio.

R. Lectiſ,

*Convivæ lecti nihilum nocuerè lægenis.*

*Afferitur squillas inter muræna natantes*

*In patina porrecta. Sub hoc herus, hæc gravi-  
da, inquit,*

*Capta est, deterior post partum carne futura.*

*His mixtum jus est oleo, quod prima Venafri*

*Pressit cella garo de succis piscis Iberi,*

*Vino quinquenni, verum citra mare nato,*

*Dum coquitur; cocto Chium sic convenit, ut  
non*

*Hoc magis ullum aliud, pipere albo, non sine  
aceto,*

*Quod Methymæam vitio mutaverat uvam.*

*Erucas virides, ioulas ego primus amaras*

*Monstravi incoquere: illutos Curtillus echinos,*

*Ut melius muria quam testa marina remittat.*

*Lecti.* Honoratiores, Mæ-  
cenas, Varius, Viscus.

*Natantes.* In jusculo.  
Squillæ sunt pisciculi e can-  
crorum genere.

*His, &c.* Jus illud, in  
quo videtis natantes squillas,  
his rebus mixtum, & confe-  
ctum est. Primo ex oleo  
quod cella, seu apotheca Ve-  
nafri optima pressum, seu  
expressum ab olivis condidit:  
deinde garo confecto ex in-  
testinis, & succo piscium  
Hispanicorum (nempe scom-  
brorum, qui frequentes ca-  
piuntur ad novam Carthagi-  
nem) tum vino nato citra  
mare, quod juri ieditum est,  
dum coqueretur; nam post-  
quam est remotum ab igne  
& coctum, illi affundendum  
est Chium, quo nullum tunc  
aliud est convenientius: Po-  
stremo pipere albo, & ace-  
to, quod ex vino Lesbio vi-  
tiato, & corrupto, seu acido,  
datum est. Methymæa  
est Urbs primaria Lesbi in-  
sulæ maris Ægæi.

*Garo.* Garum erat condi-  
menti, seu muris genus  
quoddam, confectum ex in-  
testinis pisciculorum, maxi-  
me Scombrorum Iberorum,  
sale maceratis, & putrefactis.

*Erucas, ioulas.* Herbarum  
sunt.

*Incoquere.* In jure illo  
coquere.

*Illutos, non lotos.* Cur-  
tillus (aliquis helluo) mon-  
stravit in eodem jure coque-  
re Echinos adhuc in sua mu-  
ria, & liquore quem testa  
marina que includuntur, re-  
mittit, quem continet, na-  
tantes, ut melius, idest,  
tanquam hoc sit melius, sa-  
pidiusque. Illutos, idest,  
non exemptos muria, non  
deterfa falsugine, non ablu-  
tos aqua fluviali.

*Echinos.* Pisces Echini  
terrestribus similes. Epedon  
Od. 3.

*Testa.* Vel ipsa pisciculo-  
rum concha, vel dolis, in  
quibus macerantur.

*Au-*

Interea suspensa graves aulæa ruinas  
 In patinam fecere, trahentia pulveris atris,  
 Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.  
 Non majus veriti, postquam nihil esse periculi  
 Sensimus, erigimur. Rufusposito capite, ut si  
 Filius immaturus obisset, flere: quis esset  
 Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum  
 Tolleret? Heu fortuna, quis est crudelior in nos  
 Te Deus, ut semper gaudes illudere rebus  
 Humanis! Varius mappa compescere risum  
 Vix poterat: Balathro suspendens omnia naso,  
 Hæc est conditio vivendi æbebat; eoque.  
 Responsura tuo nunquam est par fama labori.  
 Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni  
 Sollicitudine districtum? ne panis adustus,  
 Ne male conditum jus apponatur? ut omnes  
 Præcincti recte pueri, comptique ministrent?  
 Adde hos præterea casus: aulæa ruant si,  
 Ut modo: si patinam pede lapsus frangat agaso.  
 Sed convivoris, uti ducis, ingenium res  
 Adversæ nudare solent, celare secundæ.  
 Nasidienus ad hæc: tibi, Dii, quæcumque præ-  
 ceris.  
 Commoda dent: ita vir bonus es, convivaque  
 comis,

*Aulæa*. Vela, quæ supra mensam erant suspensa.

*Campanis*. Campania, Italiae pars, ubi Roma.

*Majus*. Ne lancunat ipsum rueret.

*Rufus*. Nasidienti est cognomen.

*Flere*. Subaudi, coepit.

*Quis esses finis?* An ille finem flendi fecisset? flere profecto pergeret, nisi, &c.

*Tolleret*. Erigeret, solatus esset.

*Suspendens, &c.* Omnia in risum vertens, risum ex omnibus captans. Lib. I.

Sat. 6.

*Hæc, &c.* Sic vivitur, ea lege, ut nimirum adversa multa incidant.

*Eoque*. Ideoque nunquam pro merito laudaberis, laudem tuo labore, ac merito semper minorem feres.

*Agaso*. Servus hebes, ac stupidus instar agasonis, mulionis.

*Convivoris*. Ejus, qui convivas accipit.

*Ingenium*. Industriam: ea nudatur, idest, promitur in adversis, latet in secundis rebus.

R 2 So.

Et soleas poscit Tum in lecto quoque videres  
 Stridere secreta divisos aure susurros.  
 Nullos his mallet ludos spectasse; sed illa  
 Redde age, quæ deinceps risisti. Vibidius dum  
 Quærit de pueris, num sit quoque fracta lagena,  
 Quod sibi poscenti non dentur pocula: dumque  
 Ridetur fictis rerum, Balathrone secundo:  
 Nasidiene redis mutatæ frontis, ut arte  
 Emendaturus fortunam. Deinde secuti  
 Mazonomo pueri magno discerpta ferentes  
 Membra gruis, sparsi sale multo, non sine farre,  
 Pinguibus & ficis pastum jecur anseris albi,  
 Et leporum avulsos, ut multo suavius, arnos,  
 Quam si cum lumbis quis edit. Tum pectoris  
 adusto  
 Vidimus & merulas poni, & sine clune pa-  
 lumbes;  
 Suaves res, si non causas narraret earum, &  
 Naturas Dominus: quem nos sic fugimus ulti,  
 Ut nihil omnino gustaremus: velur illis  
 Canidia afflasset, pejor serpentibus Afris.

*Soleas.* Crepidas ut e lecto  
 descenderet.

*Lectio quoque.* Singulis  
 lectis.

*Fictis rerum.* Rebus fi-  
 ctis, fabellis, & jocis.

*Secundo.* Urgente, adju-  
 vante, ut in tragædiis, acto-  
 ribus primarum partium sub-  
 serviunt actores, qui secun-  
 das ferunt.

*Mutatæ frontis.* Fronte

mutata, hilarior.

*Fortunam.* Fortunam au-  
 læi ruinam.

*Mazonomo.* Patina præ-  
 grandi, sic dicta.

*Pastum.* Saginatum.

*Velur, &c.* Quasi si Ca-  
 nidia venefica illis cibis af-  
 flasset, idest flatu suo, & ore  
 venenum præsentissimum ad-  
 didisset.

Q. HORATII FLACCI

## EPISTOLARUM

LIBER PRIMUS.

EPISTOLA I.

AD MÆCENATEM.

*Se, omiſſis verſibus lyricis, totum eſſe in Philoſophia perdiſcenda, quæ frænare cupiditates, & omnia virtuti poſthabere docet.*

**P**rima dicte mihi, ſumma dicende Camœna,  
ſpectatum ſatis, & donatum jam rude,  
quæris,

Mœcenas, iterum antiquo me includere ludo,  
Non eadem eſt ætas, non mens. Vejanus, armis  
Herculis ad poſſem fixis, latet abditus agro,

*Prima Camœna.* Primis meis verſibus, principio Lyricorum Carminum. Prima enim Ode libri primi Mœcenateſi inſcribitur, itemque aliæ nonnullæ.

*Summa Camœna.* In ultimis meis ſcriptis, in his epiſtolis.

*Spectatum Probatum,* & cognitum nota eruditionis & famæ.

*Donatum rude.* Emeritum. Rudis erat virga, ſeu bacillum ligneum impoliturum; iis gladiatoribus dabatur, qui vacationem & quaſi miſſionem obtinebant ab arte gladiatoria, poſt annos certos in ea conſumptos, ſic ut ad certandum in arena cogi non poſſent. Sæpe tamen in are-

nam revocabantur, populæ poſtulate.

*Quæris.* Contendis, cupis. *Anſiquo, &c.* Me ad priſtinam artem, ad ſcribendos verſus Lyricos revocare. Ludus (ut hic ſumitur) erat locus, in quo ſe gladiatores exercebant, & arma tractare docebantur; metaphoricè ſignificatur Poëſis lyrica, palæſtra Poëtica.

*Vejanus.* Gladiator celebris. Ejus exemplo probat ſibi jam a Poëſi abſtinendum eſſe. Ille, jam ſenior, & multis periculis perfunctus, recte artem depoſuit, & in otium villæ ruriſticæ ſe abdidit; cur mihi non idem concedatur?

*Herculis &c.* ad templi  
R 3 Hec.



Ne populum extrema toties exeret arena.  
 Est mihi purgatam crebro qui perfonet aurem :  
 Solve fenefcentem mature fanus equum , ne  
 Peccet ad extremum ridendus , & ilia ducat .  
 Nunc itaque & verſus , & cætera ludicra pono :  
 Quid verum , atque decens curo , & rogo , &  
 omnis in hoc ſum .

Condo , & compono , quæ mox depromere poſſim :  
 Ac ne forte roges , quo me duce , quo late  
 tuer ,

Herculei valvas . Qui depo-  
 nebant artem aliquam , ejus  
 inſtrumenta Diæ ſuspende-  
 bant ; iis maxime , qui ejus-  
 dem eſſent præſides . Cole-  
 bant autem Gladiatores Her-  
 culem , ſua olim fortitudine ,  
 & robore inclitum .

*Exores &c.* Ne ſi arma  
 jam ſenior , & eſtatis capiat ,  
 ſupplex a populo vitam de-  
 precetur in extrema parte  
 arena , in quam retrocedere  
 coactus ſit , ab amulo ſuo  
 victus , & jam enecandus .  
 Vel , ſi Horatium comparare  
 cum ignavo gladiatore pudet ,  
 ne victor ſapienter miſſionem a  
 populo petere cogatur : gla-  
 diatoribus enim in arenam  
 ſemel ingreſſis licet emeritis ,  
 non licebat niſi annuente  
 populo diſcedere .

*Extrema arena .* Arena  
 ſolum erat , in quo gladiato-  
 res dimicabant , ita dictum ,  
 quia conſtratum erat arena ,  
 ut ſarculis verſari , & reno-  
 vari facile poſſet imbutum  
 ſanguine gladiatorum : in ex-  
 tremam ejus partem ſecedebant  
 in miſſionem petaturi .

*Est mihi , &c.* Audire mi-  
 hi videor aliquem , qui me  
 non invitum ſic admoneat :  
 O Horati , equus ſenefcens  
 mature ſolvendus eſt a cur-  
 ru ; Sententia eſt , quemad-

modum equus vetulus cur-  
 rum in circæ non belle tra-  
 hit , ſic ego , jam ſenior ,  
 verſiculos minus commode ,  
 ac decenter facio .

*Purgatam .* Docilem , at-  
 tentam .

*Perfonet aurem .* Per au-  
 rem ſonet .

*Solve .* A curru ſejunge ,  
 remove .

*Sanus .* Si ſapis .

*Peccet .* Corruat , tardius  
 eſt .

*Ilia ducat .* Ægre anheli-  
 tum ducat , ut ſenes , & fa-  
 tigrati ſolent .

*Omnis , &c.* Id unum ſtu-  
 deo , & cogito .

*Condo , &c.* In animo re-  
 condo , & mecum meditor  
 ea , quibus utar in loco , ad  
 vitam recte inſtituendam ,  
 ad meos mores componen-  
 dos . Vox condendi proprie  
 ad fructus pertinet , qui ex-  
 tremo autumno colliguntur ,  
 & ſervantur .

*Quo me duce , &c.* Quem  
 philoſophiæ auctorem , quam  
 philoſophorum ſectam , &  
 quaſi familiam amplectar .  
 Lar autem eſt Deus domeſticus ,  
 quo nomine appellat  
 eum , quem in philoſophia  
 ducem ſequeretur , v. g. Epi-  
 curum , Ariſtippum , vel do-  
 mum , & familiam philoſo-  
 pho-

Nullius addictus jurare in verba magistri,  
 Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes:  
 Nunc agilis fio, & merfor civilibus undis,  
 Virtutis veræ custos, rigidusque fatelles.  
 Nunc in Arisippi furtim præcepta relabor,  
 Et mihi res, non me rebus, submittere conor:  
 Ut nox longa, quibus somnum aufert cura, diesque  
 Longa videtur opus debentibus, ut piger annus  
 Pupillis, quos dura premit custodia matrum:  
 Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora, quæ  
 spem,

Consiliumque morantur agendi naviter id, quod  
 Æque pauperibus prodest, locupletibus æque;  
 Æque neglectum pueris, senibusque nocebit.

phorum, in quam se adscribi vellet; Lar enim pro ipsa domo sæpe sumitur.

*Nullius &c.* Nulli certo philosopho, vel philosophis deditus, & obstrictus, deferor, ad eos accedo, non tanquam civis, aut domesticus, sed tanquam hospes & externus, ad quoscumque me aut ratio temporum, aut impetus animi, tanquam tempestas, rapit. Proprie milites in verba ducis, seu Imperatoris, jurare dicuntur, cum sacramento se obligant. Porro, *addictus jurare*, Græco more dicitur pro *addictus ad jurandum*. Addicti proprie dicebantur debitores, qui cum damnati judicatum solvere non possent, creditoribus in servitutum debebantur.

*Nunc agilis, &c.* Nunc, immisceo me rebus gerendis, & in civium negotia me interpono. Inter philosophos veteres nonnulli, ut Stoici, & Peripatetici, putabant sapientem posse Remp. administrare, & in *undis ci-*

*vilibus*, in hoc Reip. veluti mari navigare, ubi seditio- nes crebro, tanquam procellæ oriuntur. &c. Alii negabant, & otium, ac vitam tranquillitatem sectabantur, cætera, præter seipfos, negligentes, & ita sibi, ut agebant, res subicere, non se rebus tradere, & subjungere, ab iis non pendere, sed eas, infra se quasi positas habere consabantur, ut Aristippus, Epicurus, &c.

*Virtutis.* Stoici summum bonum in virtute, & honestate ponebant, voluptates repudiabant, &c. Unde satellites rigidi virtutis, ut reginæ cujusdam, hic vocantur.

*Arisippi.* De eo vide Satty. 3. lib. 2. Epist. 17. hujus libri. Sensim abripior mea sponte ad Arisippi efata, otium sector, negotiorum dominus esse conor, non servus.

*Opus debentibus.* Mercenariis, qui ad certum opus faciendum conducti sunt.

*Id quod, &c.* Studium sapientiæ intelligit.

*Restat, ut his ego me ipse regam, solerque  
elementis:*

*Non possis oculo quantum contendere Lynceus,  
Non tamen idcirco contempnas lippus iungi:  
Nec, quia desperes invicti membra Glyconis,  
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.*

*Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.  
Fervet avaritia, miseroque cupidine pectus?  
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire do-  
lorem*

*Possis, & magnam morbi deponere partem.  
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te  
Ter pure lecto poterunt recreare libello.  
Invidus, iracundus, iuers, vinosus, amator?*

*Restat, &c.* Confecto jam, ac decurso propemodum vite spatii, id unum facendum mihi restat, ut elementis philosophiam, & rudibus saltem, ac obviis præceptis regam vitam meam, mores componam. Etsi enim non possem attingere perfectam Philosophiam cognitionem, tamen non est inutile ejus præceptis animum imbueri, & excolere. Sic, etsi non possit aliquis tantum niti, & contendere oculorum acie, quantum Lynceus, tamen non idcirco contempnat, & nolit ungi aliquo collyrio, si lippus sit; nec nolit, id est, & libenter velit chiragram a manibus pellere, quamvis desperet se habiturum membra tam robusta, quam habuit Glyco, gladiator ille robustissimus.

*Est quodam &c.* Est, licet ad aliquam doctrinam, virtutisque perfectionem prodire, & provehi, si, id est etsi non liceat ulterius, nempe, ad summam ejus absolutionem, & quasi apicem per-

venire.

*Lynceus.* Unus Argonatarum, qui dicitur oculos habuisse perspicacissimos, ita ut etiam ea, quæ apud Inferos gereretur, conspiceret.

*Nodosa.* Quia in digitorum articulis intumescens humor, quosdam quasi nodos efficit, quibus eos confringit.

*Voces.* Intelligi recte possunt voces magicæ, & cantiones, quibus morbos putabant sanari. Illis philosophiam præcepta comparat.

*Piacula.* Erant apud Romanos ea omnia, quibus expiabant, id est, purgabant, & pium ex impio reddebant hominem, vel locum aliquem, ut preces, sacrificia, &c. Philosophia stultos, & impios vitiis, & erroribus liberat.

*Pure.* Quasi sacrum esset Philosophiæ studium, ac sacra omnia non nisi a puris, & integris, caste ac reverenter tractanda.

*Recreare.* Sanare.

*Ferus.*

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,  
 Si modo culturæ patientem commodet aurem:  
 Virtus est vitium fugere, & sapientia prima  
 Stultitia caruisse. Vides, quæ maxima credis  
 Esse mala, exiguum censum, turpemque re-  
 pulsam,

Quanto devites animi, capitisque labore?  
 Impiger extremos curris mercator ad Indos,  
 Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:  
 Ne cures ea, quæ stulte miraris, & optas,  
 Discere, & audire, & meliori credere non vis?  
 Quis circum pagos, & circum compita pugnat,  
 Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,  
 Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ?  
 Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

*Ferus.* Agrestis, ferox: sumitur ea vox & translatio a feris, & bellulis, quæ mitescunt, & circumantur disciplina quadam, & cultura.

*Virtus est, &c.* Prima pars virtutis & primus quasi ad eam gradus est, fugere vitia: initium sapientiæ est, stultitiam evnere.

*Stultitia.* In eo positam præcipue docet, si pluris inania bona faciamus, quam virtutem; si putemus ea mala esse, quæ non sunt.

*Censum.* Opes.

*Repulsam.* Cum is, qui honores petit, repellitur.

*Per ignes.* Æstuosas plagas, vel metaphorice, per media pericula.

*Ne cures ea, &c.* Ordo est, non vis discere, & audire præcepta philosophiæ, quibus docearis ea non curare, ea negligere, quæ optas: fugis, & arces omni conatu inopiam, & repulsam, &c. ignorantiam vero, stultitiam, &c. non fugis, non emendas studio philosophiæ?

*Quis, &c.* Quis est, qui cum sæpe pugnaverit in pagis, & in compitis, ibique coronatus fuerit, nolit coronari in ludis Olympicis, totius Græciæ celeberrimo conventu celebrari solitis, si sperat ea se conditione dimicaturum, ut dulcem palmam, victoriamque, sine pulvere, idest, sine labore consequatur? Hujus loci Sententia est: tu leve lucrum, opes, honores, ut vilem coronatum, magno periculo quæris; & virtutem, quæ illis omnibus potior est, & instar coronæ Olympicæ, non quæris, quamvis eam facile obtinere possis? Cur vitia, & cupiditates malas non fugis? quod sine pulvere, id est facile fieri potest excolendo mentem philosophiæ præceptis?

*Coronari Olympia.* Græca locutio: idest, per Olympia, inter Olympica certamina; quænam hæc essent, vide I. Oden lib. I. & alia passim.

R J O si.

O cives, cives, quaerenda pecunia primum est,  
 Virtus post nummos: hæc Janus summus ab iuno  
 Perdocet, hæc recinunt juvenes dictata, senesque,  
 Levo suspensū loculos, tabulamque lacerto.  
 Si quadringentis sex septem millia defunt,  
 Est animus sibi, sunt mores, & lingua, fi-  
 desque,

Plebs eris. At pueri ludentes, Rex eris, ajunt,  
 Si recte facias. Hic murus aheneus esto,  
 Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.  
 Roscia, dic, sodes, melior, lex, au puerorum

*O cives.* Vulgi vox: ita loquentem populum Horatius inducit.

*Virtus &c.* Subaudi, quaerenda est.

*Janus summus:* Qui sunt in Jani vico, Vide Sat. 3. lib. 2.

*Recinunt.* Saepè canunt.

*Dictata.* Præcepta, nœnias, effata.

*Levo, &c.* Habentes loculos, idest, sacculos, in quibus sunt calculi ad numerandum, & tabulam, seu alveum, plagulam ligneam, in qua numerent, vel in qua scripserint nomina debitorum, fœneratitiam, &c. suspensam brachio sinistro. Sat. 6. lib. 1.

*Si quadringentis, &c.* Si sex, aut septem millia sestertium defunt tibi, quominus habeas quadringenta millia sestertium, (qui census Equitum erat, seu pecunia proventus annui, illis necessaria, qui Romanos inter Equites numerari vellent, ab Othone quædam Roscio Tribuno plebis definita, quæ summa est librarum Gallicarum 40000. respondetque decem millibus scutorum Romanorum) etiam animo,

idest, fortitudine & morum probitate, eloquentia, fide non careas, tamen in plebe sæpè jacebis, & in ordine civium infimo. Quod quam sit inique comparatum vel ipsi pueri docent, qui, cum ludunt, ita suos socios alloquuntur; Rex eris, idest, omnium primus, si omnium optime luseris.

*Hic murus, &c.* Ommissa pecuniæ congerendæ cura, unam virtutem sectare: in hac una re totius vitæ tuæ præsidium pone, ut nullius flagitii tibi sis conscius: hæc tua sit arx, hoc propugnaculum contra omnes fortunæ impetus, ut nullam sceleris ultius conscientiam suscipias, nihil admittas, quo merito erubescas, & pallescas.

*Roscia, &c.* Amabo te: an lex Roscia, quæ aditum in Equestrem ordinem illi aperit, cui sint quadringenta, melior est, quam illa puerorum ludentium nœnia, id est, formula, & cantilena, quæ Reges eos fore clamitat, qui recte fecerint: olim a Curiiis illis, & Camillis, usurpata, qui dignitates, & imperia optimis deferebant?

Mari-

Nænia, quæ regnum recte facientibus offert,  
 Et maribus Curiis, & decantata Camillis?  
 Isne tibi melius suadet, qui ut rem facias, rem  
 Si possis recte: si non, quocumque modo rem  
 Ut propius spectes lacrymosa poemata Puppi:  
 An qui fortunæ te respondere superbæ  
 Liberum, & erectum præiens hortatur, & optat?  
 Quod si me populus Romanus forte rogat, cur  
 Non, ut porticibus, sic judiciis fruam iisdem,  
 Nec sequar, aut fugiam, quæ diligit ipse, vel  
 odit;

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni  
 Respondit referam: quia me vestigia terrent,  
 Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum;  
 Bellua multorum es capitum: nam quid sequar?  
 aut quem?  
 Pars hominum gestit conducere publica; sunt, qui

*Maribus. Generosis.*

*Curiis. Vide lib. I. Od. II.*

*Camillis. Vid. Od. II. l. I.*

*Rem facias. Opes colligas.*

*Recte. Honestis artibus.*

*Us propius, &c.* Ut, cum ditior factus fueris, in primis subselliis locum habeas. Senatores, & Equites, in primis Theatri ordinibus sedebant.

*Lacrymosa, &c.* Tragœdias, a Puppo compositas. Tragœdiæ ad ciendam fere commiserationem, & lacrymas comparata sunt.

*An qui, &c.* An ille tibi rectius suadet, qui te hortatur fortunæ casus erecto animo tolerare? &c.

*Respondere? Resistere.*

*Erectum. Fortem, generosum.*

*Præiens. Dexter, opportunus.*

*Non us, &c.* Cur non aliis in locis, quam illo, spatier,

& ambulem, at alio, quam ille, modo judicem de rebus; cur iisdem utar porticibus, non iisdem judiciis?

*Omnia, &c.* Ferarum, quæ ad tuam speluncam veniunt, video vestigia, & pedum notas, ita inaratas terræ, ut illas quidem ad te iisse, nullas rediisse appareat, quia sunt a te devoratae. Id innuit Horatius, nullum sibi fore a vitibus, quibus laborat populus, regressum, & reditum, si semel tritam illam, & spurpam vivendi cum populo, sentiendique viam ingressus fuerit: hanc esse causam, ait, cur a populo dissentiat.

*Bellua, &c.* Tu es instar belluæ multis capitibus prædita: tot sententiæ, opiniones, ac studia sunt, quot homines.

*Sequar, Probem, amplectar.*

*Conducere publica. Opes*

R 6      ra pu-

Crustis, & pomis viduas venentur avaras,  
 Excipiantque senes, quos in vivaria mittant.  
 Multis occulto crescit res scenore. Verum  
 Esto aliis aliis rebus studiisque teneri:  
 Idem eadem possunt horam durare probantes?  
 Nullus in orbe sinus Bais prælucet amoris,  
 Si dixit dives; lacus, & mare sentit amorem  
 Festinantis heri, cui si vitiosa libido  
 Fecerit auspiciam, cras ferramenta Theanum  
 Tolleat fabri. Lectus genialis in aula est?  
 Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita:  
 Si non est, jurat bene solis esse maritis.  
 Quo teneam, vultus mutantem Protea, nodo?

in publica, v. g. pontes faciendos, colligenda vectigalia, certo pretio constituto, in se recipere.

*Crustis*. Villibus mansuculis. Legitur etiam, *frustis*. Crustula porro sunt dulcissima quælibet, cupedia, &c.  
*Venentur*. Hæreditatem auferuntur.

*Excipiantque, &c.* Verbum est insidius accommodatum. Sententia est: qui senes orbos calide sic deliniant, ut eos compositis obsequiis capiant, ac eorum hæreditatem certis artibus consequantur, quemadmodum pisces hamo capiuntur, & in vivaria (loca servandis piscibus captis idonea) mittuntur, neant effugere nequeant.

*Res*. Pecunia.

*Verum, &c.* Sed esto sane, aliud aliis placeat: non id miror in tanta hominum multitudine, tanta varietate studiorum ac voluntatum: Sed quis credat eundem hominem in horas mutari, & modo hoc, modo illud probare?

*Bais prælucet*. Præferendus est: nempe ad ædifican-

dam domum. Bais, urbs est Campaniæ, ad sinum Puteolanum: prope hanc lacus Lucrinus.

*Sentit, &c.* Exilit, & gaudet spe magnificæ domus in littore extruendæ.

*Cui sis, &c.* At si herus ille vitiosam libidinem, & inconstantiam suam consulens, ex ea sumat auspiciam, ut ex avium cantu, & volatu duci solet, eaque illi suadeat alibi domum ædificare: cras, inquiet, o fabri, o architecti, &c. transportate Bais fabrilis instrumenta Theanum. Urbs est Campaniæ, a littore remotior. De auspiciis alias diximus.

*Lectus, &c.* Uxorem duxit? Lectus genialis lectus erat nuptialis, qui in aula, id est, domo, vel in ea domus parte, quæ atrium dicebatur, sterni, & poni Genio consueverat; quia Genius nativitati hominum præsedeat.

*Cælibe*, Sine uxore.

*Bene, &c.* Solos matrimonij junctos beatos esse.

*Protea*. Proteus Deus marinus fuit, & Neptuni Pater,

Quid pauper? ride: mutat cœnacula, lectos,  
 Balnea, tonsores; conducto navigio æque  
 Nauseat, ac locuples, quem ducit priva triremis:  
 Si curtatus inæquali tonsore capillos  
 Occurri; rides: si forte subucula pexæ  
 Trita subest tunicæ, vel si toga diffidet impar,  
 Rides. Quid, mea cum pugnat sententia secum?  
 Quod petiit, spernit: repetit, quod nuper  
 omisit;  
 Æstuat, & vitæ disconvenit ordine toto:  
 Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.  
 Insanire putas solemnia me, neque rides,  
 Nec medici credis, nec curatoris egere  
 A Prætoris dati; rerum tutela mearum  
 Cum sis, & prave sectum stomacheris ob unguentum  
 De te pendentis, te respicientis amici.  
 Ad summam, sapiens uno minor est Jove, dives,

stor, omnes formas induere,  
 & in ignem, aquam, rupem,  
 verti pro arbitrio solus.  
 Vide Virgil. 4. Georg.

*Quid, &c.* Quid agunt  
 pauperes? an sunt constan-  
 tiores divitibus?

*Ride.* Illorum levitatem.

*Cœnacula.* Cœnaculum Ro-  
 manis erat superior ædium  
 contignatio, quam fere pau-  
 peres incolebant, ita dicta,  
 quia in ea olim cœnabant  
 etiam ipsi divites, ad auram  
 feratimam, & frigidioris ca-  
 ptandam.

*Nauseat, &c.* Æque fasti-  
 dit, ac mutat navim condu-  
 ctam, &c.

*Priva, Propria, & sua.*

*Si curtatus, &c.* Si ego,  
 habens capillos tonsos brevius  
 a tonsore inæquali, idest,  
 qui eos inæqualiter, & per  
 falcos totonderit, occurram  
 tibi, risum movebo, &c.

*Subucula,* Vestis intima,  
 indusium.

*Pexæ.* Recenti, villosæ.

*Tunica.* Est vestis inte-  
 rior: toga vestis externa.

*Diffidet,* Non sedet æqua-  
 liter in humeris; plus hinc  
 pendet, quam illinc.

*Æstuat.* Fluctuat, jecta-  
 tar hac illuc, ut æstus maris.

*Disconvenit.* Non conve-  
 nit, non constat sibi in tota  
 vitæ ratione.

*Solemnia, &c.* Solemniter,  
 communi hominum more,  
 communi me laborare mor-  
 bo putas, ideoque non rides,  
 nec reprehendis. Solemne est,  
 quod certis anni temporibus  
 solet fieri; pro consueto acci-  
 pitur.

*Curatoris.* Dabatur ille  
 insanis a Prætoris, ut eorum  
 curaret bona, si propinquis  
 carerent.

*Ad summam.* Denique,  
 ad extremum. Hoc velut  
 axiome præcepta philoso-  
 phiæ, quæ tradidit hac E-  
 pistola, concludit.

*Præch-*



Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum,  
Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

*Præcipue*. Egregie, præ  
cæteris.

*Sanus*, Sanitate summa  
præditus, animi quidem sem-  
per, at non item corporis.

*Nisi cum, &c.* Stoici di-  
cebant, sapientem in gravis-  
simis morbis, & cruciatibus  
sanum ac valentem esse:  
negat hoc Horatius jocando,

conceditque animi bona re-  
ste tribui sapienti, non item  
corporis, quæ non sunt in  
nostra potestate. Pituita est  
humor frigidus.

*Pituita*. Ista vox est trium  
syllabarum, quasi, *pitusa*;  
stare aliter quippe non potest  
in versu, cum prima syllaba  
longa sit.

## EPISTOLA II.

*Homerum Philosophis anteposit. Hortatur ad sa-  
pientiæ studium; eique a teneris unguiculis  
operam dandam esse monet.*

**T**rojani belli scriptorem, maxime Lolli,  
Dum tu declamas Romæ, Præveste relegi:  
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid uti-  
le, quid non,  
Plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.  
Cur ita crediderim, nisi quid te deſinet, audi.  
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem

*Trojani, &c.* Homerum.

*Lolli*. Quis Lollius fuerit  
Vide lib. 4. Odar. Od. 8.  
Apparet scriptam esse hanc  
Epistolam ad aliquem ex ejus  
filiis, quem tanquam juve-  
nem Horatius hic alloquitur:  
siquidem Lollius pater,  
ad quem Ode scripta  
est, Consul fuit, cum Ho-  
ratus annum ætatis ageret  
41. ac proinde aut æqualis  
erat Horatii, aut etiam eo  
senior. Quod autem hic di-  
cat, *maxime Lolli*, aut ea  
vox *maxime* significat, am-  
plissimè, charissime, aut plu-  
res liberos habuit Lollius,  
quorum iste esset natu ma-

ximus.

*Declamas*. Versus, aut ora-  
tiones recitans, memoriæ, &  
eloquentiæ excolendæ causa.

*Præveste*. Urbs est in La-  
tio.

*Pulchrum*. Honestum.

*Chrysippo, & Crantore*. Il-  
le inter Stoicos celeberrimus,  
hic inter Academicos  
philosophus, de quibus sæpe  
dictum antea. Academicorum  
erat nulli rei assentiri. Ci-  
ceronem vide lib. de Finib.

*Nisi, &c.* Si vacat tibi  
audire, nisi te gravior alia  
moratur occupatio.

*Fabula, qua, &c.* Ilias  
Poe.

Græcia Barbaris lento collisa duello,  
 Stultorum Regum, & populorum continet ætus;  
 Antenor censet belli præcidere causam.  
 Quid Paris? ut salvus regnet, vivatque beatus,  
 Cogi posse negat. Nestor componere lites  
 Inter Pelidem festinat, & inter Attidem:  
 Hunc amor: ira quidem communiter urit u-  
 trumque;  
 Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi.  
 Seditio, dolis, scelere, atque libidine, & ira  
 Iliacos intra muros peccatur, & extra.  
 Rursus quid virtus, & quid sapientia possit,  
 Utile proposuit nobis exemplar Ulyssæm:

Poema compositum ab Homero de Ilii, seu Trojæ excidio. Porro Epopœjæ, Comœdiæ, & Tragediæ vocantur fabulæ, quod personæ fabulantes, idest, colloquentes in his inducantur, sive quod multa in illis fingere, & ad ornandum actionem primariam, quæ Pœmatis argumentum & caput est, addere de suo Poeta possit: estque fabula proprie compositio, & coagmentatio episodiorum, peripetiarum, &c.

*Barbaris.* Phrygiæ, Troædi. Græci cæteros populos, maxime Phrygios appellare Barbaros solebant.

*Collisa, &c.* Opposita, commisso cum ea bello. Contrita bello decennali, & confictata.

*Duello.* Bello. Dicebant olim veteres *Duis*, pro, *bis*; bellum autem, sive, duellum, duas inter oppositas partes peragitur.

*Æstus.* Iram, seditiones. Agamemnon præcipue cum Achille iurgavit ad librum I. Iliad.

*Antenor, &c.* Unus Priami filiorum; idemque pru-

dentissimus, censet præcidendam esse belli causam, reddendam Græcis Helenam.

*Quid Paris?* Subaudi, censet, respondet. Lege Oden. 13. l. 1.

*Regnet.* Idest, ut votorum sit compos.

*Cogi,* Subaudi, se.

*Nestor.* Græcus senex sapientissimus.

*Pelidem* Achillem, Peleum filium, & Thetidis.

*Attidem.* Agamemnonem, filium Atrei.

*Hunc.* Agamemnonem.

*Amor* Briseidis captivæ, quam quia eripuerat Achilli, magna est inter ambos orta dissensio; Achilles a bello abstinuit: multæ clades illatæ Græcis, &c.

*Communiter.* Ex æquo, pariter.

*Utrumque.* Achillem, & Agamemnonem.

*Delirant.* Peccant, agunt perperam.

*Iliacos.* Trojanos. Troja dicta est Ilium, ab Ilo; Rege Trojanorum, Trois filio.

*Ulyssæm.* Fuit Ithacæ insulæ Rex, sagacitate, ac prudentia

Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes,  
Et mores hominum inspexit, latumque per  
æquor,

Dum sibi, dum focis reditum parat, aspera  
multa

Pertulit, adversis rerum immerfabilis undis:

Sirenum voces, & Circes pocula nostri:

Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,

Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors;

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati,

Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique,

In cute currenda plus æquo operata juventus,

Gui pulchrum fuit in medios dormire dies, &

Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam,

dentia insignis; qui momentum  
ingens ad capiendam  
Trojam attulit.

*Reditum.* E Phrygia in  
Ithacam insulam suam. Vi-  
de Odiseam.

*Immerfabilis.* Inviectus; in-  
superabilis adversis rebus.

*Sirenum.* Sat. 3. l. 2. Vo-  
ce blanda, & insidioso can-  
tu prætereuntes deliniebant,  
& in scopulos pertrahabant.  
Id periculum, ut vitaret U-  
lysses, obstruxit aures suo-  
rum sociorum cera, ne Si-  
renum voces audirent, ipse  
vero se ad malum navis al-  
ligari iussit.

*Circes.* Erat Circe famosa  
venefica, quæ certis potioni-  
bus homines in belluas verte-  
re dicebatur. Ejus insidias,  
& pocula sapiens Ulysses re-  
spuit, cum ad ejus insulam,  
in ora maritima Italiæ si-  
tam delatus fuisset tempe-  
state; non item ejus focii,  
qui ab ea in porcos mutati  
fuere. Per Ciscen, & Sire-  
nes Homerus foestas volupta-  
tes adumbravit.

*Excors.* Amens, sine corde.

*Numerus.* Turba inutilis,  
solo numero, & nomine cen-  
sendi, non virtute, aut re  
aliqua bene gesta.

*Nati, &c.* Qui idcirco  
vivere videmur, tantum ut  
edamus, & bibamus.

*Sponsi, &c.* Proci. Erat  
Penelope uxor Ulyssis castis-  
sima: cum, bello Trojano  
confecto, domum Ulysses  
non rediret, non levis erat  
suspicio eum naufragio periis-  
se. Quare multi ex Ithacæ  
proceribus Penelopen sibi u-  
xorem expetebant, & Ulyssis  
bona hoc nomine turpiter  
dilapidabant.

*Alcinoique, &c.* Sumus  
juventus Alcinoi, idest, si-  
miles populo Alcinoi, quæ  
Rex erat Phæacum, in in-  
sula Corcyræ uni gulæ, &  
otio deditus, perinde ac cæ-  
teri Phæaces.

*Operata, Occupata,* dans  
operam.

*In medios, &c.* Ad me-  
ridiem usque.

*Cessatum, &c.* Dormitum.  
Cu-

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones;  
 Ut teipsum serves, non expergisceris? atqui  
 Si noles sanus, cures hydropicus, & ni  
 Posces ante diem librum cum lumine, si non  
 Intendes animum studiis, & rebus honestis;  
 Invidia, vel amore vigil torquere. Nam cur,  
 Quæ lædunt oculos, festinas demere? si quid  
 Est animum, differs curandi tempus in annum?  
 Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude:  
 Incipe. Vivendi qui recte prorogat horam,  
 Rusticus expectat dum-defluat amnis: at ille  
 Labitur, & labetur in omne volubilis ævum,  
 Quæritur argentum puerisque beata creandia  
 Uxor, & incultæ pacantur vomere sylvæ.  
 Quod satis est, cui contigit, hic nihil amplius  
 optet:

Non domus, & fundus, non æris acervus, &  
 auri

Ægroto domini deduxit corpore febres,  
 Non animo curas. Valeat possessor oportet,  
 Si comportatis rebus bene cogitat uti.  
 Qui cupit, aut metuit, juvat illum sic domus,  
 aut res,

Curas sopire, & velut in le-  
 stulo componere ad citha-  
 ram, ad cantum lyræ.

*Cures.* Ad medicum.

*Est animum.* Macerat,  
 exedit.

*Sapere aude.* Aude, ac-  
 cinge te ad capeffendam vitæ  
 sapientis viam.

*Prorogas.* Differt.

*Rusticus, &c.* Instar ru-  
 stici scit, qui cum ad flu-  
 minis ripam objectam euntis  
 constitisset, expectabat, dum  
 amnis totus effluxisset; ita  
 qui procrastinat in dies stu-  
 dium sapientiæ, novos quo-  
 tidie obices inveniet.

*Beata.* Fœcunda.

*Pacantur.* Excoluntur,  
 arantur, manuescunt; terra  
 enim sylvis consita, fera que-

dammodo est, & horrida.

*Quod satis, &c.* Qui ha-  
 bet, quod ad vitam sufficit.

*Deduxit.* Depulit. Morbi,  
 curæ, opibus non sanantur,  
 & arcentur.

*Valeat.* Sanus animo, &  
 corpore sit.

*Comportatis.* Congestis,  
 quæsitis.

*Qui cupit, &c.* Qui ali-  
 qua cupiditate prava, vel  
 metu vexatur, ille non ma-  
 gis juvatur, gaudet magnifi-  
 ca domo, vel pecunia, quam  
 pictæ tabulæ juvent eum,  
 qui lippus sit, & oculis labo-  
 ret, quam fomenta podagri-  
 cum, quam cithara illum,  
 cujus aures laborent ob col-  
 lectas in iis sordes.

Pe-

Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,  
Auriculas citharæ collecta forde dolentes.  
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis,  
acescit.

Sperte voluptates, nocet emptæ dolore voluptas.  
Semper avarus eget; certum voto pete finem.  
Invidus alterius inacrescit rebus opimis:

Invidia Siculi non invenerunt Tyranni  
Majus tormentum. Qui non moderabitur iræ,  
Insectum volet esse, dolor quod suaserit; &  
mens,

Dum pœnas odio per vim festinat inulto,  
Ira furor brevis est: animum rege, qui nisi  
paret,

Imperat: hunc frænis, hunc tu compesce catena.  
Fingit equum tenera docilem cervice magister

*Fomenta.* Remedia sunt, quibus podagram quidem dolor fovetur, & mitigatur, at morbi causa non tollitur.

*Sincerum, &c.* Nisi vas aliquod mundum est, accescet, fiet acidus liquor in illud fusus. Ita nisi mens vacet cupiditatibus, quæcumque usurpabit gaudia, ea corrumpet, ac vitiabit: sicut acida illi, & insuavia.

*Sperte, &c.* Enumerat vitia, & cupiditates, quibus est expurgandus animus, voluptatem nempe, avaritiam, invidiam, iram, &c.

*Certum voto, &c.* Certam tibi summam pecuniæ desint, & præscribe, quæ tua vota, & cupiditatem habendi finias, ultra quam nolis ditescere.

*Siculi Tyranni.* Phalaris, Dionysius nullum tormentum cruciandis hominibus invenerunt, quod comparari cum invidia possit. Notus Phalaridis taurus æneus, notus Dionysii ensis, Damoclis

cervicibus imminens. De Dionysio, & Damocle Vide Od. I. l. 3. Phalaris vero, cum exquisita hominibus cruciandis supplicia quæreret, Perillus quidam faber ferrarius excogitavit æneum taurum, in quo inclusi subjectis ignibus dire torquerentur: placuit inventum Phalaridi, at auctori nocuit: iussit enim tyrannus Perillum primum omnium in illum taurum conjici, & vivum exuri.

*Insectum.* Irritum, non factum. Volet non accidisse.

*Dolor, & Mens.* Mens dolore incensa.

*Dum, &c.* Dum odium suum inultum esse dolens, properat pœnas acceptæ injuriæ per vim, & nefas exigere. Dum injuriæ dolorem inultum properat ulcisci, & levare.

*Fingit, &c.* Ut equi, canes, &c. mature sunt formandi, & instituendi, sic homines, &c.

Ira

Ire viam, quam monstrat eques: venaticus, ex quo

Tempore cervinam pellem latravit in aula,  
 Militat in sylvis catulus: nunc adhibe puro  
 Pectore verba puer, nunc te melioribus offer:  
 Quo semel est imbuta recens, servabit odorem  
 Testa diu. Quod si cessas, aut strenuus anteis,  
 Nec tardum opperior, nec praeceidentibus insto.

*Ire viam.* Ut viam eat: ut iter ab equite imperatum facile carpat.

*Ex quo, &c.* Postquam catulus venaticus latravit in aula cervum aliquem fictum, seu pellem cervi tomento factam; discit veros cervos in sylvis agitare, & acriter cum illis pugnare.

*Adhibe.* Tanquam salutarem succum hauri animo, & imbibe.

*Puro.* Nondum vitlis inquinato.

*Puer.* Juvenem Lollium

alloquitur. Terentius censet orationem hic ad juventutem converti.

*Melioribus.* Sapientioribus te offer docendum.

*Cessas.* Ignavior es, ac tardior.

*Opperior.* Expecto.

*Insto.* Non urgeo celeriores, non conor eos antevertere. Ego philosophiae studere pergam sine invidia, & segnitie, sive tu in eo studio diligentior me, seu tardior, & remissior sis.

### EPISTOLA III.

*Julium Florum de Claudio Nerone, & quibusdam suis amicis interrogat. Eundem ad sapientiae studium, & ad redeundum cum fratre in gratiam hortatur.*

**J**ULI Flore, quibus terrarum militet oris  
 Claudius Augusti privignus, scire laboro.  
 Thracane vos, Hebrusque nivali compede victus,

*Juli Flore,* Amicus erat Horatii, Claudii comes.

*Claudius.* Cl. Tiberius Nero, natus ex Livia, quae postea Augusto nupsit; is profectus est in Armeniam, ut regnum Tigrani restitueret, quo in itinere secutus est eum Florus iste.

*Privignus.* Est filius mariti ex alia conjugē, vel conjugē ex alio marito.

*Thracane, &c.* An vos tenet Thracia?

*Hebrus.* Thraciae fluvius, saepe glacie constrictus, ac nivibus obsitus.

*An fra-*

An freta vicinas inter currentia turres,  
 An pingues Aëne campi, collesque morantur?  
 Quid studiosa cohors operum struit? Hæc quoque  
 curo

Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?  
 Bella quis, & paces longum diffundit in ævum?  
 Quid Titius, Romana brevi venturus in ora?  
 Pindarici fontis qui non expalluit haustus,  
 Fastidire lacus, & rivos ausus apertos,  
 Ut valet? ut meminit nostri? fidibusæ Latinis  
 Thebanos aptare modos studet, auspice Musa,  
 An tragica desævit, & ampullatur in arte?  
 Quid mihi Cælius agit? monitus, multumque  
 monendus,  
 Privatas ut quærat opes, & tangere vitet

*An freta, &c.* An mare angustum interiacens inter vicinas turres; Hellepontus nempe inter duas urbes, sive arces, Sestum, & Abydum fluens, exiguo illo mari divisus, & Europam ab Asia separans.

*Morantur. Tenent.*

*Studiosa. Erudita.* Sub Augusto litteræ, & litterati florebant, itaque in comitatu Neronis multi viri docti numerabantur. Illi quid rerum agant, Horatius rogat.

*Hæc quoque, &c.* Id quoque laboro scire, quis verarum sumat sibi provinciam, & munus scribendarum rerum ab Augusto gestarum.

*Longum, &c.* Scriptis mandat, & in consequentes ætates propagat.

*Quid Titius, &c.* Poeta lyricus, brevi ob sua scripta, inquit, celebrandus apud Romanos: qui non dubitavit, non timuit haurire aquam ex illo fonte recondito, ex quo Pindarus hauserat: id est, qui Pindarum ausus est imitari contempto

vulgari Poeseos genere, quæ omnibus patens & obvia est, instar fontis publici.

*Thebanos, &c.* Versus Græcos Pindar. (qui oriundus Thebis) accommodare ad lyram Latinam, id est, Latinis versibus Pindarum imitari. De Pindaro vide Oden I. l. 4.

*Auspice Musa. Musarum ope. & suspicio.*

*Desævit. Acri, & vehementi stylo utitur.* Tragici Poetæ furentes, & crudeles interdum personas exhibent, iisque solent stylum accommodare, adeoque ipsi ferere, ac bacchari quodammodo debent.

*Ampullatur.* Utitur verbis sonantioribus, grandioribus, & quasi inflatis, instar ampullarum, quæ sunt vasa turgido ventre, aut bullis vento tumentes, & in aqua summa extantes.

*Cælius.* Nomen Poetæ, ad quem scribit in hoc eodem libro Epist. 8.

*Opes. Ut versus edat max;*  
 te

Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo;  
 Ne, si forte suas repetitum venerit olim  
 Grex avium plumas, moveat cornicula risum  
 Furtivis nudata colotibus. Ipse quid audes?  
 Quæ circum volitas agilis thyma? Non tibi  
 parvum

Ingenium, non incultum est, nec turpiter hirsutum.

Seu linguam cauus acuis, seu civica jura  
 Respondere paras, seu condis amabile carmen;  
 Prima ferēs hederæ victricis præmia: quod si  
 Frigida curarum fomenta relinquere posses,  
 Quo te cœlestis sapientia duceret, ires.  
 Hoc opus, hoc studium parvi properemus, &  
 ampli,

Si patriæ volumus, si nobis vivere chari.  
 Debes hoc etiam rescribere, si tibi curæ,  
 Quantæ conveniat, Munatius: an male facta  
 Gratia nequicquam coit, & rescinditur? At vos  
 Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat

te suo, neque aliorum scripta suffuretur, ac sublegat, quæ recipit bibliotheca prope templum Apollinis Palatini ab Augusto. extracta, idest, quæ in ea servantur. Ibi enim præstantissimorum Poetarum scripta cum eorum imagine, honoris ergo, publice reponebantur.

*Ne si, &c.* Pro cornicula graculum vulgo habent fabulæ, qui cum collectis avium aliarum versicoloribus pennis superbus ambularet, iis detractis agnitus, & irrisus est. Caveat igitur Celsus, ne simile quidpiam ipsi contingat.

*Quid audes? Quid scribis, moliris?*

*Thyma.* Poetæ apibus comparantur: quos circum flores volas, ut ex iis succum legas melli conficiendo?

idest, quæ condis carmina?

*Hirsutum.* Hirsutum, hirsutum.

*Causis.* Forensibus.

*Seu civica, &c.* Sive respondes civibus te consulentibus de jure civili.

*Hedera.* Qua poetæ coronabantur; hedera quippe semper viret, versus autem æternitatem merentur, & donant.

*Fomenta.* Nutrimenta; sic divitias & ambitionem vocat.

*Ampli.* Locupletes, nobiles.

*Curæ.* An tantæ tibi curæ est frater tuus Munatius, quantæ esse tibi convenit?

*Male facta gratia.* Amicitia non sincere instaurata.

*Coit.* Coalescit, conjungitur.

*Calidus sanguis.* Juventulis ardor, & impotentia.

*Indi-*



Indomita cervice feros, ubicumque locorum  
 Vivitis, indigni fraternum rumpere foedus.  
 Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca,

*Indigni.* Digni, qui inter  
 vos numquam diffideatis; me-  
 liores & honestiores, quam  
 quos dissociari, & a se invi-

cem divelli deceat.

*Votiva.* Ex voto a me  
 immolanda, cum redieritis,  
 incolumes.

## EPISTOLA IV.

*Laudat Albiū Tibullum, & ut vivat, quasi  
 quotidie moriturus, admonet.*

**A**lbi, nostrorum Sermonum candide iudex,  
 Quid nunc te dicam facere in regione  
 Pedana?

Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat?  
 An tacitum silvas inter reptare salubres  
 Curantem, quidquid dignum sapiente, bono-  
 que est?

Non tu corpus eras sine pectore. Dii tibi formam,  
 Dii tibi divitias dederunt, artemque fruendi.

*Albi.* Albius Tibullus Poe-  
 ta in primis tersus, & lati-  
 nus, cujus extant carmina  
 cum Catulli, & Propertii  
 versibus vulgo excusa.

*Sermonum.* Satyrarum, &  
 Epistolarum, in quibus car-  
 mina proxime accedunt ad  
 sermonem quotidianum, &  
 colloquia familiaria: multi  
 autem hoc scribendi genus  
 non probabant, sive ob hu-  
 militatem quendam orationis,  
 quod etiam nunc im-  
 periti faciunt, sive ob male  
 dicendi licentiam, quæ in  
 ejusmodi Satyris extat.

*Candide.* Sincere, æque.

*Pedana.* Prope Pedum  
 Italiæ oppidum in Latio, ubi  
 villam habebat Tibullus,

quem ibi versantem, & cer-  
 tis de causis, quæ Horatius  
 non explicat, mæstum con-  
 solatur.

*Scribere, &c.* An dicam,  
 an putem te scribere aliquod  
 carmen, quod superet opera  
 Cassi Parmensis, Poetæ no-  
 bilis, a Parma civitate Ita-  
 liæ, in Longobardia, ejus  
 patriæ, ita dicti? Supplicio  
 est affectus Augusti jussu,  
 quod unus fuisset e Cæsaris  
 percussoribus.

*Reptare.* Deambulare le-  
 niter.

*Eras.* Pro es, vel, nun-  
 quam fuisti.

*Dederunt.* Ita multi le-  
 gunt, penultimamque, ut  
 in ejusmodi præteritis sæpe  
 fit,

Quid voveat dulci nutricula majus alumno,  
 Quam sapere, & fari ut possit quæ sentiat, utque  
 Gratia, fama, valetudo contingat abunde,  
 Et mundus victus, non deficiente crumena?  
 Inter spem, curamque, timores inter & iras,  
 Omnem crede diem tibi diluxisse supremum:  
 Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.  
 Me pinguem, & nitidum bene curatæ cute vives,  
 Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum.

fit, corripunt.

*Artem fruendi.* Sapientiam, sine qua inutiles divitiæ sunt, imo noxiæ.

*Voveas.* Precetur, & votis optet: in te sunt omnia, quæ optare alumno charissimo nutrix potest.

*Quam sapere, &c.* Quam Sapientiam, & Eloquentiam: illa facit, ut recte sentiamus, hæc ut bene dicamus.

*Contingat.* Affluat, superpetat.

*Mundus victus.* Ratio vi-

vendi, & vescendi frugalis, nec tamen sordida.

*Ridere.* Commessari, genio indulgere.

*Epicuri.* Summum bonum Epicurus in voluptate posuisse dicitur, sive ille corporis voluptatem diceret, sive animi, quæ in vacatione a dolore, & cura consistit, ut multi sentiunt, sive utrumque, quod est probabilius. Homines voluptuosi porci Epicuri appellantur.

## EPISTOLA V.

*Torquatum ad cœnam invitat, quam frugalem fore dicit; utendum opibus, genio tantisper indulgendum esse inonet.*

**S**I potes Archaicis conviva recumbere lectis;  
 Nec modica cœnare times olus omne patella,  
 Supremo te sole domi, Torquate, manebo.  
 Vina bibes iterum Tauro diffusa, palustres

*Archaicis,* Parum elegantibus; vetusto more, & artificio factis. Est Græca vox significans, antiquis, & rudibus.

*Recumbere.* Ad mensam accumbere.

*Cœnare olus.* Vesci legu-

minibus.

*Supremo.* In occasum vergente.

*Manebo.* Expectabo.

*Tauro iterum.* Subaudi consule. Fusa in amphoras secundo consulatu Tauri. anno U. C. 728. T. Statilius Tau-

*Inter Minturnas, Sinuffanumque Petrinum:*  
 Sine melius quid habes, arcesse, vel impe-  
 rium fer.

Jamdudum splendet focus, & tibi munda supellex.  
 Mitte leves spes, & certamina divitiarum,  
 Et Moschi causam. Cras nato Cesare festus  
 Dat veniam, somnumque dies; impune licebit  
 Æstivam sermone benigno tendere noctem.  
 Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?  
 Parcus ob hæredis curam, nimiumque severus  
 Affidet insano; potare, & spargere flores  
 Incipiam, patiarque vel inconsultus haberi.  
 Quid non ebrietas designat? operata recludit,  
 Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inertem:

*Taurus Augusto chartus fuit,*  
 & ob res in Africa bene ge-  
 stas triumphavit.

*Inter, &c.* Non optimæ  
 notæ vinum suum esse osten-  
 dit, quia natum erat in agro  
 Minturnensi, aut Petrino,  
 prope Sinuessam antiqui La-  
 til oppidum, ubi erant vina  
 deteriora.

*Arcesse.* Jube illud afferri  
 tecum, vel meo arbitrio, &  
 legibus vescere, & morem  
 mihi gere; utere meo vino,  
 vel tuum melius asser.

*Imperium.* Proprie; nam  
 cæcæ Rex, dominus; pater  
 appellabatur is, qui alios ac-  
 cepit.

*Mitte.* Omittite spes, quas  
 concipis, lites quas suscipis,  
 & contentiones ad divitias  
 comparandas.

*Moschi.* Ajant illum fuisse  
 Rhetorem, Patria Perga-  
 menum beneficii accusatum,  
 defensum a Torquato.

*Cras.* Nono Kal. Octo-  
 bris, qui est dies 23. Sep-  
 tembris.

*Nato Cesare.* Natalis dies  
 Cesaris, qui cras recurret,

dat nobis facultatem somni  
 longioris, itaque noctem post  
 epulas tendere, idest, pro-  
 trahere, licebit suavibus col-  
 loquiis usque in lucem, &  
 matutinis horis indulgere so-  
 mno.

*Veniam.* Copiam, potesta-  
 tem. Veniam, & somnum  
 posuit pro venia somni.

*Æstivam.* Calidiorē; ut  
 interdum fit Septembri men-  
 se. Nonnulli ob eam vocem  
 putant Horatium loqui de  
 natali die Cæsaris, ne-  
 potis Augusti ex ejus filia  
 Julia, Agrippæ uxore, qui  
 natus est anno 731. sub si-  
 nem ætatis, ut ex Dione  
 colligunt.

*Quo mihi, &c.* Quorsum  
 mihi expetam fortunas, idest  
 opes, & alia fortunæ bona?

*Parcus, &c.* Qui parce  
 vivit, ac duriter, ut hæredi  
 suo magnas opes relinquat,  
 ille affidet, idest, similis est,  
 non longe abest ab insano.

*Designat.* Audet, suscipit,  
 destinat, & designat a-  
 nimò.

*Spes, &c.* Facit, ut o-  
 mning.

Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.  
 Fœcundi calices quem non fecere disertum?  
 Contracta queræ non in paupertate solum?  
 Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non  
 Invitus, ne turpe toral, ne fordida mappa  
 Corruget nares, ne non & cantharus, & lanæ  
 Offendat tibi te, ne fidos inter amicos  
 Sit, qui dicta foras eliminat; ut coeat par,  
 Jungaturque pari, Brutum tibi, Septimiumque,  
 Et nisi cœna prior, potior conviva Sabinum  
 Detinet, assumam: locus est & pluribus umbris;  
 Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ.  
 Tu quotus esse velis, rescribe, & rebus omiſſis

minino speres eventura, quam cupis.

*Onus. Curas.*

*Fœcundi.* Eloquentes, verborum copiam, & ubertatem afferentes.

*Contracta.* Tristi.

*Solum.* Hilarem, ac remissum.

*Hæc ego, &c.* Idoneus sum ad ea, quæ dicturus sum, procuranda: hæc mihi provincia, hæc vulgo cura imponitur: quam libenter in me recipio, nempe ut toralia, idest vestes, quibus tori, seu lecti teguntur, sint munda; ut mappa fordida non sit, quod nauseam convivis effert, facitque, ut præ fastidio nares corrugent: ut cyathi, ut patinæ nitidæ sint, adeo ut in eis tanquam in speculo te contemplari possis. ut pares convivæ cum paribus accumbant.

*Dicta.* In convivio, quæ ferè sunt liberiora.

*Eliminet.* Effert extra limen, aliis renuntiet.

*Ut coeat.* Ut autem convivæ pares cum paribus judgamur, vocabo Brutum &c.

*Et nisi, &c.* Invitabo etiam Sabinum, nisi prius invitatus ad cœnam ab aliquo fuerit, aut potiosem, ac potentiosem nobis convivam domi suæ accipiat.

*Umbris.* Convivis non invitatis, sed invitatos sequentibus honoris, amicitia, dapts causa, ut umbra corpus sequitur; de illis vide lib. 2. Satyr. ultima.

*Sed nimis, &c.* Noli plures tecum adducere, quæ olidæ capræ, idest odor gravis axillarum, qui ex calore nascitur, cum plures in eodem loco sunt stipati, præmit convivia, idest, sentitur maxime in convivis, in quibus arctius accumbitur. Odor teter sub axillis, hircus, seu caper appellatur, quia hircus est animal in primis foetidum.

*Rebus: Negotiis.*

*Avia.* Domini vestibulum, aulam in limine.

*Servantem.* Qui te ibi expectat, tecum acturus de sua lite.

*Postico.* Per cœcas, & remotas in extrema domo foras

non egredere, & illi effuge. vel alium quemlibet, cujus  
Clientem. Vel Moschum, causam patronus defendis.

EPISTOLA VI.

*Eam esse beatum dicit, qui nihil optet, nihil  
instuat. Felicitatem in sola virtute  
collocatam esse.*

**N**IL admirari prope res est una, Numici,  
Solaque quæ possit facere, & servare beatum.  
Hunc solem, & stellas, & decedentia certis  
Tempora momentis, sunt qui formidine nulla  
Imbuti spectent: quid censes munera terræ?  
Quid maris extremos Arabas ditantis, & Indos?  
Ludicra quid, & plausus, & amici dona Quiritis,  
Quo spectanda modo, quo sensu credis, & ore?  
Qui timet his adversa, fere miratur eodem

*Nil admirari.* Nullius rei  
prava cupiditate percelli; ex  
eo quod enim aliquid ut ma-  
gnum, utile, aut necessarium  
admiramur, sit ut illud cu-  
piamus, ac prosequamur.

*Numici.* Amicus erat Ho-  
ratii. Numicia gens Romæ  
nobilis, & patricia fuit, a  
Numico, seu Numicio Latii  
fluvio, dicta.

*Hunc solem, &c.* Senten-  
tia est: Si reperiuntur, qui  
res cœlestes, solem, stellas,  
& tempora, idest, quatuor  
anni tempestates, deceden-  
tes, idest, finem accipientes,  
aliis succedentibus, & quasi  
abeuntes certis mensibus,  
ac momentis, qui hæc, in-  
quam spectent imbuti, idest,  
perculsi, affecti nulla formi-  
dine, idest, admiratione,  
perturbatione, & religioso

metu (sidera enim quasi quæ-  
dam numina habebantur)  
quid censes? quomodo spe-  
ctandas credis, quo vultu,  
& animo despiciendas res  
multo illis cœlestibus inferio-  
res, verbi gratia, terræ mu-  
nera, & maris, ex quo gem-  
mas, & purpuram colligunt  
Arabes, & Indi (Asiæ po-  
puli) ludos in circo, & the-  
atro edi solitos, plausus, &  
honores populi Romani fa-  
fragiis, & favore partos.

*His adversa.* Contraria  
his, quæ dixi, nempe hono-  
ribus, plausibus. Qui deo-  
cus, repulsam timet.

*Miratur.* Perturbatur.  
Qui timet, afficitur eodem  
modo, ac ille, qui cupit.  
pavet uterque, is qui timet,  
ne eveniant, quæ timet, is  
qui cupit, ne non eveniant:  
quæ

Quo cupiens, pacto: pavor est utrobique molestus;  
 Improvisa simul species exteret utrumque  
 Gaudeat, an doleat, cupiat, metuatve: quid  
 ad rem?

Si, quidquid vidit melius, pejuse sua spe,  
 Defixis oculis, animoque, & corpore torpet?  
 Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,  
 Ultra quam satis est, virtutem si petat ipsam:  
 I nunc, argentum, & marmor vetus, æraque  
 & artes.

Suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores:  
 Gaude, quod spectant oculi te mille loquentem:  
 Gnavus mane forum, vespertinus pete tectum.  
 Ne plus frumenti dotalibus emetat agris  
 Mucius, indignum, quod sit pejoribus ortus:  
 Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi.

quæ cupit, sic utrobique pavor est molestus, species improvvisa, idest cogitatio, vel eventus non speratus, & prævisus terret tam timidum, quam cupidum, neque interest gaudio, an dolore, cupiditate, an metu, aliquis perturbetur, &c.

*Si quid, &c.* Si torpet, si hæret attonitus, si commoveretur, quidquid melius, aut pejus viderit sua expectatione.

*Insani, &c.* Idest, tantum abest, ut rerum infirmarum cupiditate perturbari debeamus, ut ne ipsa quidem virtus nimis optari, & perturbare debeat, insanusque dici homo sapientissimus, & iniquus haberi homo æquissimus possit, nisi moderate, & intra certos limites virtutem colat.

*I nunc.* Quod si virtus ipsa nisi moderate, & animo a perturbatione vacuo appetenda non est, quid censenda

dum de illis, qui argentum, statuas e veteri marmore, aut ære factas, mirantur, optant, &c.

*Artes.* Præstantium artificum opera.

*Loquentem.* Publice dicentem in concione.

*Gnavus.* Acer, sedulus.

*Pete tectum.* Domum te tuam recipe. Omnem curam, ac studium impende, ne Mucius te opibus antecedit.

*Dotalibus.* Quos in dotem accepit, cum uxorem duceret.

*Indignum.* Quod indignum sane esset. Græca locutio, qua neutra quædam participia ponuntur in recto casu pro ablativis absolutis.

*Pejoribus.* Ignobilioribus.

*Mirabilis.* Invidendus. Hunc cæne ut mireris ac suspicias potius, quam ille te? Fac ut invideat tibi potius Mucius, ut ditiori, quam tu illi, ut pauperiori.

Quidquid sub terra est in apricum proferet æras,  
 Desodiet, condetque nitentia: cum bene notum  
 Porticus Agrippæ, & via te conspexerit Appi,  
 Ire tamen restat, Numa quo devenit, & Ancus,  
 Si latus, aut renes morbo tentantur acuto,  
 Quære fugam morbi. Vis recte vivere? quis non?  
 Si virtus hoc una potest dare, fortis omiffis  
 Hoc age deliciis. Virtutem verba putas, ut  
 Lucum ligna? cave ne portus occupet alter,  
 Ne Cibiratica, ne Bithyna negotia perdas.  
 Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro  
 Tertia succedant, & quæ pars quadret acervum.  
 Scilicet uxorem cum dote, fidemque, & amicos,  
 Et genus, & formam regina pecunia donat:

*Quidquid, &c.* Quæ latent, in lucem proferentur, quæ eminent, erunt obscura. Novum argumentum quo cupiditates frænandas docet, a rerum humanarum brevitate, & mutabilitate petitum.

*Agrippe.* Agrippa in primis Augusto gratus, Jovi, & Diis omnibus insigne templum posuit, quod Pantheon appellavit: ante illud ingentem porticum, & aream extruxit, ubi Cives honestissimi spatiabantur.

*Via Appi.* Appia via strata lapide, Roma Brundisium usque per Appium Cæcum extructa, & munita fuit.

*Quo, &c.* Ad tumulum, ad inferos.

*Numa, Ancus.* Reges Romani.

*Si latus, &c.* Cum ægrotas, quæris morbo remedium; laboras malis cupiditatibus, quære virtutem, quæ una te beatum faciet.

*Quis non.* Subaudi, hoc vult.

*Hoc age.* Stude virtuti, in hoc totus esto, operi ma-

num admove.

*Verba putas.* An vero prætas virtutem esse in verbis positam? satis esse ad virtutem, si quis de illa recte, & sancte loquatur? hoc si putas, omitte sane virtutis studium, & in opes quærendas incumbe, cave, &c.

*Lucum ligna,* Virtus non sunt verba, sicut lucum, id est, sylvam Diis consecratam solæ arbores faciunt, sed addita Religio loco, &c. Est enim lucus sylva sacra.

*Occupet.* Prior ad portum appellat.

*Cybiratica.* Cibra est urbs Phœgiæ, viginti, & amplius civitatum conventu, nundinisque celebris. Bithinia est pars Asiæ minoris.

*Mille talenta.* Vide Sat. 2. lib. II.

*Rotundentur.* Coacerventur. Rotunditas perfectionem significat, & cumulum quæ figura rotunda est omnium perfectissima.

*Et, quæ pars, &c.* Et altera quarta pars; unum adhuc mille, ut fiant quatuor millia.

Suade-

Ac bene nummatum decorat Suadela, Venusque;  
 Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex.  
 Ne fueris hic tu: chlamydes Lucullus, ut ajunt,  
 Si posset centum scenæ præbere, rogatus,  
 Qui possum tot? ait: tamen & quæram, &  
 quot habebo,

Mittam; post paulo scribit, sibi milia quinque  
 Esse domi chlamydam, partem, vel tolleret  
 omnes.

Exilis domus est, ubi non & multa supersunt;  
 Et dominum fallunt, & profunt furibus. Ergo  
 Si res sola potest facere, & servare beatum,  
 Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.  
 Si fortunatum species, & gratia præstat,  
 Mercemur servum, qui dicet nomina, lævum  
 Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram

*Suadela.* Eloquentia præ-  
 fes Dea.

*Venus.* Pulchritudo.

*Mancipiis, &c.* Non una  
 re tantum esto dives, ut  
 mancipiis abundat rex Cap-  
 padocum indigens pecuniæ:  
 sed omnibus rebus fac, ut  
 locuples sis, ære, mancipiis,  
 &c. Imitare Lucullum, cu-  
 jus domus tot rebus affue-  
 bat, ut earum ipse numerum  
 ignoraret. Cappadocia mino-  
 ris Asiæ regio, unde multa,  
 mancipia Romam deportari  
 solita. Lucullus vixit ævo  
 Ciceronis a quo laudatur plu-  
 ribus in Orat. pro leg. Manil.

*Scenæ.* Commodare ad  
 exhibendam aliquam in sce-  
 nâ comœdiam. Scenâ vox  
 græca est: significat umbra-  
 culum, tentorium, quia olim  
 theatrorum ornamenta erant  
 mera, e sylvarum frondibus,  
 umbracula.

*Qui, &c.* Quomodo pos-  
 sum tot chlamydes præbere;  
 tot habere me non puto.

*Tolleret.* Acciperet is, qui

comœdiam edebat.

*Fallunt.* Latent, igno-  
 rantur.

*Res.* Pecunia,

*Hoc postremus, &c.* In  
 hoc labore colligendarum o-  
 pum primus esto.

*Species.* Forma, digni-  
 tates.

*Nomina.* Solebant Roma-  
 ni ad captandam populi gra-  
 tiam, & suffragia, obvium  
 quemque suo nomine comi-  
 ter appellare; in eam rem  
 mercabantur servos, qui o-  
 mnium fere tenerent nomi-  
 na, & ea, cum opus esset,  
 suggererent dominis: illi ser-  
 vi Nomenclatores dicebantur.

*Fodiat latus.* Admonet  
 tacto leviter latere sinistro,  
 quod tegebat Nomenclator.  
 Servi enim, & comites a læ-  
 va parte ibant, utpote mi-  
 nus honorata: fodere latus  
 est latina locutio, pro mo-  
 nere, incusso, ejus qui mo-  
 netur, lateri leviter, ut sit,  
 cubito.

S 3. *Trans*



*Porrigere.* Hic multum in Fabia valet, ille  
Velina:

*Cuilibet* hic fasces dabit, eripietque curule,  
*Cui* volet importunus ebur: frater, pater, adde.  
Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta.  
Si bene qui cœnat, bene vivit: lucet, eamus,  
Quo ducit gula; piscemur, venemur, ut olim  
Gargilius, qui mane plagas, venabula, servos  
Differtum transire forum, populumque jubebat,  
Unus ut e multis populo spectante referret  
Emptum mulus aprum: crudi, tumidique lave-  
mur,

Quid deceat, quid non, obliti: Cœrite cera

*Trans Pondera.* Trans rhedas, supra plaustra oneribus, & faxis onusta.

*Porrigere.* Ut solent, qui salutant, blandiuntur.

*Hic, &c.* Verba sunt Nomenclatoris dominum admonentis, ut aliquem salutet, quia multum auctoritatis habet in tribu Fabia, aut Velina.

*Fabia.* Populus Romanus in tribus, seu partes 35. divisus fuit. Earum una dicta est Fabia a Fabiis, nobili familia, alia Velina, a lacu Velino; seu Velia urbe Italiae.

*Fasces.* Consulatum, aut Præturam. Consulibus licitor præferebat fasces 12. Prætoribus 6. Fascis porro iste erat virgarum fasciculus, mediam, & extantem cuspide securim obvolvens: virgis leviora facinora puniebantur, securi graviora.

*Ebur curule.* Magistratus majores. Illis enim jus erat sellam gestandi eburneam in suo curra, in eaque confidendi, cum senatus habebatur.

*Importunus.* Homo acer,

astuosus, pertinax, qui non ante conquiescet, quam candidatum sibi invisum honore sperato dejecerit.

*Facetus.* Comiter, lepide.

*Adopta.* Vocando filium, fratrem, qui alienus forte, ignotusque sit.

*Lucet.* Dies est, eamus summo mane.

*Gargilius.* Ostentator nescio quis, & nepos.

*Plagas.* Sunt retia densiora, venabula tela venatoria, hastilia.

*Differtum.* Plenum hominibus.

*E multis emptum.* Non venando captum, vel unus mulus e multis vacuis.

*Crudi.* Nondum digesto cibo.

*Lavemur.* In balneis.

*Deceas.* Honestum sit.

*Cœrite cera digni.* Digni qui notemur ignominia, ut illi, qui Cœritum in tabulas referuntur. Cære sive Cærte, olim Agylla, urbs Etruriæ fuit, cujus incolæ ob Vestales virgines in bello Gallico benigne receptas, jus Romanæ civitatis erant adepti, sed cum a Romanis pos-  
sita

Digni, remigium vitiosum Ithacensis Ulyssæi.  
 Cui potior patria fuit interdicta voluptas.  
 Si, Mimnermus uti censes, sine amore, jocis  
 que  
 Nil est jucundum: vivas in amore, jocisque;  
 Vive, vale: si quid novisti rectius istis,  
 Candidus imperti; si non, his utere mecum.

stea defecissent, ea multati fuere poena, ut suffragii ferendi jure privarentur. Hinc factum est postea, ut Caritum cera pro nota ignominia usurpata fuerit, & qui e tribu movebantur, quique privabantur jure suffragii, &c. in Caritum tabulas referri dicerentur. Porro cera in hoc proverbio significat tabellam ligneam cera obductam, in qua scribebantur illi, qui privabantur v. g. suffragio, &c.  
*Remigium*. Sumus remigium, id est, similes sumus remigibus Ulyssæi, & sociis: qui sociam, & vetitam vo-

luptatem præstulerunt patri, & apud Circen manere ejus blanditiis capti & præstigiis, quam domum repetere maluerunt.

*Ulyssæi*. A recto casu Ulyssæus. Vide supr. Epist. 2. & Sat. 5. lib. 3.

*Mimnermus*. Poeta Græcus sexcentis admodum annis ante Horatium scripserat, secta, & moribus Epicureus.

*Imperti*. Participem me fac; communica.

*Si non*. Si nihil habes melius.

*His*. Sapientis præceptis.

EPISTOLA VII.

*Excusat se Mæconati, quod ab Urbe tamdiu absit; ejus in se beneficia, & liberalitatem commendat.*

Quinque dies tibi pollicitus, me rure futurum,  
 Sextilem totum mendax desideror: atqui  
 Si me vivere vis sanum, recteque valentem,  
 Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timentis.

*Rure*. In mea villa.

*Sextilem*. Absum per totum mensem Augustum; dictus est festilis, quia sextus erat a Mense Martio, a quo annum Romani ducebant: postea in Augusti honorem,

Augustus est appellatus.

*Quam*, &c. Verum dabis mihi hanc veniam; & facultatem, rusticandi nunc, cum ægrotare timeo, quam concedis, cum æger sum.

S. 4 Pri-

Mæcenæ, veniam: dum ficus prima, calorquæ  
 Designatorem decorat lictoribus atris:  
 Dum pueris omnis pater, & matercula pallet.  
 Officiosaque sedulitas, & opella forensis  
 Adducit febres, & testamenta resignat.  
 Quod si bruma nives Albanis illinet agris,  
 Ad mare descendet vates tuus, & sibi parcat;  
 Contractusque leget; te dulcis amice reviset.  
 Cum Zephyris, si concedes, & hirundine prima.  
 Non, quo more pyris vesci Calaber jubet hospes;

*Prima ficus.* Æstatis calor ingravescens, quo ficus primum maturescunt.

*Designatorem, &c.* Dum calor, & cœli gravitas multos e medio tollit, quorum funera per designatores, & eorum ministros curantur. Est autem designator is, qui funebrem pompam designat id est, ordinat, componit.

*Lictoribus* Vespillonibus, pollinctoribus, præficiis, quos omnes facete vocat lictores designatoris, tamquam alicujus publici magistratus.

*Pallet.* Metuit, de illorum valetudine, trepidat.

*Sedulitas.* Diligentia in præstandis amicitiæ officiis v. g. in amicis visendis, procurandis eorum negotiis, opera in foro navanda. &c.

*Resignat.* Aperit, quod sit morte obita.

*Quod si, &c.* Imo, ubi hyems advenerit, nondum tamen redibo Romam, sed in aliquam civitatem maritimam, ubi erit aer temperatior, & benignior, me recipiam, ego vates tuus huic labori parcius incumbens, fugam ea, quæ valetudinem debilitare possunt, ut qui navigant, & procellam timeant, contractis velis le-

gant litus. Nonnulli sic explicant illas voces, *contractus leget*, multa veste contra frigoris vim coopertus, & collectus in sese, lectioni tantum operam dabit.

*Cum Zephyris.* Vere primo.

*Non quo, &c.* Si ego hunc in modum consulam valetudini, spero me id facturum te permittente, ac volente: nihil enim meæ libertati detractum, opinor, voluisti, quamvis maximis me beneficiis ornaveris, neque ita fueris in me liberalis, ut hospes aliquis rusticus, in Calabria (extrema pars Italiae est ad meridiem) liberalis esse solet in hospitem suum, cui fructus, & pyra offert. Sume, inquit, amabo te, hæc pyra, his vescere. Jam sumpsi, respondet alter, satis est: urget hospes: tolle, abde in peram, quot volueris. Bene est, amo te de ista benignitate, & liberalitate tua, nihil est opus. Si tibi opus non est, reponit Calaber, at pueris tuis illa dabis: tam gratum est donum, quod offers, quam si pyris onustus abirem. Facies, quod libebit, sed ea pyra si non sumis, porcis dabun-

Tu me fecisti locupletem: vescere sodes,  
 Jam satis est: at tu quantum vis tolle: benignè.  
 Non invisa ferēs pueris munuscula parvis;  
 Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.  
 Ut libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.  
 Prodigus, & stultus donat quæ spernit, & odit.  
 Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis.  
 Vir bonus, & sapiens dignis ait esse paratum,  
 Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis;  
 Dignum præstabo me etiam pro laude merentis,  
 Quo si me noles usquam discedere, reddes  
 Forte latus, nigros angusta fronte capillos;  
 Reddes dulce loqui; reddes ridere decorum.

buntur. Sic prodigi, & insani donant ea, quæ sperant. Hæc inconsulta liberalitas, ut seges male sata, idest, ut ager mala semente confitus, ingratos plurimos hætenus efficit, ac in posterum efficiet; Stulta enim, & inconsulta liberalitas gratiam non meretur.

*Vir bonus.* Viri probi, ac sapientes aliter se gerunt, a-junt illi paratos se esse dignis, idest se liberales fore tantum in eos, qui sua sint liberalitate digni, nec temere omnia profundunt in quolibet, magnum inter munera discrimen ponunt; norunt, quid minuta, & vilia distent a magnis, ut a lupinis æra. Talis es, o Mœcenas, talem te erga me præstitisti; ego quoque aditar, ut præstem me dignum laude promerentis, idest, ut videar tua munera esse promeritus, ut digno data esse, & merenti videantur. At non id mihi tamen imponam oneris, ut semper tecum Romæ sim, a te nunquam discedam, non est enim eadem ætas mihi, & valetudo, quæ olim erat: quod si nolis me a te

recedere nisi reddam tibi omnia, quibus me ditasti, more & modo Æsopicæ vulpeculæ, ego vere paratus sum tibi omnia restituere, neque illa otio, & libertati antepono: adde, quod Romæ amplitudinem, & lucem aula, tenuitati meæ, ac obscuritati parum convenire intelligam. Hæc sententia partium totius Epistolæ, hic illarum inter se nexus est.

*Esse paratum.* Impersonale verbum est. Si quid est apud se, id paratum, & promptum esse dignis ait, illis a se ultro datum iri proficitur.

*Æra, lupinis.* Lupinus est genus leguminis, cujus folia nummis aureis similia sunt, & quibus auctores commici utebantur in Scena pro vera pecunia, & ære, seu auro.

*Pro laude, &c.* Est Træsis, seu divisio vocis unius in duas: *laude promerentis*: Faciam, ut a te lauder, tanquam tua beneficia promerens.

*Reddes.* Reddere mihi deberes annos juveniles.

S 5 *R. S.*

Forte per angustam tenuis vulpecula rimam  
 Repserat in cumeram frumenti, passaque rursus  
 Ire foras pleno tendebat corpore frustra;  
 Cui mustela procul, si vis, ait, effugere ist-  
 hinc,

Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.  
 Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno;  
 Nec somnum plebis laudo satur altitium, nec  
 Oria divitiis Arabum liberrima muto.

Sæpe verecundum laudasti: Rexque, Paterque  
 Audisti coram, nec verbo parcius absens:  
 Inspice si possum donata reponere lætus.  
 Haud male Telemachus proles patientis Ulyssæi:

*Ridere &c.* Ritus, & jo-  
 cos decentes, ætati conve-  
 nientes. In finitivus *videre*  
 sumitur Græco modo pro  
 substantivo, risu.

*Cumeram.* Vas vimineum.

*Passa.* Frumento saturata,

*Foras.* E vase exire.

*Frustra.* Quia os cumeram  
 angustum erat, ipsa satuta,  
 & distenta.

*Mustela.* Animal muri si-  
 mile, oblongum, colore li-  
 vido.

*Cavum.* Locum angustum,  
 cavernulam tuam, unde in  
 cumeram prorepisti.

*Hæc ego &c.* Si ego ad  
 istum modum instar istius  
 vulpeculæ cogar reddere do-  
 na, quibus a te velut exple-  
 tus sum, restituam omnia.

*Compellar.* Si ego com-  
 pellor, id est, admoneor, si  
 hæc similitudo, & fabula  
 confertur in me, malo pau-  
 per, & liber esse, quam di-  
 ves, & servus. De hac vo-  
 ce, *resigno*, vide *Odem* pe-  
 nultimam lib. 1.

*Nec somnum, &c.* Nec lau-  
 do beatam hominum infir-  
 morum tranquillitatem, &  
 securitatem, postquam dives,

ac plenus sum, sed vere, at-  
 que ex animo idem putatu-  
 rus, si pauper essem.

*Altitium.* Altitia sunt ea,  
 quæ domi saginantur, & di-  
 ligentius aluntur, pisces,  
 aves, fera.

*Arabum.* Arabes ditissimi  
 credebantur ob atrocina, &  
 longam pacem.

*Verecundum.* Modestum in  
 petendo, paucis contentum.

*Audisti.* A me appellatus  
 es Rex, propter liberalita-  
 tem, & magnificentiam; Pa-  
 ter, propter benevolentiam.

*Coram.* Præsens.

*Nec verbo &c.* Non par-  
 cius de te verba feci absens,  
 non alium te absentem ap-  
 pellavi, quam præsentem.

*Telemachus.* Filius fuit  
 Ulyssis: adierat Menelaum  
 resciturus, quid de patre suo  
 factum esset, qui domum  
 longe post expugnatam Tro-  
 jam tempore, non redibat:  
 ei Menelaus præter cætera  
 munera, equos dono dabat:  
 recusavit Telemachus cum  
 diceret, Itacham equis alen-  
 dis non esse idoneam. Sic  
 Horatius beneficiis, & libe-  
 rali-

Non est aprus equis Ithacæ locus, ut neque  
planis.

Porrectus spatii, nec multæ prodigus herbæ,  
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam;  
Parvum parva decent. Mihi jam non regia  
Roma,

Sed vacuum Tibur placet, aut imbelles Taren-  
tum.

Strenuus, & fortis, causisque Philippus agendis  
Clarus, ab officiis octavam circiter horam

Dum redit, atque foro nimium distare Carinas.

Jam grandis natu queritur; conspexit, ut ajunt,

Adrasum quemdam vacua tonsoris in umbra,

Cultello proprios purgantem leniter ungues.

Demetri (puer hic non læve jussa Philippi

Accipiebat) abi, quære, & refer, unde domo,

quis,

Cujus fortunæ, quo si patre, quove patrono.

It, redit, & narrat, Vultejum nomine Menam,

Præconem, tenui censu, sine crimine notum,

ralitate Mæcenatis carere non  
potest pro sua tenuitate, at  
libertate carere non vult,  
nec potest.

*Ithacæ.* Sat. 5. lib. 3.

*Atride.* Menelæ, filii Atrei.

*Tibur.* Sat. 1. Od. 16. l.  
2. Od. 4.

*Tarentum.* Urbs Italiæ,  
otio, & deliciis affluens, in  
sinu ejusdem nominis, e re-  
gione Brundusii.

*Philippus.* Oratur nobi-  
lis, Crasso, & Antonio elo-  
quentia proximus, consula-  
ris, & censorius, de quo  
Cic. lib. 2. Off. & Quintil.

*Ab Officiis.* Forensibus  
nimis.

*Octavam.* Secundam post  
meridiem. Diem enim in 12.  
horas semper dividebant, &  
sexta in meridiem semper in-  
cidebat.

*Carinas.* Carinus vicus Ro-

mæ quidam erat, sic dictus  
a navium carinis, idest, fun-  
do & infima parte, quia sin-  
gulæ domus ad carinarum si-  
militudinem erant edificatæ.

*Adrasum.* Leviter tonsum.

*Umbra.* Pergula, officina.  
Vacuam vocat, vel quia so-  
lus ibi Menas erat, vel,  
quia solent huc homines va-  
cui, & otiosi convenire.

*Puer.* Servus.

*Non læve.* Non inepte,  
sedulo.

*Unde domo.* Quanam e-  
domo, & familia sit.

*Cujus fortunæ.* Pauper,  
an dives.

*Patrono.* Patroni diceban-  
tur viri nobiles, quorum in-  
clientelam, & fidem se con-  
ferebant tenuiores cives.

*Præconem.* Epod. Od. 4.  
Sat. 6. lib. 1.

Et properare loco, & cessare, & quærere, & uti  
Gaudentem parvisque sodalibus, & Lare certo,  
Et ludis, & post decisa negotia, campo.

Scitari libet ex ipso quodcumque refers, dic  
Ad cœnam veniat. Non sane credere Meua,  
Mirari secum tacitus: quid multa? benigne  
Respondet. Negat ille mihi? negat improbus,  
& te

Negligit, aut horret. Vultejum mane Philippus  
Vilia vendentem tunicato scruta popello  
Occupat, & salvere jubet prior. Ille Philippo  
Excusare laborem, & mercenaria vincla,  
Quod non mane domum venisset: denique quod  
non

Providisset eum. Sic ignovisse putato  
Me tibi, si cœnas hodie mecum. Ut libet. Ergo  
Post nonam venies: nunc i, rem strenuus auge.  
Ut ventum ad cœnam est, dicenda, tacenda lo-  
cutus,

*Censu.* Opibus, re fami-  
liari.

*Properare loco.* Movere  
se huc, & illuc: ultro, ci-  
troque commeare.

*Cessare.* Requiescere, fe-  
riari.

*Quærere &c.* Rem, num-  
mos, & illis uti.

*Lare,* Domo. Non va-  
gum, & erronem, sed civem  
esse.

*Decisa.* Confecta.

*Campo.* Nempe Martio,  
in quo spatiabatur, & exer-  
cebatur.

*Credere.* Subaudi poterat,  
nempe se ad cœnam voca-  
tum.

*Benigne &c.* Habeo gra-  
tiam, excusatum habe me,  
quæso, respondet ille. Hac  
voce, ut, & ista, *Recte*,  
utebantur, cum denotare  
quid honeste vellent, ac de-  
precari.

*Mihi.* Inquit Philippus.

*Negat improbus.* Verba  
Demetrii.

*Horret.* Reformidat, ru-  
stico pudore.

*Tunicato.* Infima plebs  
notatur: hæc fere tunicata  
incedebat: sine toga enim  
quæ instar pallii nostri erat,  
imponebaturque tunica, ho-  
nestiorem aliquem in publi-  
cum prodire, probrosum erat.

*Scruta.* Viles merces, de-  
trita ferramenta, frivola.

*Occupat.* Antevertit, præ-  
venit.

*Vincla.* Occupationes.

*Providisset.* Prior sala-  
tasset.

*Ut libet.* Respondet Me-  
na: adero, si quidem tibi  
libet.

*Nonam.* Tertiam a me-  
ridie.

*Dicenda, &c.* Quidquid  
in buccam venerat, fanda,  
& nefanda.

*Dimis.*

Tandem dormitum dimittitur: hic ubi sæpe  
 Occultum visus decurrere piscis ad hamum,  
 Mane cliens, etiam certus conviva; jubetur  
 Rure suburbana indictis comes ire Latinis.  
 Impositus mannis, arvum, cœlumque Sabinum  
 Non cessat laudare; videt, ridetque Philippus:  
 Et, sibi dum requiem, dum risus undique queris;  
 Dum septem donat sestertia, mutua septem  
 Promittit: persuadet uti mercetur agellum.  
 Mercatur: ne te longis ambagibus ultra,  
 Quam satis est, morer, ex nitido fit rusticus,  
 atque

Sarcos, & vineta crepat mera, præparat ulnos,  
 Immoritur studiis, & amore senescit habendi.  
 Verum ubi oves furto, morbo periere capellæ,  
 Spem mentita seges, bos est eneçtæ arando;  
 Offensus damnis, media de nocte caballum  
 Arripit, iratusque Philippi tendit ad ædes.  
 Quem simul aspexit scabrum, intonsumque Phi-  
 lippus:

Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris.

*Dimittitur.* Domum suam  
 ut crapulam edormiret.

*Hic.* Jam vero.

*Ad hamum.* Ad cœnam,  
 qua ut piscis hamo, ducebatur,  
 & inescabatur.

*Cliens.* Salutator, ut clien-  
 tes solent.

*Certus.* Quotidianus, as-  
 fiduus.

*Rure.* Vila Philippi.

*Indictis Latinis.* Subaudi  
 feriis. Erant autem feriæ  
 Latine festa quædam toto  
 Latii communia, & Jovi  
 Latiali dicata, qui in Al-  
 bano monte colebatur: in-  
 dicebantur autem a Romano  
 Consule quotannis, hoc est  
 denunciabantur, & impera-  
 bantur.

*Mannis.* Equis pusillis.

*Cœsum.* Aerem, tempe-  
 riorum cœli.

*Septem sestertia.* Nummos  
 Francos seu libras 900. scu-  
 tata Roman. 175.

*Mutua.* Se mutuo datu-  
 rum, ab ipso reddenda Vul-  
 tejo postea.

*Nitido.* Urbano, adraso,  
 tonso, qualis antea erat.

*Crepat.* Loquitur, laudat.  
*Mera.* Sola.

*Studiis.* Agriculturæ.

*Senescit.* Contabescit, cru-  
 scitur.

*Mentita.* Delusit, minus  
 attulit, quam sperabat.

*Simul.* Postquam.

*Scabrum.* Impexum, hor-  
 ridum.

*Arcentus.* Ad rem, ava-  
 rus, lucri cupidus.

*Pol.*



*Esse mihi. Pol, me miserum; patrone, vocares,*

*Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen. Quod te per Genium, dextramque Deosque Penates*

*Obsecro & obtestor, vitæ me redde priori.*

*Qui simul aspexit, quantum dimissa petitis*

*Præstent, mature redeat, repetatque relicta.*

*Metiri se quemque suo modulo, ac pede, verum est.*

*Pol. Per Pollucem.*

*Quod te. Quapropter te, ob quod te, &c.*

*Genium. Erat Genius Deus quidam singulorum hominum castos, &c.*

*Qui. Philippus, ubi vidit, &c.*

*Dimissa. Urbana vita, mercenaria negotia.*

*Petitis. Vita Rustica.*

*Præstans. Quanto potior*

*esset conditio præconis, quam laboriosa agricolæ vita, volo, inquit, repetat primum vitæ genus, cui est aptior.*

*Verum. Equum est, decet. Porro similem se illi Menætius, seque ait malle priori vitæ, libertati & egestati restitui, quam libertatis iuram facere.*

## EPISTOLA VIII.

*Scribit se minus animo, quam corpore, valere; monet amicum, ut secundam fortunam modeste ferat.*

**C**elso gaudere, & bene rem gerere Albino-  
vano

*Musa rogata refer, comiti, scribæque Neronis. Si quæret, quid agam, dic multa, & pulchra minantem,*

*Celso, &c. Ordo est. O Musa a me rogata, ut Celsum convenias, refer illi, & jube illum gaudere, ac bene rem gerere. Verbis istis utebantur maxime Græci, epistolarum initio.*

*Comiti. Comitæ appella-*

*bantur, qui magistratus, aut viros principes honoris causa, vel necessitatis ergo, se- stabantur in provincias, e quibus eorum aula quædam, & familia constabat.*

*Minantem. Promittentem, animo designantem.*

*Contu-*

Vivere, nec recte, nec suaviter: haud quia  
grando

Contuderit vites, oleamque momorderit æstus;  
Nec quia longinquis armentum ægrotet in arvis;  
Sed quia mente minus validus, quam corpore  
toto,

Nil audire velim, nil discere, quod levet ægrum;  
Fidis offendar medicis, irascat amicis,

Cur me funesto properent arcere veterno:

Quæ nocere sequar, fugiam quæ profore credam;  
Romæ Tibur amem ventosus; Tibure Romam.

Post hæc, ut valeat, quo pacto rem gerat, & se,  
Ut placeat juveni, percontare, atque cohorti.

Si dicet recte; primum gaudere, subinde

Præceptum auriculis hoc instillare momento:

Ut tu fortunam, sic nos te, Celsè, feremus.

*Contuderit.* Verberaverit, fregerit.

*Offendar.* Succenseam.

*Cur, &c.* Quod a me arcere curent veternum: est languor quidam, dormiendi necessitatem asserens: lethargus.

*Profore.* Profutura esse.

*Tibur.* Oppidum Sabinarum in Italia. De quo vide Oten. 4. lib. 2.

*Ventosus.* Inconstans, levis.

*Rom.* Domesticam & familiarem; suum munus.

*Juveni,* Tiberio Neroni, quem ab Augusto missum in

Armeniam, ut illi nationi Tigranem Regem præficeret circa annum ab U. C. 734. Celsus est comitatus, eique pro Scriba datus.

*Cohorti.* Amicorum, & comitum Neronis regi.

*Gaudere.* Subaudi, te significabis, & me.

*Instillare.* Celso in aurem dicere.

*Ut tu, &c.* Ut tu eris moderatus in ferenda fortuna, sic ero constans in amicitia tua fovenda, te neglecturus, si me propter superbiam, & opes negligas.



*Septimum commendat Tiberio, utque illum in suorum numero habere velit, rogat.*

**S**eptimius, Claudii, nimirum intelligit unus, Quanti me facias: nam me rogat, & prece cogit.

Scilicet, ut tibi se laudare, & tradere coner, Dignum mente, domoque legentis honesta Neonis,

Munere cum fungi propioris censer amici: Quid possim videt, ac novit me vâldius ipso. Multa quidem dixi, cur excusatus abirem: Sed timui, mea ne finxisse minora putarer, Dissimulator opis propriæ, mihi commodus uni. Sic ego majoris fugiens opprobria culpæ, Frontis ad urbanæ descendi præmia. Quod si Depositem laudas, ob amici iussa, pudorem;

*Claudii. &c.* O Claudii Tiberii Nero, lepide mecum agit Septimius, & solus eximie videtur intelligere, quanto sim apud te in loco, & pretio, cum enim me rogat, aut potius cogit suis precibus, ut se tibi commendem: tanquam dignum, qui admittatur in amicitiam, & familiaritatem tuam, qui nullos, nisi honestos, probosque deligis, cum me unum e tuis propioribus amicis esse credit, sane intelligit liquidius, quam ego ipse, quid apud te possim: non enim hunc mihi apud te locum, & numerum arrogare ausim.

*Valdus.* Ab adverbio valde, id est magis certius.

*Excusatus.* Cur me habere: excusatum, ut scribere me non cogret, ne tibi molestus essem?

*Mea ne, &c.* Ne crederet fingere, ac persuadere illi velle, meam apud te gratiam minorem esse, quam sit.

*Opes propriæ.* Facultatis, potestatis hoc a te impetrandi.

*Commodus.* Serviens meis rebus, & commodis, amicus negligens.

*Culpæ.* Dissimulationis, & propriæ utilitatis confestandæ.

*Frontis, &c.* Factus sum inverecondior, & audacior. Urbani homines solent oris esse perfrictioris, quam rustici, & hoc urbanæ vitæ, consuetudinisque, quasi præmium videtur esse; vel descendendi ad urbanam audaciam, ut ejus præmium, & fructum caperem, commendando tibi amicum.

*Depositem pudorem.* Si meam

Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumque.

meam in scribendo invercundiam non improbas.

*Crede fortem, bonumque.*

Omnibus, quæ probam virum ac strenuum decent, detibus præditum.

## EPISTOLA X.

*Urbanæ vitæ, & ambitiosæ incommoda; commoda tenuis, ac rusticanae describit.*

**U**Rbis amatorem Fuscum salvere jubemus  
Ruris amatores: hac in re scilicet una.  
Multum dissimiles, ad cætera pene gemelli:  
Fratertis animis, quidquid negat alter, &  
alter,

Annuimus pariter vetuli, notique columbi.  
Tu nidum servas; ego laudo ruris amœni  
Rivos, & musco circumlita saxa, nemusque.  
Quid quæris? vivo, & regno, simul ista reliqui  
Quæ vos ad cœlum effertis, rumore secundo.  
Utque sacerdotis fugitivus, liba recusò;  
Pane egeo jam mellitis potiore placentis.  
Vivere naturæ si convenienter oportet,

*Amatores. Nos.*

*Gemelli.* Prope tanquam gemelli. fratres in cæteris rebus idem volumus, idem volumus.

*Et alter.* Subaudi, negat.

*Annuimus.* Assentimur, probamus idem pariter, ut columbi vetuli, qui se norunt inter se.

*Nidum.* Romam, quam sic amas, ut columbus nidum.

*Circumlita.* Obducta.

*Quid quæris.* Quid plura?

*Vivo, & regno.* Pulchrum me ac beatum puto, vivere me vitam Regum puto.

*Simul, Statim atque.*

*Ista, Urbem, pompam, opes, &c.*

*Rumore secundo.* Faustis acclamationibus, magno plausu. De voce *secunda*. Vide Oden 12. libri 4.

*Utque, &c.* Utque servus nequam in sacerdotis domo nutritus, qui liba, & placentas, dulciaria crustula Diis oblata, edere consuevit, his saturatus, panem optat; sic ego urbem fastidians rus amo, ubi operam do Philosophiæ, qui verus animi pascit.

*Vivere, &c.* Si vita hæc beata est, quæ est naturæ humanæ conveniens, nonne rusti.

Ponendæque domo quærenda est area primum;  
Novissime locum potiozem rure beato?

Est ubi plus tepeant hyemes, ubi gratior aura  
Leniat & rabiem Canis, & momenta Leonis,  
Cum semel accepit Solem furibundus acutum?

Est ubi divellat somnos minus invida cura?  
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?  
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,  
Quam, quæ per pronam trepidat cum murmure  
rivum?

Nempe inter varias nutritur silva columnas,  
Laudaturque domus, longos quæ prospicit agros.  
Naturam expellas furca, tamen usque recurret,

rusticana vita est natura convenientior?

*Ares.* Locus patens, in quo domus struitur. Porro domo est in dandi casu, dicitur enim domus, domi, domo, ut domus, domus, domui.

*Est ubi, &c.* Estne locus, ubi sit hyema magis tepida, & temperata?

*Canis?* Sydus est caeleste maximos calores afferens.

*Momenta.* Horas æstivas, calidissima tempora.

*Accepit, &c.* Tanquam domus sua. Signa 12. Zodiaci dicuntur esse domus solis. Leonem vero sol ingreditur nunc extremo Junio; at olim, idest, ante annos mille, Julio.

*Divellat.* Abrumpat. Ubi cura somnum minus interturbent; appellatur cura invida, quia tranquillitatem animi, ac somnum videtur hominibus invidere.

*Deterius, &c.* An ruri herba deterioris est coloris, vel odoris, quam gemma, & marmora Africana? An aqua plumbeis canalibus, quos tendit rumpere, & quibus sæpe ruptis effugit, in

urbe conclusa, purior, & liquidior est ea, quæ per declivem locum rivo trepidante fluit?

*Lapillis.* E secto in minimas particulas marmore pavimenta sternebant, ac variabant.

*Nempe, &c.* Documento est naturam rure delectari, quod vel in ipsa urbe rus, amamus, & inter porticus sultas columnis factis e vario, idest, versicolore marmore, feruntur arbores, sylva nutritur.

*Naturam, &c.* Etsi consilis extinguere communes, & genuinos illos, quos indidit nobis natura sensus, eosque ex animo per vim, & quasi impacta furca expellas; tamen semper redibunt, & superabunt mala fastidia, idest, quamvis simplicitatem illam rusticam divites, & urbani fastidiant, spernantque, furtim tamen & tacite amant rus, duce natura, vel in ipse urbe.

*Furca.* Proverbii genus aliquem furca, furcillis, expellere, idest, per vim, ex aliquo loco præcipitem dare.

Non

Et mala perrumper furtim fastidia victrix.  
 Non, qui Sidonio contendere callidus ostro  
 Nescit Aquinatam potantia vellera succum,  
 Certius accipiet damnum, propiusve medullis;  
 Quam qui non poterit vero distinguere falsum.  
 Quem res plus nimio delectavere secundæ,  
 Mutatæ quatiens. Si quid mirabere, pones  
 Invitus. Fuge magna; licet sub paupere tecto  
 Reges, & regum vita præcurrere amicos.  
 Cervus equum, pugna melior, communibus herbis  
 Pellebat, donec minor in certamine longo  
 Imploravit opes hominis, frenumque recepit:  
 Sed postquam victor violens discessit ab hoste,  
 Non equitem dorso, non frenum depulit ore?  
 Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis  
 Libertate caret, dominum vehet improbus,  
 atque

*Non qui, &c.* Ordo est: qui mercator nescit contendere callidus, id est, comparare prudenter vellera, quæ inficiuntur, & tinguntur Aquini, in urbe Italiæ, ostro Sidonio, id est cum iis vellerebus, lanis, & pannis, qui tinguntur Sidone in urbe Phænicis, ubi ostrum, longe præstat Italo, & adulterino, ille inquam qui nescit utraque illa vellera consere, & internoscere, non accipiet damnum gravius, & quod ipsum proprium tangat ac urat magis, quam qui verum a falso internoscere non poterit. Videtur jam urbanæ vitæ incommoda, aut Aristii vitia insectari: quorum primum est, veri inficitia; alterum inæqualitas fortunæ prosperæ, vel adversæ; tertium, avaritia, servitus, &c.

*Mutate.* In adversas; afflictæ, & perditæ.

*Quatiens.* Perturbabant.  
*Mirabere.* Cupies, magnæ estimabis.

*Pones.* Relinques, depones.

*Vita præcurrere.* Felicitate vitæ antecire, & vincere.

*Melior.* Superior.

*Herbis.* Prato, ubi communiter antea pascebantur.

*Minor, &c.* Equus inferiorem se in diuturno certamine sentiens.

*Opes.* Auxilium.

*Frenum.* Quod illi homo insidens ejus tergo, ori indidit.

*Victor.* Equus.

*Violens.* Violentus & impotens: superbus ob reportatam victoriam.

*Hoste.* Cervo.

*Metallis.* Auro, & argento.

*Dominum.* Avaritiam, tanquam sessorem molestum, egre feret.

*Usi.*

Serviet æternum , quia parvo nesciet uti.  
 Cui non conveniet sua res , ut calceus olim,  
 Si pede major erit , subvertet ; si minor , uret.  
 Latus sorte tua vives sapienter , Aristi ,  
 Nec me dimittes incastigatum , ubi plura  
 Cogere quam satis est , ac non cessare videbor.  
 Imperat , aut servit collecta pecunia cuique ,  
 Tortum digna sequi potius , quam ducere funem,  
 Hæc tibi dictabam post sanum putre Vacunæ ,  
 Excepto , quod non simul esses , cætera latus .

*Usi* . Contentus esse .

*Cui non* , &c. Cui opes  
 sua non congruent , id est  
 erunt vel ampliores justo ,  
 vel angustiores .

*Olim* . Aliquando , ut plu-  
 rimum .

*Subvertet* . Pede inverso  
 dejiciet hominem .

*Uret* . Cruciat , oblaedet .

*Cogere* . Colligere .

*Tortum* , &c. Lud genus  
 quoddam apud Romanos e-  
 rat , in quo unus restim du-  
 ctans præibat cæteris eundem  
 funem tenentibus , & sequen-  
 tibus . Sensus est , digna est  
 pecunia , quæ potius sequa-

tur , ac serviat , quam præ-  
 eat , immeretque .

*Dictabam* . Pueri ad te  
 mittenda .

*Putre* . Vetustum , vitio-  
 sum .

*Vacunæ* . Dæa quædam e-  
 rat , apud Sabinos culta ,  
 maxime ab otiosis rusticis ,  
 & operum vacuis . Victoriam  
 eam fuisse quidam putant ,  
 quod ejus beneficio vacamus  
 curis , & otio indulgemus .

*Excepto* , &c. Latus pla-  
 ne , hoc uno excepto , quod  
 mecum non eras , itaut præ-  
 sentia tua mihi deesset una  
 ad cumulatam lætitiæ .

## EPISTOLA XI.

*Bullatium in Asiam profectum monet , ad vitam  
 beatam parum interesse , quo quisque  
 loco habitet .*

**Q**UID tibi visa Chios , Bullati , notaque  
 Lesbos ?

*Quid tibi* . Bullatius Ho-  
 ratii amicus in Asiam , &  
 Græciam peregre profectus  
 erat ; ad eum scribit Hora-  
 tius , & interrogat , quid de  
 variis Græciæ urbibus , &

insulis sentiat , simulque mo-  
 net Romam redeat , unde  
 molestiæ alicujus vitandæ ,  
 & levandi tædii causa disces-  
 sisset .

*Chios* . Insula lib. 3. Od.  
 14. Les-

Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?  
Smyrna quid, & Colophon? majora, minorane  
fama?

Cunctane præ campo, & Tiberino flumine for-  
dent?

An venit in votum Attalicis ex urbibus una?

An Lebeum laudas, odio maris, atque viarum?

Scis Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque

*Y4* Lesbos Insula in mari  
Ægeo, *nosa*, idest, nobi-  
lis, celebris.

*Samos*. Insula, & urbs  
prope Chium, Junoni sacra:  
concinna dicitur propter ele-  
gantiam ædificiorum.

*Sardis*. Urbs Lydiæ pri-  
maria, in qua Rex Crœsus  
degebat.

*Smyrna*. Urbs Joniæ,  
item Colophon: in Asia mi-  
nori ambæ.

*Majora, &c.* An illæ Ur-  
bes, & Insulæ ampliores de-  
terioresve sunt, quam eas  
esse fama vulgo jactat? an  
eas esse contemnendas censes  
præ campo Martio, & Ti-  
beri.

*Venit in votum*. A te opta-  
tur: Romæ præfertur.

*Attalicis*. Ex iis, quas  
Attalus, Pergami Rex in  
Asia minori, obtinuit. De  
Rege Attalo vide Oden 1.  
lib. 1. & 15. lib. 2. ejus  
Regia urbs erat Tralles.

*Lebedum*. Est Lebedus Jo-  
niæ civitas maritima, & in  
frequens: ibi forte Bullatius  
æger, ac longa peregrinatio-  
ne defatigatus subfiterat.

*Scis Lebedus, &c.* Potest  
hoc ita exponi: Scis Lebe-  
dum esse vicum desertum,  
neque ego recusam illuc vive-  
re: non tamen auctor tibi  
sum, ut in hoc oppidulo,  
aut alia urbe etiam amari-

fima consistas tædii vitandæ  
causa, parum enim hoc te  
juvabit, &c. Vel ita ut ea di-  
cantur a Bullatio in hanc  
sententiam. O Horati, no-  
sti, quam tenuis sit vicus  
Lebedus; tamen illic solus  
manere malim, quam Ro-  
mam redire. Respondet Ho-  
ratius. Quamvis molestiæ  
multum, & periculi adieris  
in itinere, consultius tamen  
faceris, Romam si redas,  
neque Lebedi consistas. Sic  
viator, qui Romam ex urbe  
Capua petit, licet aspersus  
sit imbre, ac luto, & in cau-  
pona reficiatur, non vult  
tamen in caupona perpetuo  
vivere, sed ea relicta Ro-  
mam ire perget: qui mole-  
sto frigore laboravit, & sur-  
no se, balneisque calefecit,  
non consistit in balneis, qua-  
si hoc satis esset ad felicita-  
tem; sic tu quamvis nau-  
fragium in Ægeo mari feceris,  
non tamen debes ven-  
dere tuam navim trans ma-  
re, & Lebedi manere, quasi  
felix ibi futurus, aut in alta  
aliqua insula, & urbe vic-  
ina: nam Rhodus, Mitylene,  
&c. non magis conferunt ad  
beatam vitam, quam ignis  
lyculentus ætate, qui tunc  
nihil juvat, quam crassa, &  
villosa vestis solstitio, que  
tunc est incommoda. Legi-  
tur in antiquis libris: Scis

Lebe-



Fidenis vicus: tamen illic vivere vellem;  
 Oblitusque meorum, obliviscendus & illis,  
 Neptunum procul e terra spectare furentem.  
 Sed neque qui Capua Romam petit imbre lutoque  
 Aspersus, volet in caupona vivere; nec qui  
 Frigus collegit, furnos, & balnea laudat,  
 Ut fortunatam plene præstantia vitam.  
 Nec si te validus jactaverit Auster in alto,  
 Idcirco navem trans Ægæum mare vendas.  
 Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit,  
 quod

Penula solstitio, campestre nivalibus auris,  
 Per brumam Tiberis, sextili mense caminus: |  
 Dum licet, & vultum servat fortuna benignum  
 Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos  
 absens.

Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam,  
 Grata sume manu, nec dulcia differ in annum:  
 Ut quocumque loco fueris, vixisse libenter  
 Te dicas. Nam si ratio, & prudentia curas,  
 Non locus, effusi late maris arbiter, aufert;

*Lebedus quid sit?* Quasi loqueretur Bullatius, tum responderet Horatius? *Est Gabiis defertior vicus*, mox Bullatius pergeret: *tamen*, &c. denique Horatius: *sed neque*, &c.

*Gabiis*. Gabii Volscorum, Fidenæ Latinorum vicus.

*Meorum*. Propinquorum, affinum.

*Rhodos*. Insula in Mari Carpathio, e regione Ciliçie, ad meridiem Asiæ minoris.

*Mitylene*. Urbs primaria Lesbi.

*Solstitio*. Mensibus Junio, & Julio, quibus sol stare, & ad signa australia, nisi lente redire, non videtur. Hic solstitium æstivum intelligitur: est enim etiam hiber-

num.

*Penula*. Vestis villosa, contra imbres.

*Campestre*. Vestis rara, & levis, subligaculum: illa utebantur, cum exercebant corpus in campo Martio: hinc vestis nomen.

*Tiberis*. Natatio in Tiberi, qui Romam præterfluit.

*Sextili*. Augusto: quia a Cæsare Augusto ita dictus est, cum antea sextilis vocaretur, quia sextus est a Martio, a quo annus olim inchoabatur.

*Fortunaveris*. Fortunatam dederit.

*Locus maris arbiter*. Aliqua insula, aut urbs in maritimo littore, quæ mare late effusum quasi pro imperio, & arbi-

Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Strenua nos exercet inertia: navibus atque  
 Quadrigis petimus bene vivere. Quod petis,  
 hic est,

Est Ulubris, animus si te non deficit æquus.

& arbitrio arcet, frænatque.  
 Est autem sententia, si curas  
 adimere nobis sola prudentia  
 potest, & ratio, non locus,  
 qui trans mare fugiunt, ut  
 curas quasi fugiant; fallun-  
 tur, & quamvis cœlum mu-  
 tent, animum tamen curis  
 perinde vexatum retinent,  
 & ubique secum deportant.

Cœlum. Cœli aliquam, &  
 solis regionem.

Strenua, &c. Agimus, &  
 laboramus plurimum, ut ni-  
 hil agamus, inertes sumus,  
 quia non quærimus felicitate-

tem, ubi est, laboris, ac  
 virtutis tædio, & simul stre-  
 nui, atque agiles sumus, qui  
 eam ibi quærimus operose,  
 ubi non est.

Navibus atque quadrigis.  
 Proverbium, id est, summa  
 contentione, terra, marique.

Quod petis. Beatam vitam.

Hic est, Ubi vivis, ubi  
 sis.

Ulubris. In vico Campa-  
 niæ deserto.

Æquus. Rationi obediens,  
 perturbacione vacuus.

EPISTOLA XII.

Iceium monet, ut suo contentus sit: ejus fruga-  
 litatem, ac philosophiæ studium laudat: rogat  
 ut Grosphum in amicis numeret: denique de  
 Romanis rebus, quæ tunc gerantur, eum obiter  
 certiozem facit.

**F**ructibus Agrippæ Siculis, quos colligis,  
 Icci,

Si recte frueris, non est ut copia major  
 Ab Jove donari possit tibi. Tolle querelas;

Fructibus, &c. Ordo est,  
 Icci, si recte, si pruden-  
 ter, & moderate frueris fru-  
 ctibus Siculis Agrippæ, id-  
 est, si recte uteris pecunia,  
 quam lucraris colligendis in  
 Sicilia fructibus agrorum M.  
 Agrippæ, cujus procurator

es, non est, id est, fieri non  
 potest, non licet, ut mayo-  
 rem copiam, & abundan-  
 tiam, majores divitias Jupi-  
 ter ipse tibi dare possit.

Querelas. De paupertate  
 sua Iceius sæpe querebatur.

Cul

Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus  
 Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil  
 Divitiarum poterunt regales addere majus.  
 Si forte in medio positus, abstemius, herbis  
 Vivis, & urtica: sic vives protinus, ut te  
 Confestim liquidus fortunæ rivus inauret.  
 Vel quia naturam mutare pecunia nescit,  
 Vel quia cuncta putas una virtute minora.  
 Miramur si Democriti pecus edit agellos,

*Cui rerum, &c.* Qui habet ea, quibus uti possit.

*Si forte, &c.* Si autem inter illas opes, quæ tibi suppetunt, & quæ in medio positæ, idest in manibus, in promptu sunt, vivis herbis, & leguminibus, abstemius, idest vino etiam abstinens, & frigidam bibens, crede mihi sic vivens protinus, idest, si sic viveres porro non lautius te haberes, ut te &c. idest, quamvis te fortuna totum faceret aureum, rivo te aureo mergeret, opibus cumlaret. *Protinus* hoc in loco non significat statim sed deinceps, postea, sic deinceps perges vivere, ut coepisti, quamvis ditescas.

*Abstemius.* A verbo abstinere, & temetum, quæ vox antiqua vinum significat.

*Vel quis.* Vel quia naturam hominum non potest mutare pecunia, nec efficere ut tu, qui es parvus, & avarus, laute, atque indulgenter te tractares, vel quia Stoicus cum sis, frugalitatem diligis, & vitam beatam non in lauto victu, & deliciis: sed in una virtute sitam putes, cui cætera posthabenda censes: videtur hæc joco dicere.

*Miramur si, &c.* Philosophum studium multo magis

In te, quam in Democrito admiror; neque enim mirum valde est, si ille suos agellos sineret depasci, & comedi a pecore alieno, & vicinorum gregibus, si rei domesticæ curam omnem abjiceret, dum ipsius animus quasi a corpore separatus procul erat, abditus nimirum in rerum naturalium contemplatione, tu vero inter tot occupationes, in tanta lucri faciendi, & augendæ rei aviditate, quæ sua scabie, & contagio hominum animos inficere solet, ac terræ affigere, tamen sapientiæ, quæ nihil est excelsius, deditus es, ac lutulentam humum spernens erigit te ad sublimes curas, & quæris, quibus de causis fiat, ut mare intra certos terminos, & ripas compescatur, unde orientur anni tempora, quibus veluti temperatur, &c. hoc certe admirandum est.

*Democriti.* Fuit ille Philolophus insignis, qui res humanas ridere perpetuo solebat, tantoque stagarat studio philosophiæ, ut oculis ipse se orbaverit, patrimonium neglexerit, suosque agellos alienis pecudibus depascendos permiserit, quo liberius illi vocaret.

*Cul-*

Cultaque, dum peregre est animus sine corpore  
velox;

Cum tu inter scabiem tantam, & contagia lucri,  
Nil parvum sapias, & adhuc sublimia cures:

Quæ mare comescant causæ: quid temperas  
annum:

Stellæ sponte sua, jussuque vagentur, & errent:  
Quid premat obscurum Lunæ, quid proferas  
orbem:

Quid velit, & possit rerum concordia discors:  
Empedocles, an Stertini deliret acumen?

Verum seu pisces, seu porrum, & cæpe truci-  
cidas,

Utere Pompejo Grospho, & si quid patet, ultro  
Deter: nil Grosphus, nisi verum orabit &  
æquum.

Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid  
deest.

*Culta.* Rura exalta, fer-  
tiles agros.

*Jussa.* Alicujus nutu, ac  
jussu. Quærant, ac disputant  
philosophi, an astra innato  
motu agantur, an adscititio,  
& ab intelligentiis, ut ajunt,  
impresso.

*Premas.* Abscondat, mi-  
nuat.

*Proferas.* Promat, illu-  
stret. amplificet.

*Concordia.* Elementorum  
inter se oppositorum conspi-  
ratio ad commune bonum or-  
bis, & discors concordia.

*Empedocles.* Philosophus  
Agrigentinus in Sicilia, &  
Poeta bonus: homo pertina-  
cissima iracundiæ fuit, adeo  
ut vitam sine inimicis puta-  
ret sibi nullam esse, itemque  
arrogantissimæ superbiæ, qui  
ut Deus haberetur, in Æt-  
nam ardentem insiluit, ut,  
cum nusquam appareret, su-  
blatus in sydera putaretur.

Vide artem Horatii poeticam  
sub finem.

*Stertini.* Philosophus Stoi-  
cus fuit, celeberrimus Horatii  
tempestate. De quo plura Sa-  
tyra 3. Lib. 2.

*Seu pisces, &c.* Seu lau-  
te vivis, seu parce, ac du-  
citer.

*Trucidat.* Ridet clam Py-  
thagoram, qui ipse fabis, &  
porris latere animas homi-  
num distabat.

*Utere.* Familiariter utere.

*Verum.* Bonum, & hone-  
stum.

*Vilis, &c.* Facile, ac par-  
vo sumptu comparantur ami-  
ci cum viris bonis deest ali-  
quid, tum enim illis bene-  
facere licet, eosque sic ami-  
cos sibi comparare, & quasi  
parvo emere, quis nihil nisi  
æquum, legitimum, & sum-  
mojestiæ probitatisque con-  
gruens postulant; tum ambi-  
tiosi, avari, &c. non sunt.

T. G. M.

Ne tamén ignores, quo sit Romana loco res :  
 Cantaber Agrippæ, Claudii virtute Neronis  
 Armenius cecidit : Jus, imperiumque Phraates  
 Cæsaris accepit genibus minor. Aurea fruges  
 Italix pleno diffudit Copia cornu.

*Cantaber*. Cantabri, populi Hispaniæ, ceciderunt, idest domiti sunt virtute, ac fortitudine Agrippæ. Vide Oden. 4. lib. 2. Ad Armenios missus fuerat ab Augusto Tiberius, ut isti regno Tigranem præficeret, anno U. C. 734. Parthi armis Augusti, & fama territi signa Crasso erepta restituerunt. Vide indicem secundum Odarum, illis præfixum in libri limine, ad annum 791.

*Phraates*. Rex Parthorum, qui Augusti amicitiam ultro expetivit, ei que signa Crasso erepta reddidit. Vide secundum Indicem Odarum anno 371., & Justinum l. 42.

*Genibus minor*. Provolutus in genua, idest, supplex, & humilis : non ipse Romam venit, sed e Perside misit

obsides, & legatos, qui ejus nomine ad genua Cæsaris acciderent.

*Aurea*. Besta, felix.

*Copia*. Dea abundantix.

*Cornu*. Postquam Hercules fluvium Acheloum indutum tauri forma vicit, ei cornu detraxit. quod Nymphis cum dedisset, scaturire floribus, ac frugibus cepit. Amalthea capra quædam fuit : ea Jovem puerulum a Saturno quaesitum ad necem, & latitantem cum nutriflet, Jupiter grandior factus, Nymphis, quæ suæ infantix curam habuissent, hoc præmii concessit, ut ex uno ejus capræ cornu flores, & fructus perpetui nascerentur : hinc cornucopia : hæc duplex ejus origo in fabulis prodita est.

## EPISTOLA XIII.

*Vinnium admonet, ut in offerendis suis Augusto carminibus rationem temporis, ac decoris habeat.*

**U**T proficiscentem docui te sæpe, diuque,  
 Augusto reddes signata volumina, Vinni,  
 Si validus, si lætus erit, si denique poscet :  
 Ne studio nostri pecces, odiumque libellis,

*Signata*. Obfignata, involuta, sigillo meo addito.

*Validus*. Sanus.

*Studio*. Benevolentiam si-

gnificatione intempestiva, immodica.

*Odiū importes, &c* Ne facias, ut illi displiceant mei libri.

Sedulus importes, opera vehemente, minister.  
 Si te forte meæ gravis uret sarcina chartæ,  
 Abjicito potius, quam quo perferre juberis  
 Clitellas ferus impingas, Afînæque paternum  
 Cognomen vertas in risum, & fabula fias.  
 Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.  
 Victor propositi simul ac perveneris illuc,  
 Sic positum servabis onus, ne forte sub ala  
 Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum,  
 Ut vinola globos furtivæ Pyrrhia lanæ,  
 Ut cum pileolo soleas conviva tribulis;  
 Ne vulgo narres te iudavisse ferendo  
 Carmina, quæ possunt oculos, auresque morari  
 Cæsaris. Oratus multa prece, nitere porro.  
 Vade, vale, ne titubes, mandataque frangas.

libri, & minus grati, accidant, dum tu nimiam adhibes diligentiam, & operam in iis tradendis, & commendandis.

*Minister.* Dum operam in ea re mihi navas, mandata mea exequeris.

*Ures.* Vexabit: si gravior tibi videbitur.

*Abjicito, &c.* Relinque potius hanc sarcinam medio in itinere, quam tuam rusticæ, & inepte offeras.

*Clitellas, &c.* Sarcinam librorum, quasi clitellæ infar feri, idest asini, aut equi fatigati excutias, eam terræ impingendo, & quasi sub onere corruendo: ex eo enim arriperent homines ansam tui ridendi, & cum pater tuus vocetur Vinnius Afella, dicendi, nihil te alienum a tuo cognomine fecisse, clitellas Afini more impingendo.

*Fabula.* Jocus, ludibrium.

*Lamas.* Lacuæ, fossas in agris, & aquarum receptacula.

*Victor propositi.* Voti compos, itinere absoluto.

*Illic.* Romam.

*Sic.* Ita gestabis, ut ne sub ala portes. Vel ista particula sic ostendit gestum aliquem, quo significat Horatius Vinnio, quomodo gestari ab eo libros velit. En, inquit, vide me, sic pone onus.

*Globos, Spherulas e. lana in orbem involutas.*

*Furtivæ.* Furto raptæ.

*Tribulis.* Qui est ex eadem tribu: ut solent plebej ex eadem tribu e convivio, quo se invicem acceperunt, redire gestantes pileolum, & soleas præ manibus. Pileolo tutabantur caput contra ferotinam auram, cum redibant domum a cœna: Soleas portabant, quibus uterentur accumbentes, ne lectulos lutulentis calceis inquinarent.

*Morari.* Tenere, delectari.

*Oratus, &c.* Hæc oro te, ut observes omnia, & implere porro nitaris.

T a Villi

## EPISTOLA XIV.

*Villicum suum carpit, quod urbanam vitam præferat rusticæ: cujus desiderio quare ipse teneatur, ostendit.*

**V** Illice sylvarum, & mihi me reddentis agelli;  
 Quem tu fastidis, habitatum quinque focis, &  
 Quinque bonos solitum Bariam dimittere patres:  
 Certemus, spinas animone ego fortius, an tu  
 Evellas agro, & melior sit Horatius, an res.  
 Me quamvis Lamix pietas, & cura moratur  
 Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis  
 Insolabiliter; tamen isthuc mens animusque  
 Fert, & amat spatii obstantia rumpere claustra.  
 Rure ego viventem, tu ducis in urbe beatum:  
 Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors.

*Villico.* Villicus est, qui villam, & servorum opus in ea facientium curam gerit.

*Mibi me, &c.* Homines urbani tot negotiis officisque districti sunt, vix ut sint sui; vacant aliis, non sibi; eos sibi restituit villa, otium.

*Quem us, &c.* Quem agellum, quod prædium tu fastidis, licet quinque in eo familiarum sint, ac soleant ex eodem eligi quinque patres, id est viri grandiores, & Bariam (legunt aliqui Variam) vicinum in Sabinis oppidum, mitti ad commune Sabinorum consilium, & conventum, ut deliberent, pronuntientque de negotiis agriculturæ, aut regionis illius.

*Focis.* Domibus, seu familiaribus distinctis, & majoribus.

*Res.* Ager, Villa.

*Lamix.* Ælius Lamia civis nobilissimus, de quo vi-

de Oden 12. lib. 3. *Ælii vetusto.*

*Moratur.* Detinet Romæ.

*Isthuc.* Ubi es, rus.

*Fert.* Me animus rapit rus, feror huc totus desiderio, & cogitatione.

*Claustra.* Gestio rumpere omnia, quæ me Romæ tenent, ne rus evolem, impedimenta, tanquam repagula obstantia, & obstructa arceo. In area spatiosa, ubi decurrebant quadrigæ, erant septa quædam lignea, quibus apertis resiliabant currus. Carceres vulgo vocabantur.

*Cui placet, &c.* Nempe sua fors est illi odiosa, cui placet fors alterius: uterque culpatur, & accusatur locum, in quo est, qui tamen est immeritus, id est, minime culpam meretur; reus non est, non est in causa, cur alteri sua fors displiceat, placeat fors alterius, & locus.

*Media-*

Stultus uterque locum inmeritum causatur inique:  
 In culpe est animus; qui se non effugit unquam:  
 Tu mediastinus tacita prece rura petebas:  
 Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas.  
 Me constare mihi scis, & discedere tristem,  
 Quandocumque trahunt invisa negotia Romam.  
 Non eadem miramur: eo disconvenit inter  
 Meque, & te: nam quæ deserta, & inhospita  
 resqua

Credis, amœna vocat mecum qui sentit, & odit  
 Quæ tu pulchra vocas. Fornix tibi, & uncta  
 popina

Incutiunt urbis desiderium, video, & quod  
 Angulus iste feret piper, & thus, ocyus uva:  
 Nec vicina subest vinum præbere taberna  
 Quæ possit tibi: nec vilis tibicina, cujus  
 Ad strepitum salias terræ gravis: & tamen urges  
 Jam pridem non tacta ligonibus arva, bovemque  
 Disjunctum curas, & strictis frondibus explens;  
 Addit opus pigro rivus, si decidit imber,  
 Multa mole docendus aprico parcere prato.  
 Nunc, age, quid nostrum concentum dividat,  
 audi.

*Mediastinus.* Cum esses  
 Urbe servus infimæ notæ.  
 Mediastini servi dicebantur,  
 qui erant in medio velut o-  
 mnibus expositi, non certo  
 additi officio, & muneri, ac  
 proinde viliores.

*Constare mihi.* In eadem  
 semper esse sententia.

*Miramur.* Magni facimus,  
 & cupimus.

*Et.* Idcirco.

*Tesqua.* Loca aspera, in-  
 culta, hospitibus vacua.

*Qui.* Quicumque.

*Uncta,* Pinguis.

*Et quod, &c.* Accedit fi-  
 la, cur suspires urbem, cau-  
 sa, quod ager meus, ut ais,  
 est sterilis, qui citius piper,  
 thus, & aliud quidvis ferat,  
 quam vinum. Tu vero uvas

pro ceteris fructibus amas.

*Subest.* Prope est, vicina  
 est.

*Salias.* Saltes incomposi-  
 tis motibus.

*Urges.* Collis, exerces.

*Disjunctum.* Ab aratro,  
 & socio bove, morbi causa  
 separatum, & stabulo inclu-  
 sum.

*Strictis.* Decerptis manu.

*Aprico,* Patenti, soli ex-  
 posito.

*Parcere.* Non nocere, non  
 effundi supra ripas: coerces  
 autem illum objectis molib-  
 bus, idest, aggeribus, humo  
 congesta, saxis, &c.

*Quid, &c.* Cur non con-  
 cinamus, conveniamus, idem  
 sentiamus.

T 2 *Quæ.*



Quem tenues decuere togæ, nitidique capilli;  
 Quem nosti bibulum media de luce Falerni,  
 Cœna brevis juvat, & prope rivum somnus  
 herba;

Nec luisse pudet, sed non incidere ludum;  
 Non isthic obliquo oculo mea commoda quisquam  
 Limat: non odio obscuro, morfuque venenat.  
 Rident vicini glebas, & saxa moventem.  
 Cum servis urbana diaria rodere mavis:  
 Horum tu in numerum voto ruis. Invidet  
 usum

Lignorum & pecoris tibi calo argutus, & horti.  
 Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.  
 Quam scit uterque libens, censebo, exerceat  
 artem.

*Quem, &c.* Ego, quem olim juvabat bene pexum aut tozatum esse, quem scis fuisse bibulum potorem Falerni ab ipso meridie, nunc juvor cœna brevi, &c.

*Luisse.* Genio indulgisse olim.

*Incidere.* Finire, abrumperere.

*Isthic.* Ruri.

*Limas.* Oculis obliquis spectat, ut solent invidi: limus enim nomen adjectivum, idem est, ac obliquus, transversus.

*Venenas.* Quasi veneno inficit, maledico dente carpens.

*Rident.* Gratulantur mihi, & applaudunt, vel cavillantur.

*Cum servis.* &c. Tu cum servis urbanis scilicet, mavis ea cibaria consumere, quæ ipsis dantur in singulos dies. Diarium alias significat etiam

Ephemeridem: hoc in loco est victus unius diei.

*Voto ruis.* Desiderio raperis.

*Invidet.* &c. At contra Calo, idest servus urbanus qui ad ligna comportanda, & alias res id genus, adhibetur, tum felicitati invidet, te beatum esse putat, quia habes affatim ligna, quibus utaris, hortum, pecus, &c.

*Argutus.* Ingeniosus licet, ac honestior, quales illi urbani servi.

*Calo.* Sat. vi. lib. i.

*Optat,* &c. Sic bos, ut fert fabula, optat equi sortem, equus bovis: ego censeo, ut se sua quisque in arte, & forte contineat. Ephippium est vel ornamentum equi, tapes, v. g. quo insternitur, vel sella ejus dorso ad sedendum commodius imposita.



## EPISTOLA XV.

*Veliam, & Salernum valetudinis causa profecturus, quærit ab amico suo Valla, cui hæc regio notissima erat, quæ copia, & facultas ibi sit ad laute vivendum.*

**Q**UÆ sit hyems Velix, quod cœlum, Valla, Salerni, Quorum hominum regio, & qualis via; nam mihi Bajæ

Musa supervacuas Antonius, & tamen illis Me facit invitum, gelida cum perluor unda Per medium frigus. Sane myrteta relinqui, Distaque cessantem nervis elidere morbum

*Quæ sit hyems, &c.* Sensus inchoandus est a versu 25. Par est te nobis scribere, me tibi credere, quæ sit hyems Velix, &c.

*Velix.* Velia, & Salernum sunt Italiæ extremæ oppida maritima. Salernum quidem in sinu Pæstano, qui Putolanum sinus proxime sequitur, inter Campaniam, & Lucaniam: Velia vero in ipsa Lucania prope promontorium Palinurum.

*Quorum, &c.* Quibus utentium moribus.

*Nam mihi, &c.* Subaudi, dicit esse.

*Musa.* Antonius Musa medicus præstantissimus Augustum gravi ac periculoso morbo liberaverat, ingenti donatus pecunia, sibi jus aureorum annulorum, & universo medicorum ordini vacationem, immunitatemque a publicis oneribus adeptus est. Augustum porro frigidis aquis curavit, cum calidis, & Bajæ alii medici nihil prof-

cissent: idem ille Horatio suaserat, Bajæ ante adire solito, ut frigidis aquis, ac marinis uteretur. Itaque Horatius sollicitè de Velia, & Salerno, maritimis oppidis, inquit.

*Illis.* Bajæ aquis.

*Invisum.* Oderunt me Bæjæ, incolæ Bajarum, quod aquas frigidæ potiores calidis suis putem.

*Per medium frigus.* Hyeme.

*Myrteta.* Loca myrtis in litore Bajano consista.

*Relinqui.* Multum auctoritatis, & gratiæ Bajæ, antea celeberrimis ob calidæ aquas, Antonius Musa detraherat.

*Distaque.* Et aquas sulfureas, quæ iactabantur nervos elidere, & expellere morbum cessantem, & pigrum, idest, podagram, & alios id genus morbos, qui humore viscoso motum præpediunt. Cessare est torpere, nihil agere.

Sulfura contemni, vicus gemit invidus agris,  
Qui caput, & stomachum supponere fontibus au-  
dent

Clusinis, Gabiosque petunt, & frigida rura.  
Mutendus locus est, & diverforia nota  
Præter agendus equus. Quo tendis? Non mihi  
Cunas

Est iter, aut Bajas, læva stomachosus habena  
Dicet eques (sed equi frænato est auris in ore)  
Major utrum populum frumenti copia pascat;  
Collectosne bibant imbres, puteosne perennes  
Dulcis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ:  
Rure meo possum quidvis perferre, patique;  
Ad mare cum veni, generosum & lene requiro,  
Quod curas abigat, quod cum spe divite manes  
In venas, animumque meum; quod verba mi-  
nistret;

Tractus uter plures lepores, uter educet apros.

*Vicus. Bajanus.*

*Invidus.* Offensus, invidens.

*Supponere.* Abluebant a-  
gras corporis partes aquis sa-  
lubribus, ut hodie fit.

*Audens.* Videtur enim  
periculosam ablui frigida per  
hyemem.

*Clusinis.* Quorum sunt  
aquæ frigida: Clusium Etru-  
riae oppidum. Gabii vicus  
Latinorum, de quo Episto-  
la XI.

*Nota.* Cum olim Bajas pe-  
teram.

*Præteragendus.* Ultra Ba-  
jas agendus, præter notas ta-  
bernas ducendus.

*Quo tendis?* Verba equitis  
Horatii præteragentis equum  
& alloquentis. Quo mihi abis  
dexter? non peto Cunas,  
aut Bajas. Quamquam frustra  
equus istis verbis admonetur,  
qui non tam audit verba,  
quam frænum, & habenas.

*Læva, Habenas detorquens*  
ad sinistram. Capuam enim,  
ac Neapolim, a Roma profi-  
ciscentibus, & inde Veliam,  
ac Salernum euntibus, finis,  
& vicus Bajanus ad dexte-  
ram est.

*Stomachosus.* Equo cun-  
stanti, & reluctanti succen-  
sens.

*Major, &c.* Ubi sit major  
frumenti copia, Velix, an Sa-  
lerni.

*Collectos.* In cisternis, &  
lacunis,

*Perennes.* Jugiter manan-  
tes, fontanas;

*Moror.* Curo, alia vina  
volo, nempe generosa.

*Quidvis.* Quodlibet vi-  
num, vel pessimo contentus  
sum.

*Cum spe, &c.* Vinum  
audaces facit, ac bona spe  
implet.

*Verba.* Disertum me faciat.

*Tractus.* Ager, regio.

*Echi-*

Utra magis pisces, & echinos æquora celent:  
Pinguis ut inde domum possim, Phæaxque re-  
verti;

Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.  
Mænius, ut rebus maternis, atque paternis  
Fortiter absumptis, urbanus cœpit haberi,  
Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret;  
Impransus non qui civem dignosceret hoste;  
Quælibet in quemvis opprobria fingere sævus,  
Pernicies, & tempestas, barathrumque macelli,  
Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro.  
Hic, ubi nequitix fautoribus, & timidis nit,  
Aut paulum abstulerat, patinas cœnabat omasi  
Vilis & agnina, tribus uris quod satis esset:  
Scilicet ut ventres lamna candente nepotum

*Echinos.* Pisciculi sunt e  
cancrorum genere, pilis qui-  
busdam, & setis, ut spinis,  
obfiti.

*Phæax.* Similis Phæacibus  
Corcyra populis mollibus,  
& voluptuariis, idest, obe-  
sus & bene habitus. Vide  
Epist. 2.

*Us.* Postquam.

*Fortiter.* Impigre, stre-  
nue.

*Rebus.* Opibus.

*Urbanus.* Facetus homo,  
risum movens ad captandas  
divitum in urbe mensas.

*Scurra.* Qui jocos illibe-  
rales jactat.

*Vagus.* Nulli certæ men-  
sæ addictus.

*Præsepe.* Domum statam,  
& certam, ubi cubaret.

*Impransus, &c.* Adeo fu-  
riosus, cum jejunus erat,  
ut in cives, perinde ac si  
hostes fuissent, sæviret ver-  
bis.

*Hoste.* Hostem veteres la-  
tini exterum quemlibet, ac  
peregrinum vocabant.

*Barathrum.* Instar voraci-  
sima omnia absorbens obfo-

nia.

*Quæsierat.* Lucrifecerat  
sua scurrilitate.

*Avaro.* Infatiabili, om-  
nia, ut avari solent, con-  
gerenti.

*Hic.* Idem ille Mænius,  
ubi nihil aut parum corra-  
serat pecuniæ ab illis, qui  
nequitia & luxuria favere  
solent, nempe prodigis, &  
helluonibus, aut ab avaris,  
& parcis, qui timidiore, &  
lentiores in dando sunt, con-  
tentus erat cibus vilissimis,  
v. gr. omaso, ( sunt intesti-  
na pecudum, ) & agnina  
carne, ac ventrem plebeis  
istis obsoniis implebat: tum  
de ista sua frugalitate sibi  
plaudens, tanquam sapiens,  
& emendatus homo, dicebat  
nepotum, idest, dissoluto-  
rum, & helluonum ventres  
urendos esse lamina, & ferro  
ardenti, ut ponas intempe-  
rantiam suæ luerent.

*Tribus, &c.* Idest tantum  
ex illis cibus devorans, quan-  
tum sufficisset tribus uris  
alendi.

T 5 Verro-

Diceret urendos, correctus. Mænius idem  
 Quidquid erat nactus prædæ majoris, ubi omne  
 Verterat in fumum, & cinerem, non hercule  
 miror,

Ajebat, si qui comedunt bona; cum sit obeso  
 Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla.  
 Nimirum hic ego sum: nam tuta & parvula  
 laudo,

Cum res deficiunt, satis inter vilia fortis.  
 Verum, ubi quid melius contingit, & unctius,  
 idem

Vos sapere, & solos ajo bene vivere, quorum  
 Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

*Verterat, &c.* Decoverat, absumperat.

*Hercule.* Pro: ita me Hercules adjuvet. Non miror, inquiebat, esse homines, qui laute vescendo suas opes male perdant, &c.

*Obeso.* Pingui.

*Vulva.* Suilla scilicet, ventre, & mamillis porcæ, mensarum tunc deliciis.

*Hic ego, &c.* Talis sum

Mænio simillimus.

*Tuta, & parvula.* Cœnas frugales, quæ non sunt obnoxiz invidiz, quæ fortunæ non dilapidant.

*Unctius.* Lautius.

*Nitidis.* Benè cultis.

*Villis.* Unde magni fructus, & proventus: census in prædiis, & agris fundatus, est certior & tutior.

## EPISTOLA XVI.

*Agri sui fortunam, situm, commoda Quintio describit; monet eum subinde, ut vir esse bonus, quam audire, malit; quis vir sit bonus, fuisse docet.*

**N**E percuncteris, fundus meus, optime Quinti,  
 Arvo pascat herum, an baccia opulentet  
 olivæ,

*Quinti.* Quintius ille, ut apparet, Hirpinus est, ad quem extat Ode 8. lib. 2. Quintia gens erat apud Romanos nobilissima.

*Arvo.* Agro sativo, segete, & frumento. Legitur etiam *Ervo*, quod genus est leguminis.

*Ami-*

Pomisne, & pratis, an amicta vitibus ulmo  
 Scriberetur tibi forma loquaciter, & situ, agri.  
 Continui montes, nisi dissocientur opaca  
 Valle: sed ut veniens dextrum latus aspiciat Sol,  
 Lævum discedens curru fugiente vaporet.  
 Temperiem laudes. Quid si rubicunda benigne  
 Corna vepres & pruna ferant, si quercus, &  
 ilex

Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra  
 Dicas adductum propius frondere Tarentum.  
 Fons etiam rivo dare nomen idoneus; ut nec  
 Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus,  
 Infirmo capiri fuit utilis, utilis alvo.  
 Hæ latebræ dulces, etiam, si credis, amœnæ  
 Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.  
 Tu recte vivis, si curas esse, quod audis.  
 Jactamus jampridem omnis te Roma beatum.  
 Sed vereor, ne cui de te plus, quam tibi credas:  
 Neve putes alium sapiente, bonoque beatum.  
 Neu, si te populus sanum, recteque valentem  
 Distitet, occultam febrem sub tempus edendi

*Amicta.* Adjunguntur ul-  
 mis vites, ut consistant, &  
 iis vites quasi amiciuntur,  
 idest induuntur.

*Loquaciter.* Fulse.

*Continui.* Illum ambirent  
 omni ex parte montes, nisi  
 tamen essent disjuncti, &  
 separati valle umbrosa, cu-  
 jus dextrum latus sol oriens  
 collustrat.

*Laudes.* Laudare jure pos-  
 sis, cœlo utitur ita tempe-  
 rato, ut merito eam ob rem  
 laudari debeat.

*Benigne.* Large.

*Fruge.* Glande.

*Juvas.* Foveat, delectet.

*Dicas.* Si amœnitatem lo-  
 ci spectes, diceres illuc ad-  
 ductas esse valles Tarentinas  
 amœnissimas: videre te illas  
 credas. Tarentum porro est  
 urbs in Calabria Italiae extre-

ma parte ad meridiem, non  
 procul Brundisio.

*Idoneus.* Idest, tanta fluens  
 copia, ut rivum efficiat,  
 eumque nobilem, & suo ap-  
 pellatum certo nomine. Di-  
 gentiam alibi vocat.

*Ut nec, &c.* Adeo ut He-  
 brus, Thraciæ fluvius, non  
 sit frigidior, & purior.

*Thracam.* Thraciam, quæ  
 pars est Europæ supra Ma-  
 cedoniam.

*Infirmo capissi.* Utilis ad  
 leniendos capitis dolores.

*Septembribus.* Cum autu-  
 mnus affert morbos.

*Tibi.* Tux conscientiam  
 judicio, ac testimonio.

*Alium sapiente.* Alium a  
 sapiente, alium, ac eum qui  
 vir sapiens, bonusque sit.

*Sub.* Paulo ante.

T 6 Un.

*Diffimules*, donec manibus tremor incidat unctis.  
*Scalorum incurata pudor malus ulcera celat.*  
*Si quis bella tibi terra pugnata marique*  
*Dicat, & his verbis vacuas permulceat aures:*  
*Tene magis saluum populus velit, an populum tu,*  
*Servet in ambiguo, qui consulit & tibi &*  
*urbi,*

*Jupiter: Augusti laudes agnoscere possis?*  
*Cum pateris sapiens, emendatusque vocari,*  
*Respondeſne tuo, dic sodes, nomine? nempe*  
*Vir bonus, & prudens dici delector ego, ac tu.*  
*Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: ut ū*  
*Detulerit fasces indigno, detrahet idem.*  
*Pone, meum est, inquit: Pono, tristisque recedo:*  
*Idem si clamet furem, neget esse pudicum,*  
*Contendat laqueo collum pressisse paternum:*  
*Mordear opprobriis falsis, mutemque colores?*  
*Falsus honor juvat, & mendax infamia terret,*  
*Quem, nisi mendosum, & mendacem? vir bo-*  
*nus est quis?*

*Unctis.* Obtractatos cibos.

*Incurata.* Quibus nihil adhibent curationis, & medicinae, quia vitioso pudore ducti, ea celant, ac dissimulant.

*Tibi pugnata.* A te esse pugnata, fuisse gesta, dicat.

*Vacuas.* Apertas adulationi.

*Tene.* Ordo est: Jupiter, qui tibi & urbi consulit providetque, hoc semper incertum esse velit, an populus malit te saluum, & incolumen esse, quam tu populum.

*Possis.* Certe hae verba non tibi convenire, sed Augusto facile agnosces.

*Sapiens.* Te sapientem vocari: Graeca imitatio.

*Tuo nomine.* Quasi tibi hoc proprie dicatur, & non alteri.

*Qui dedit hoc, &c.* Qui

tibi hoc praclarum sapientiae, & probi nomen hodie dedit, tam facile cras auferet, quam imperia, & magistratus, &c. Negat laudibus populi credendum, quia levis, & inconsultus est.

*Fasces.* Consulatum, Praeturam, honores.

*Meum est.* Voces populi, depone, inquiet populus, hunc magistratum; est enim mei juris, & arbitrii, ad me ille pertinet, meis illum suffragiis defeto, cui volo.

*Mordear.* An cruciari debeo, &c.

*Colores.* Vultum: an expallescam? an erubescam? neutquam sane, quia non sum mihi conscius istorum scelerum.

*Mendosum.* Vitiosum.

*Mendacem.* Falsum, deceptum, verae gloriae ignorantem.

*Qui?*

Qui consulta patrum, qui leges, juraque servat  
 Quo multæ, magnæque secantur iudice lites;  
 Quo responfore, & quo causæ teste tenentur?  
 Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota  
 Introrsum turpem, speciosum pelle decora.  
 Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat  
 Servus; Habes pretium, loris non ureris, ajo.  
 Non hominem occidi: non pasces in cruce corvos.  
 Sum bonus, & frugi. Renuit, negat atque Sabellus.

Cautus enim metuit foveam lupo, accipiterque  
 Suspectos laqueos, & opertum milvius hamum.  
 Oderunt peccare boni virtutis amore:  
 Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.  
 Sic spes fallendi: miscebis sacra profanis.  
 Nam de mille fabæ modiis, cum surripis unum,

*Qui, &c.* Falsam viri boni, & eminentiam definitionem hic affert: veram, extrema epistola.

*Consulta patrum.* Senatus consulta, Curia decreta.

*Secantur.* Finiuntur, deciduntur.

*Responfore.* Responsum de lite aliqua, de qua consultus est, dante. Respondere de jure dicuntur Jurisconsulti, & eorum responsa, si peritissimi sint, legum ferre vim habent: quidam distinguunt sic. Quo res sponsore tenentur: est autem sponsor is, qui pro aliquo promittit.

*Tenentur.* Obtinentur, vincuntur.

*Introrsum, &c.* Domesticis vitiis, & libidinis infamem.

*Pelle decora.* Specie virtutis, & honestatis.

*Ureris.* Vapulas.

*Negat atque.* Et negat.

*Sabellus.* Ego Horatius, qui domus apud Sabros, in

qua regione tam saepe commemorabatur, ut se prope Sabellum factum esse dicat: Adde quod Venusia Horatii patria Sabellorum, seu Samnitium agro vicina est; vel est nomen proprium alicujus Philosophi, qui tum floreret.

*Cautus, &c.* Quamvis lupo a præda se absteat metu foveæ, non tamen idcirco meretur laudem, &c.

*Opertum.* Tectum.

*Hamum.* Escam, illicium.

*Admittes.* Sceleris committes. Negat enim esse virum bonum, qui a peccando absteat pœnæ solius metu, non amore virtutis.

*Sis spes, &c.* Si speres fore ut fallas, id est lateas, non detegaris, tunc perinde res sacras violabis, ac profanas: nihil inter utrasque discriminis pones. Porro non his alloquitur ipsum Quintium, sed unum e multis: secunda enim persona pro tertia saepe sic usurpatur.



*Dammum est, non facinus mihi pacto lenius isto,  
Vir bonus omne forum quem spectat, & omne  
tribunal,*

*Quandocumque Deos vel porco, vel bove placat:  
Jane pater, clare, clare cum dixit, Apollo,  
Labra movet, metuens audiri; pulchra Laverna  
Da mihi fallere, da justum, sanctumque videri:  
Necem peccatis, & fraudibus objice nubem.*

*Quis melior servo, quis liberior sit avarus,  
In triviis fixum cum se demittit ob assem,  
Non video; nam qui cupiet, metuet quoque:  
porro*

*Qui metuens vivit; liber mihi non erit unquam.  
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui  
Semper in augenda festinat, & obruitur re,  
Vendere cum possis captivum, occidere noli;  
Serviet utiliter: sine pascat durus, aretque,  
Naviget, ac mediis hyemet mercator in undis:  
Annona proficit, portet frumenta penusque.  
Vir bonus, & sapiens audebit dicere: Pentheu,*

*Dammum est, &c.* Mihi damnum est levius ferendum, quia est levius, at facinus tuum nihilo levius est; nam omnia peccata sunt æqualia, juxta Stoicos, quos hic Horatius alloquitur.

*Vir bonus, &c.* Bonus opinione vulgi, non re ipsa; qui nempe nihil sceleris non admittat, si speret clam fore.

*Jane.* De Jano vid. Sat. 6. lib. 2.

*Laverna.* Latronum præses Dea.

*Fallere.* Latere.

*Qui melior, &c.* Non video, quia ratione avarus dici possit melior servo, &c.

*Fixum, &c.* Pueri, ut prætereuntes ludant, solent inter viæ filices interdum figere assem, quem avarus cum colligere tentat, ridetur.

*Nam qui, &c.* Qui pecu-

niæ cupiditate laborat, cruciabitur ejusdem amittendæ metu; porro qui vivit in metu, eum liberum non putabo.

*Perdidit arma, &c.* Id est ille non est recensendus inter homines probos, & virtute præditos, qui avarus est. Metaphora sumitur a militia, in qua milites nequam, & desertores abjiciunt arma, locum, & stationem sibi attributam a duce deserunt: Dux vitæ virtus est, ea locum unicuique suum assignat, &c.

*Vendere, &c.* Ostendit eos quoque in viris bonis non esse numerandos; qui crudelitatis vitio laborent, qui cum possint captivum vendere, illum occidunt.

*Sine.* Patere.

*Durus.* Laboriosus.

*Vir bonus, &c.* Jam definit,

Rektor Thebarum, quid me perferre, patique  
Indignum coges? Adimam bona; nempe pec-  
cus, rem,

Lectos, argentum? Tollas licet. In manibus, &  
Compedibus sævo te sub custode tenebo.

Ipsè Deus, simul atque volam, me solvet. Opi-  
nor,

Hoc sentit: moriar. Mors ultima linea rerum  
est.

nit, quis vere dicendus sit  
vir bonus, nempe qui huma-  
na omnia, vitamque ipsam  
contemnit.

*Pensheu.* Fuit Rex The-  
barum, homo ferus, & in  
hospites crudelis, de quo vi-  
de Oden penultimam lib. 2.  
Fingitur illi Bacchus ab eo  
captus, aut sapiens aliquis re-  
spondere.

*Licet.* Per me licet hæc  
auferas.

*Ipsè Deus, &c.* Cum mi-  
hi libuerit, Deus me solvet

tuis vinculis, id est, Bacchus,  
si hæc in persona Bacchi di-  
cantur: si sapiens loquatur,  
sententia erit, mortem mi-  
hi asserere possum, cum volam  
quæ finem, & carceri, & re-  
bus cæteris asserit. Vide lib.  
3. *Metamorph.*

*Linea, &c.* Sumptum est  
a Circo, vel stadio, cum quæ  
humana sæpe vita comparat-  
tur; in eo locus, ubi defi-  
nit, vocabatur linea, quæ  
ducta lineâ designabatur.

## EPISTOLA XVII.

*Scævam monet, qua ratione potentiorum  
amicitia colenda sit.*

**Q**uamvis, Scæva, fatis per te tibi consulis,  
& scis

Quo tandem pacto deceat majoribus uti:  
Disce, docendus adhuc, quæ centet amicus:  
ut si

Cæcus iter monstrare velit, tamen aspice, si quid

*Per te, &c.* Sine alterius  
consilio vitam regere tuam  
prudenter ootes.

*Majoribus uti.* Vivere fa-  
miliariter cum viris te ditio-  
ribus.

*Amicus.* Horatius.

*Ut si.* Quasi si: puta esse  
cæcum me, qui tibi ocula-  
to monstrare veim iter; fa-  
teor, multo sum te imperi-  
tior, tamen, &c.

*Pro-*

Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur,  
 Si te grata quies, & primam formosus in horas  
 Delectat; si te pulvis, strepitusque rotarum,  
 Si lædit caupona; Ferentinum ire jubebo.  
 Nam neque divitibus contingunt gaudia solis.  
 Nec vixit male qui natus, moriensque fefellit.  
 Si prodesse tuis, pauloque benignius ipsum  
 Te tractare voles, accede siccus ad unctum.  
 Si pranderet olus patienter, regibus uti  
 Nollet Aristippus. Si sciret regibus uti,  
 Fastidiret olus, qui me notat. Utrius horum  
 Verba probes & facta, doce: vel junior audi  
 Cur sit Aristippi potior sententia: namque  
 Mordacem Cynicum sic eludebat, ut ajunt;

*Proprium, &c.* In propriam tuam utilitatem vertere.

*Primam.* Usque ad primam diem horam, idest, ortum solis. Laudat vitam quietam, & a nobilium consuetudine remotam, cui tamen contrariam deinde anteposit, quia utilior, quia plus artis, & ingenii postulat, quod Aristippi, & Diogenis exemplo probat.

*Caupona.* Clamores inconditi, rixæ, quibus Caupona personant, ut in urbe fit.

*Ferentinum.* Oppidum infrequens Italiae.

*Nos neque, &c.* Nos enim soli divites vitam felicem, & beatam degunt.

*Fefellit.* Latuit, obscurus, & ignotus fuit.

*Benignius.* Lantius.

*Siccus,* Panper, jejunus.

*Unctum.* Divitem, sumptuosum

*Si prodesse, &c.* Voces Diogenis illæ sunt, quibus exprobrabat Aristippo, quod mensam Regum, idest, di-

vitum captaret. Si posset Aristippus contentus esse oleribus, & tenui mensa, nollet uti regibus, idest, caret mensa, & familiaritate nobilium. Respondebat illi Aristippus. Tu, qui me notas, & carpis, o Diogenes, non viscereris oleribus, si artem scires versandi cum Regibus, quam quis ignoras, domi te cum tuis oleribus contines. Fuit Aristippus Philosophus Socratis auditor, qui cum e patria Cyrene, urbe Libya, in Græciam Philosophum perdiscendam studio proficisceretur, jussit servos aurum projicere, ut expeditiones essent ad capessendum iter.

*Audi junior.* Patere, ut doceam, cur sententiam Aristippi anteposam Diogenis sententiam. Nam ille sic refellebat Diogenem.

*Cynicum.* Philosophi quidam Cynici vocati sunt a Græca voce, quæ canem significat, quia insignis erat eorum impudentia, & obtrectans,

Scurrer ego ipse mihi ; populo tu : rectius hoc , & Splendidus multo est ; equus ut me portet , alar

Rex ,

Officium facio . Tu possis vilia rerum  
Daute minor : quamvis fers te nullius egentem .  
Omnis Aristippum decuit color , & status , & res .  
Tentantem majora , fere presentibus æquum .  
Contra , quem duplici panno patientia velat .  
Mirabor , vitæ via si conversa decebit .  
Alter purpureum non expectabit amictum ,  
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet .  
Personamque feret non inconcinuus utramque .  
Alter Miletæ textam , cane pejus & angue ,

Standi libido , qua omnes mordere , ut canes , videbantur . In iis præcipuus Diogenes fuit .

*Eludebas .* Resellebat , ridebat .

*Scurrer .* Scurram ago , risus moveo , assentator sum .

*Mihi .* In meam rem , & utilitatem , nempe , ut mihi dives det equum , quo porter , dapes lautas , quibus alar , &c .

*Populo .* Ut populo placeas , ad inanem plausum caprandum .

*Officium facio .* Fungor omni urbanitatis officio , & munere , honeste peto ea , quibus egeo , tu fordide possis , & quidem vilissimas res , teque sic minorem , & inferiorem præstas eo , qui tibi dat , quamvis referas , idest , prædices , jactites te nullius rei egere .

*Color .* Vitæ ratio , conditio . Sententia est : ad omnem se fortunæ , ac vitæ rationem accommodabat .

*Res .* Opes , census .

*Tentantem majora .* Nitebatur ille quidem ad com-

modissima quæque , & amplissima , si posset ; contentus idem tamen erat presentibus & acquiescebat in tenui fortuna , si melior non adesset .

*Quem , &c .* Contra vero ego mirabor si Diogenes decore , cum dignitate , & sapienter tolerit vitæ conditionem conversam , idest dissimilem illi , quam instituit , si , ut ajunt , abundare sciat & egere .

*Quem , &c .* Diogenes , qui pallium , quo solo erat amictus , contra frigoris vim duplicabat , Cynici quippe ut res humanas contemnere viderentur , paupertatis , ac patientis famam affectabant , adeoque duplici veste non utebantur , sed unico pallio , quod si opus foret duplicarent .

*Alter .* Aristippus .

*Utramque .* Pauperis , tenui cum veste : divitis , cum purpurea .

*Alter .* Diogenes .

*Miletæ textam .* Miletus Asiæ insula , in qua pannæ eximii texebantur .

*Cane pejus , &c .* Proverbium ,

Virabit chlamydem; morietur frigore, si non  
 Rettuleris pannum. Refer, & sine vivat ineptus.  
 Res gerere, & captos offendere civibus hostes  
 Attingit folium Jovis, & coelestia tentat:  
 Principibus placuisse viris, non ultima laus est.  
 Non cuivis homini contingit adire Corinthum,  
 Sedit, qui timuit, ne non succederet. Esto.  
 Quid? qui pervenit, fecitne viriliter? Atqui  
 Hic est, aut nusquam, quod quaerimus. Hic  
 onus horret

Ut parvis animis, & parvo corpore majus:  
 Hic subit, & perfert. Aut virtus nomen ina-  
 ne est,

Aut decus, & pretium recte petit experiens vir.  
 Coram rege suo de paupertate tacentes,  
 Plus poscente ferent: distat, summae pudenter,

bium, idest, vehementissime, canem rabiosum, aut iratum intellige.

*Res gerere.* &c. Sententia est. Si magnum est, & laude dignum res praclaras gerere, hostes bello captos per urbem in triumpho ducere, si hoc ad Jovis folium, & gloriam proxime accedit, idest, divinum quidpiam est, & coelestibus rebus simillimum, certe non contemnenda, nec minor est laus, & gloria, viris principibus placuisse, eaque non omnibus contingit, quemadmodum paucis evenit, ut in Corinthi portum navem inoffensam provehant. Erat enim aditus in portum angustior & periculosus.

*Corinthum.* Est urbe, olim amplissima, nunc exigua, in faucibus Ithmi Peloponesiaci. Vide Od. 1. l. 4.

*Sedit.* Cassavit, non tentavit.

*Qui timuit,* &c. Qui timuit, ne non placeret viris

principibus, quievit, periculum facere noluit.

*Pervenit.* Placuit, voti compos factus.

*Hic est,* &c. Id agitur; id quaeritur, ut laude dignior sit is, qui principum amicitiam prudenter colit, an ille, qui eam fugit. Patet certe illum, qui scit uti viris principibus, viriliter facere, & fortius, atque adeo recte illi praemium, & laudem deberi, quam virtuti debetur, nisi quis virtutem, rem inane esse putat, ac nullius fructus, nullius utilitatis, quod certe non ita est.

*Experiens.* Qui rem tam diffinem, quam difficilis est amicitia principum, experiri & tentare audeat, qui voti compos fit.

*Rege suo.* Divite, quem colunt.

*Plus poscente;* &c. Plura obtinebunt, & auferent ab suo rege: quam is, qui aperte poscat, seque pauperem esse clamitet.

*Pru-*

An rapias. Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.  
 Indotata mihi soror est, paupercula mater,  
 Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus,  
 Qui dicit, clamat: victum date. Succinit alter,  
 Et mihi dividuo findetur munere quadra;  
 Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet  
 Plus dapis, & rixæ multo minus, invidiæque.  
 Brundisium comes, aut Surrentum ductus amoc-  
 num

Qui queritur salebras, & acerbum frigus, &  
 imbres,

Aut cistam effractam, & subducta viatica plorat,  
 Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,  
 Sæpe periscelidem raptam sibi flentis; uti mox

*Pudenter*. Honeste, & verecunde.

*Rapias*. Extorqueas impertinens precibus.

*Rerum capus, &c.* In hoc vertitur ars illa, de qua hic agimus, hoc unum maxime necessarium est ad colendas majorum amicitias, nempe, ut nihil, aut pudenter, & modice poscas: vel, hæc est prima, & præcipua causa colendi majorum amicitias, ut aliquid lucri faciamus.

*Pascere firmus*. Qui non sufficit ad me alendum.

*Qui dicit, &c.* Qui sic cum suo rege queritur; habeo sororem nubilem, sed carentem dote, &c. is idem facit ac si clamitaret, sperteque posceret victum, pecuniam, &c. Sed alter, qui poscentem audit, nempe æmulus aliquis, & competitor, succinit, idest, post illum canit, clamatque: oro te, o Rex, quadram, idest, dapes, aut pecuniam, rem quam illi donaturus es, mecum divide. Quadra, ut hic sumitur, est genus quoddam placentiæ, aut panis, qui quatuor in partes

leviter in extrema superficie divisus erat, vel quadrata erat forma. Interdum sumitur pro disco, cui dapes in mensa imponuntur, is olim e tritico, nunc metallo fieri solitus: pro pane, & cibus quibuslibet accipitur.

*Corvus*. Fingit Æsopus Corvum gessientem, quod caseum reperisset, ab avibus supervenientibus, orta de caseo rixa multatum, & parte dapis spoliatum fuisse.

*Brundisium*. Urbem in Calabria ad mare: Surrentum, in Campania ad sinum Puteolanum.

*Comes*. Qui divitem aliquem colit, affectatur, comitatur.

*Cistam*. Arculam.

*Subducta*. Furto rapta.

*Nota refert, &c.* Imitatur astutias arguta meretricis, quæ multa se perdidisse ait, ut aliquid nummorum ab amatore auferat.

*Catellam*. Vel caniculam, vel catenulam, & monile.

*Periscelidem*. Taniam, qua crus ligatur, vel ornatur.

*Usi,*

Nulla fides damnis, verisque doloribus adsit.  
 Nec semel irrisus triviis attollere curat  
 Fracto crure planum: licet illi plurima manet  
 Lacryma, per sanctum juratus dicat Osirim:  
 Credite, non ludo, crudeles, tollite claudum;  
 Quære peregrinum, vicinia rauca reclamationat.

*Uti.* Adeo ut.

*Mor.* In posterum, postea. Ita sæpe leuia ista damna, & facta deplorat, ut nemo illi fidem adhibeat, cum aliquid vere amisit, verique dolet.

*Nec semel, &c.* Nemo magis credit illis querulis, & petentibus, quam alicui plano, idest, impostori, & mendicabulo, qui mentitur sibi crur esse fractum, & erigi se rogat.

*Manet.* Emanet, fluat.

*Osirim.* Deus fuit Ægyptiorum, etiam Romæ cultus cum Iside uxore sua; eum implorat iste planus, quia agris medebatur, & calamitosus.

*Non ludo.* Non joco, & serio loquor.

*Tollite.* Erigite, deponate.

*Peregrinum.* Idest hominem, cui sēs ignotus, quales sunt hospites, & peregrini; nos enim technas tuas movimus, inquirunt vicini.

## EPISTOLA XVIII.

*Quomodo colenda sit, maximo cum viris principibus, amicitia.*

**S**I bene te novi, metues, liberrime Lolli,  
 Scurrantis speciem præbere, professus amicum.

Ut matrona meretrici dispar erit, atque  
 Discolor, infido scurræ distabit amicus.  
 Est huic diversum vitio vitium prope majus,

*Metues.* Cavebis.

*Liberrime.* Qui libertatem in vivendo, & sentiendo deamas. Porro quis fuerit iste Lollius vide Epist. 2. hujus libri. Videtur autem hæc Epistola fuisse ad Lollium patrem scripta, cum ille Cajo Cesaris Augusti nepoti comes, & moderator adhibitus in Armaniam, cum eo profecturus

esset.

*Scurrantis.* Illiberaliter adulantis.

*Professus amicum.* Quando alicujus amicus esse profiteris, quando cum eo, ut cum amico agis.

*Discolor.* Dissimilis.

*Huc.* Scurrilitati, & ineptæ comitati. Est aliud vitium, scurrilli adulatione diver-

Asperitas agrestis, & inconcinna, gravisque:  
 Quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris,  
 Dum vult libertas mera dici, veraque virtus.  
 Virtus est medium vitiorum, & utrimque redu-  
 ctum.

Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi  
 Derisor lecti, sic nutum divitis horret,  
 Sic iterat voces, & verba cadentia tollit;  
 Ut puerum sævo credas dictata magistro  
 Reddere, vel partes minimum tractare secundas.  
 Alter rixatur de lana sæpe caprina,  
 Propugnat nugis armatus: scilicet, ut non  
 Sit mihi prima fides, & vere quod placet, ut  
 non

versum, & illa prope majus,  
 nempe asperitas agrestis.

*Gravis.* Molesta, incom-  
 moda.

*Se commendas.* Laudem  
 captat.

*Tonsa cute.* Opinione su-  
 fferitatis, horrido squalore  
 totius corporis, capillorum,  
 dentium. Cutem forficibus  
 radebant agrestes, & pa-  
 rum culti; radebant novacu-  
 la elegantes, ac nitidi.

*Utrinq; &c.* Ab utroque  
 extremo defectu, & excessu  
 remotum.

*Alter.* Qui scurriliter as-  
 sentatur.

*Imi lecti.* Eorum, qui  
 sunt in infimis lectis ad men-  
 sam, ac proinde ignobilio-  
 res, dum eos, inquam, ri-  
 det carpitque, adeo colit,  
 observatque religiose divitem  
 amicum, qui summo in le-  
 cto tamquam in loco hono-  
 ratori accumbit, sic ad ejus  
 nutum trepidat, sic repetit  
 quæcumque dixerit, ut audi-  
 re te credas puerum, qui le-  
 ctionem a magistro dictatam  
 repetat, &c.

*Cadentia.* Verba ex ore  
 divitis quasi temere exciden-  
 tia, dicta sine ullo certo con-  
 silio, *Tollit*, idest, excipit,  
 laudat, notari ab aliis, tan-  
 quam egregie, & mire di-  
 cta, jubet.

*Vel partes, &c.* In acto-  
 ribus comediarum erat actor  
 quidam præcipuus, qui pri-  
 mariam fabulæ personam a-  
 gebat, alii qui alias; isti  
 hoc servabant, cavebantque  
 ne tanta contentione agerent,  
 loquerenturve, quanta pri-  
 mus actor, sive primarum  
 partium.

*Alter.* Agrestis, & inur-  
 banus.

*De lana, &c.* De re nihili.

*Propugnat.* Pro nugis pu-  
 gnat, quasi res armis agere-  
 tur.

*Ut non, &c.* Egone, in-  
 quit agrestis ille, patiar ut  
 non uni mihi præ cæteris  
 credatur, si quid dixerò? ut  
 non defendam acriter, quod  
 mihi placebit, ac verum esse  
 videbitur? non patiar,  
 quamvis mercedis loco mihi  
 promittatur ætas altera, id-  
 est;



*Acrius elatrem? pretium ætas altera fordet.  
Ambigitur quid enim? Castor sciat an Docilis  
plus:*

*Brundisium Minuci melius via ducat, an Appi.  
Quem damnosa Venus, quem præceps alea nu-  
dat,*

*Gloria quem supra vires & vestit, & ungit;  
Quem tenet argenti sitis importuna, famæque,  
Quem paupertatis pudor, & fuga, dives amicus  
Sæpe decem vitiis infrior, odit, & horret;  
Aut si non odit, regit, ac veluti pia mater  
Plus, quam se sapere, et virtutibus esse priorem  
Vult, & ait prope vera. Mæx (contendere noli)  
Stultitiam patiuntur opes; tibi parvula res est;  
Arcta decet sanum comitem toga; desine mecum*

est, tantum vitæ, quantum hæcenus exegi. At enim de qua tandem re controversia est, quæ tantam illi agresti bilem moveat? nempe agitur an Castor sit eruditior, quam Docilis, duo Poetæ, vel ludimagistri, aut etiam gladiatores, &c.

*Minuci via.* A. L. Minucio strata, & ornata. Is in seditione per Spurium Melium excitata, utilem Reipublicæ operam navavit, quam ob causam status illi posita fuit ante portam Trigeminam, quæ idcirco etiam Minucia dicta est. Potius ita legendum, quam Numici, quæ in voce penultima pronuci solet: tum nullibi sit mentio viæ Numiciæ: sit autem apud Plinium Portæ Minuciæ, seu Trigeminæ, unde viam illi conjunctam nomen invenisse credibile est.

*Quem, &c.* Ordo est. Sæpe amicus dives odit, ac fugit amicum tenuiorem, qui opes damnosa, & foeda libidine, aut aiea dilapidat, qui supra suas vires sumptum in

vestem, & mensam facit. Licet ipse dives sit decies vitiosior, & sceleratior amico illo tenuiori cliente suo. Secundum hoc quasi præceptum est ad colendam amicitiam necessarium, ut nempe virtutem colat qui placere vult amico potentiori, quamvis scelerato, quia nemo scelus in aliis amat.

*Regis.* Monitis prudentibus quasi gubernat, instruitque, & quidem veris: noli, inquit, mecum certare sumptibus, luxu, &c. nam fas est mihi, quia dives sum, infanos istos sumptus facere, ac desipere; tibi, pro tenuitate tua, non licet; si sanus es, modum tenebis in vestibus, &c.

*Ait prope vera.* Non omnino vera, sed fere vera, & certo quodam sensu. Nulli quidem desipere sic licet, minus tamen pauperi, quam diviti.

*Contendere noli.* Mihi centi crede, neque mecum jurgare.

*Extra-*

*Jertare*. Eutrapelus, cuicumque nocere volebat, Vestimenta dabat pretiosa, beatus enim jam cum pulchris tunicis sumet nova contilia, & spes:

Dormiet in lucem: scorto postponet honestum  
Officium: nummos alienos pascet: ad imum  
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.  
Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam,  
Commissumque teges & vino tortus & ira;  
Nec tua laudabis studia, aut aliena reprehendes:  
Nec, cum venari volet ille, Poemata panges:  
Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis, at-  
que

Zethi diffiluit: donec suspecta severo  
Conticuit lyra. Fraternalis cessisse putatur  
Moribus Amphion; tu cede potentis amici  
Lenibus imperis: quotiesque educet in agros  
Ætolis onerata plagis jumenta, canesque,  
Surge, & inhumanæ senium depone Camœnz,

*Eutrapelus*. Forte nomen fictum est: ea vox enim a Græca voce derivatur significante hominem facetum, comem, urbanum. Hoc poeta dicit, ut ostendat vere a divite pronunclatum hoc esse, *Stultisiam patiuntur opes*.

*Beatus*. Eleganter vestitus, lautus, ac dives.

*Pascet*. Usuris, ac scenore augebit pecuniam, quam ipse fuerit mutuatus.

*Ad imum*. Denique.

*Thrax*. Gladiator. Vid. Sat. 6. lib. 2.

*Aget*, &c. Erit agaso: equum olitoris certo pretio ducendum in macellum sumet.

*Tortus*. Quamvis ebrius, & iratus.

*Studia*. Occupationes, exercitationes.

*Ille*. Amicus dives.

*Panges*. Facies.

*Gratia diffiluit*. Discissa est concordia, & amicitia.

*Amphionis*. Amphion, & Zethus Jovis ex Antiopa filii, dissimillimis studiis fuerunt; hic agriculturam, ille musicam, & musas coluit.

*Donec*, &c. Donec lyram deposuit Amphion, quæ fratri severo suspecta, & odiosa.

*Cessisse*. Obsecutus esse, in gratiam fratris musicam intermisit.

*Ætolis plagis*. Plagæ sunt retia densiora, & arctioribus maculis distincta: nota est venatio apri Calydonii in Ætolia, quæ pars est Græciæ, ad occidentem Achæiæ, supra Peloponnesum. Ovid. Metamorph. lib. 8.

*Senium*. Tœdium, molestiam, idest, musas venatori odiosas.

P. 11.

Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta ;  
 Romanis solemne viris opus, utile famæ,  
 Vitæque, & membris; præsertim cum valeas, &  
 Vel cursu superare canem, vel viribus aprum  
 Possis. Adde, virilia quod speciosus arina  
 Non est qui tractet. Scis quo clamore coronæ  
 Prælia sustineas campestris. Denique sævæ  
 Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti  
 Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit.  
 Et nunc, si quid abest, Italiam adjudicat armis.  
 Ac ne te retrahas, & inexcusabilis ab sis:  
 Quamvis nil extra numerum fecisse, modum-  
 que

Curas, interdum nugaris rure paterno.  
 Partitur lintres exercitus. Actia pugna,  
 Te duce, per pueros hostili more refertur;

*Pulmenta.* Carnes ferinas.  
*Solemne, &c.* Quod est  
 opus usitatum Romanis, nem-  
 pe, cœnare pulmenta, vena-  
 tica venari.

*Virilia arma.* Fortia, qui-  
 bus viri militares utuntur.

*Speciosus,* Majori cum  
 dignitate, & decore.

*Clamores coronæ.* Plausu  
 populi circumstantis undique  
 in orbem.

*Campestris.* Exercitatio-  
 nes, & ludicra certamina in  
 campo Martio fieri solita.

*Puer.* In tenera ætate.

*Cantabrico.* Cantabri sunt  
 Hispaniæ populi. Vid. Oden.  
 1. lib. 2.

*Sub duce.* Augusto.

*Refixis.* Revulsit. Vide 2.  
 Indicem Odarum ad annum  
 734.

*Abest.* Vincendum restat.

*Adjudicat.* Quasi latæ sen-  
 tentia Romanis attribuit, &  
 adjungit.

*Retrahas.* Ne ab anteo-  
 potenti discedas, te remp-

veas, & eum deseras venari  
 volentem, aut ludicro alicui  
 spectaculo, & exercitationi  
 indulgere: hoc profecto si fa-  
 ceres, si te retraheres ab il-  
 lo, esses inexcusabilis, nam  
 illas ludicras exercitationes  
 ipse privatim domi tuæ usur-  
 pare soles: quamvis omnia  
 prudenter, & in loco geras,  
 tamen interdum in villa pa-  
 terna ludis, & umbratili exer-  
 citatione animum relaxas.

*Extra numerum.* Meta-  
 phora sumitur a saltantibus,  
 aut canentibus. Sui sunt, ut  
 in his artibus, sic in vita, &  
 prudentis numeri, ac modi.

*Refertur.* Id est, repræsen-  
 tatur etiam te per tuos ser-  
 vos pugna commissa inter  
 Augustum, & Antonium ad  
 Actium Epiri promontorium;  
 lintres, qui sunt in villa  
 læu, dividuntur quasi duo  
 essent navales exercitus, &c.  
 De pugna Actiaca vide 2 In-  
 dicem Odarum ad an. 723.

Adversarius est frater, lacus Adria; donec  
 Alterutrum velox victoria fronde coronet.  
 Consentire suis studiis, qui crediderit te,  
 Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.  
 Protinus ut moneam (si quid monitoris eges tu)  
 Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe videto.  
 Percunctatorem fugito; nam garrulus idem est;  
 Nec retinent patulæ commissa fideliter aures:  
 Et semel emissum volat irrevocabile verbum.  
 Qualem commendas etiam atque etiam aspice:  
 ne mox.

Incutiant aliena tibi peccata pudorem.  
 Fallimur, & quondam non dignum tradimus.

Ergo

Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri:

*Adversarius, &c.* Tuus frater locum tenet adversarii; seu Antonii, lacus villa, seu stagnum aliquod, representat mare Adriaticum, cujus in extrema parte ad Græciæ oram Augustus pugnavit.

*Fronde.* Laurea.

*Consensire, &c.* Sententia est: si vis istas ludicras, quæ tibi placent, exercitationes ab amico probari, tu illius quoque occupationes, v. g. venationem, &c. proba, neque te retrahere ab illo, cum venatur, &c.

*Suis studiis.* Iis quæ amat, quibus studet. Si amicus te suis delectationibus oblectari, & arridere viderit, tuis quoque applaudet.

*Pollice.* Cum Romani favabant alicui gladiatori generoso in arena certanti, si accideret, ut ab adversario superatus veniret in vitæ discrimen, jubebant eum vivere, & eum favorem significabant ambos pollices premitendo, ut diserte docet Plin.

l. 28. cap. 2. Contra vero qui cui essent infensi, si quem occidi juberent, alterum pollicem vertebant. Porro pollices premere nihil aliud erat, quam utraque manu subblata pugnoque facto pollices ipsos intra pugnum arte vehementerque comprimere. Pollicem vertere erat, altera manu subblata, inque pugnum pariter contracta, pollicem a pugno reductum attollere, eumque, vel in gyrum vertere, vel humum versus deprimere. Vide Juvenalem, Sat. 3.

*Protinus.* Præterea, statim, deinceps: ut monere porro te pergam.

*Percunctatorem.* Curiose de omnibus interrogantem.

*Patulæ.* Quæ clausæ non sunt, ut arcanum retineant.

*Commisssa.* Arcana sibi credita: arcanum cum fide non servant.

*Tradimus.* Commendamus.

*Tueri.* Illi favere, qui reus sit.

V

Uo

Ut penitus notum si tentent ctimina, ferves,  
 Tuterisque tuo fidencem præsidio: qui  
 Dente Theonino cum circum roditur, ecquid  
 Ad te post paulo ventura pericula sentis?  
 Nam tua res agitur, paries cum proximus ar-  
 det:

Et neglecta solent incendia funere vires.  
 Dulcis inexpertis cultura potentis amici:  
 Expertus metuit. Tu dum tua pavis in alto est,  
 Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.  
 Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi,  
 Sedatum celeres, agilem gnævumque remissi,  
 Potiores bibuli media de nocte Falerni  
 Oderunt porrecta negantem pocula: quamvis  
 Nocturnos jures te formidare vapores.  
 Deme supercilio nubem; plerumque modestus  
 Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.  
 Inter cuncta leges, & percunctabere doctos,  
 Qua ratione queas traducere leniter ævum.  
 Ne te semper inops agitet, vexetque cupido,  
 Ne pavor, & rerum mediocriter utilium spes:  
 Virtutem doctrina paret, naturave donet;  
 Quid minuat curas: quid te tibi reddat ami-  
 cum:

*Ut penitus, &c.* Ut al-  
 tum, quem probe noris, ac-  
 cusatum defendas.

*Qui dente, &c.* Qui invo-  
 catus cum maledico dente car-  
 pitur, an non vides te quo-  
 que periclitari, te brevi idem  
 periculum aditurum? Theon  
 fuit poeta Græcus, famosus  
 obtrectator.

*In alto est.* Dum favet ti-  
 bi fortuna, dum secundo  
 vento proveheris.

*Sedatum.* Placidum, mo-  
 deratum.

*Bibuli.* Bibaces.

*Media de nocte.* Qui con-  
 vivia producant utque in me-  
 diam noctem.

*Vapores.* Vini fumos qui  
 somnum auferunt, caput ex-  
 cruciant.

*Nubem.* Tristitiam, qua  
 frontem contrahit, remove.

*Occupat, &c.* Qui mode-  
 stus est plus æquo, & gra-  
 vis, obtinet speciem obscu-  
 ri, idest, videtur obscurus,  
 hoc est testus, astutus, mo-  
 rosus existimatur.

*Inops cupido.* Avaritia,  
 quæ semper eget, tam iis  
 quæ habet, quam quæ non  
 habet.

*Amicum, &c.* Quid sit  
 quo acquiescas, placeat tibi  
 teque amet: quid genio tuo  
 & indoli maxime conveniat

*Tran-*

Quid pure tranquillet, honos, an dulce luccellum,

An secretum iter, & fallentis semita vitæ.

Me quoties reficit gelidus Digentia rivus,

Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus.

Quid sentire putas? quid credis amice precari?

Sit mihi, quod nunc est, etiam minus: ut mihi vivam,

Quod superest ævi, si quid superesse volunt Dii:

Sic bona librorum, & provisæ frugis in annum

Copia, ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.

Sed satis est orare Jovem, qui donat, & aufert,

Det vitam, det opes; æquum mi animum ipse parabo.

*Tranquillet.* Tranquillitatem animi sinceram tibi afferat.

*Secretum iter.* Id est, vitæ ratio secreta, & ab negotiis disjuncta.

*Fallentis.* Ignotæ, obscuræ, latentis.

*Digentia.* Rivulus per agrum Horatii serpens, prope Mandelam pagum septemtrioni expositum in colle, unde frigus, quo rugosa, & con-

tracta sunt corpora.

*Ne fluitem.* Incertus sum, & anxius, sperans vitam longiorem, quæ penitus incerta est: ne metu mortis angar.

*Æquum.* Equabilem, rebus præsentibus contentum.

*Parabo.* Id vero nemo sine divino beneficio facere potest, quidquid Stoici deblaterent, quos hic sequitur Horatius.

EPISTOLA XIX.

Postas eo carpit, quod aliorum pravi esse imitatores gestiant: cur sua carmina non ita quibusdam placeant, docet.

**P** Risco si credis, Mæcenæ docte, Cratino; Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt,

*Cratino.* Fuit ille Atheniensis poeta veteris comædiæ scriptor celebris: homo ebriosus, qui quod dixerit poetam esse neminem posse, nisi vinosus idem esset, pu-

tabant Horatii tempestate omnes qui poeticam colebant, vino sibi esse indulgendum. Quod Horatius merito reprehendit, in eoque imitandum Cratinum esse negat.

Quæ scribuntur aquæ potioribus: ut male sanos,  
 Adscriptis Liber Satyris, Faunisque Poetas,  
 Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ.  
 Laudibus arguitur vini vinosus Homerus:  
 Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma  
 Profuit dicenda. Forum, putealque Libonis  
 Mandabo siccis, adimam cantare severis.  
 Hoc simul edixit, non cessavere poetæ  
 Nocturno certare mero, putere diurno.  
 Quid? si quis vultu torvo ferus, & pede nudo,  
 Exiguæque togæ simulat textore Catonem;  
 Virtutemne repræsentet, moresque Catonis?  
 Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua.

*Us, &c.* Ex quo Bacchus poetas in suam fidem, & tutelam recepit, & annumeravit inter Satyros, & Faunos Deos agrestes Bacchi comites. Sunt autem poetæ in fide Bacchi, quia poësis insanis aliquid, & furoris habet: adde quod comœdia vetus a Bacchi festis, & laudibus initium duxerit. Vide artem poeticam. Præterea Antiquissimum genus carminis sunt Satyræ, sic dictum quod a poetis caneretur, & ageretur Satyrorum cultus, & more indutis.

*Camœna.* Versus dulces, & boni vinum vulgo mane potatum olent, idest, ab eo scripti sunt, qui matutino vino prolutus fuerit.

*Arguitur.* Reprehenditur, convincitur esse vinosus, quia vinum saepe laudat.

*Ennius.* Poeta Latinus antiquissimus, natus Rudiis in Calabria anno U. C. 514. de illo vide Oden 7. l. 4.

*Arma.* Descripsit enim bellum Punicum 2.

*Puteal.* Vide Satyr. 6. lib. 2.

*Adimam cansare.* Vetabo

ne capient, versus faciant.

*Severis.* Abstemiis, aquæ potioribus.

*Edixit.* Cratinus videlicet: cuius sententiam initio epistolæ recitat, ac astantis de suo exemplis confirmat: potest etiam legi, *Edixi*, ut in quibusdam M. SS. Cod. legitur.

*Putere.* Fætere.

*Quid, &c.* Negat poetas, et si exemplo Cratini, Ennii, & Homeri potiores boni sint, esse tamen poetas bonos, ut illi sunt: sicut qui vultum atrocem Catonis Uticensis, & vestem simularet, non idcirco virtutum ejus compos esset.

*Pede nudo.* Solebat in publicum prodire sine calceis, imo provincias totas obire.

*Textore.* Pro textura, seu texta veste, per Synecdochen, qua artifices, & auctores pro artefactis, & operibus ponuntur: sic dixit Juvenalis, *Rara sine Mentora mensa*, idest, sine signis a Mentora calatis.

*Rupit.* Timagenes æmulas Jarbitæ, sive Hyarbitæ, fuit in causa cur Jarbitas destruxere.

Dum studet urbanus, tenditque disertus haberi:  
 Decipit exemplar vitiis imitabile. Quod si  
 Pallerem casu biberent exanguine cuminum.  
 O imitatores servum pecus! ut mihi sæpe  
 Bilem, sæpe jocum vestri movere tumultus!  
 Libera per vacuum posui vestigia princeps;  
 Non aliena meo pressi pede. Qui sibi fidit;  
 Dux regit examen. Parios ego primus iambo  
 Ostendi Latio, numeros, animosque secutus  
 Archilochi, non res, & agentia verba Lycamben.  
 At ne me foliis ideo brevioribus ornes,  
 Quod timui mutare modos, & carminis artem:  
 Temperat Archilochi Musam pede mascula  
 Sappho,

Temperat Alcæus; sed rebus, & ordine dispar,  
 Nec focerum quærit, quem versibus oblinat atris

peretur pro invidia, dum  
 Timagenis dicacitatem, &  
 eloquentiam æmulari studet.

*Timagenis.* Ferunt illum  
 Timagenem fuisse Rhetorem,  
 seu Sophistam Alexandrinum,  
 Jarbitam ejus æmulum.

*Urbanus.* Facete eloquens.

*Decipit, &c.* Exemplar  
 aliquod, in quo sunt vitia,  
 quæ quis imitari possit, eum  
 in fraudem inducit, vitia non  
 virtutes imitantem.

*Casu.* Non dedita opera,  
 sed forte.

*Biberens.* Mei imitatores.

*Cuminum.* Herba quædam  
 est, cujus succus facit exan-  
 gues, & pallidos.

*Servum pecus.* Qui servi-  
 lem in modum alios sequi-  
 mini.

*Bilem.* Stomachum, iram.

*Tumultus.* Vestra trepida-  
 tio, contentio.

*Vacuum.* Locum subaudi.

*Princeps.* Primus.

*Regis examen.* Non dubi-  
 tavit se aliorum ducem profi-  
 teri. Metaph. ab apibus du-  
 cta.

*Parios.* Inventos primum  
 in Græcia ab Archilochi na-  
 to in Insula Paro: est ea in  
 Ægeo mari.

*Animos.* Poeticos spiritus.

*Agentia.* Adigentia ad la-  
 queum. Vide lib. Epod. Od. 6.

*Foliis brevioribus.* Mino-  
 re corona: ne me parcius  
 laudandum putes.

*Timui.* Nolui.

*Modos.* Pedes versus Jam-  
 bici.

*Temperat, &c.* Ita scripti  
 versus Jambicos exemplo Ar-  
 chilochi, ut eos temperave-  
 rim admixtis versibus Sapphi-  
 cis, & Alcaicis.

*Mascula.* Fortis, & viri-  
 lis animi, carminisque.

*Sed rebus, &c.* Sed Alcæus  
 meus, idest, versus Alcaici  
 a me scripti dissimiles sunt  
 versibus Archilochi, quod  
 spectat ad materiam, & rerum  
 dispositionem: non enim quæ-  
 ro, ut Archilochus, focerum  
 quem carminibus maledicis  
 insecter.

*Oblinas.* Dedecoret.

V 3 Spon.



Nec sponsæ laqueum famoso carmine nescit .  
 Hunc ego , non alio dictum prius ore , Latinus  
 Vulgavi fidicen . Juvat immemorata ferentem  
 Ingenuis oculisque legi , manibusque teneri .  
 Scire velis , mea cur ingratus opuscula lector  
 Laudet , ametque domi , preinat extra limem  
 iniquus ?

Non ego ventosæ plebis suffragia venor  
 Impensis cœnarum , & tritzæ munere vestis .  
 Non ego nobilium scriptorum auditor , & ultor ,  
 Grammaticas ambire tribus , & pulpita dignor .  
 Hinc illæ lacrymæ . Spissis indigna theatri  
 Scripta pudet recitare , & nugis addere pondus ,  
 Si dixi : Rides , ait , & Jovis auribus ista  
 Servas : fidis enim manare Poetica mella  
 Te solum , tibi pulcher . Ad hæc ego naribus uti

*Sponsa ; &c.* Nec adigit  
 sponsam nectere sibi laqueum ,  
 & se suspendere , furentem  
 ob famosum carmen in se  
 scriptum . Neobula Lycambæ  
 filia Archilochi filio despon-  
 sata , post patrem se suspen-  
 dit . Epod. 6.

*Hunc .* Jambicum versum .  
*Immemorata , &c.* Canen-  
 tem versus non antea dictos  
 a quoquam , & memoratos .

*Premas .* Vituperet foris ,  
 extra suam domum .

*Utor .* Dum eos vicissim  
 invito ad mea carmina audi-  
 enda , sicque ulciscor tædium ,  
 quo me affecerunt , cum mi-  
 hi recitarent sua . Ita Juve-  
 nalis . *Semper ego auditor  
 tantum , numquamne repo-  
 nam ?*

*Tribus .* Proprie erant po-  
 puli Romani partes 35 . quas  
 candidati ambiebant , ad ca-  
 ptanda suffragia . Non pren-  
 so , & conciliare mihi conor  
 Grammaticos , ut mea pro-  
 bent carmina .

*Pulpita .* Ludos litterarios :

pulpitum proprie . suggestus  
 est , & locus editior , cathedra  
 docentis .

*Lacrymæ .* Hinc illa Gram-  
 maticorum invidia , & indi-  
 gnatio .

*Spissis , &c.* Ordo est . Si  
 dixi : Pudet me recitare mea  
 carmina , quippe indigna ,  
 quæ recitentur in theatro co-  
 ram frequenti corona , tunc  
 aliquis mihi dicit , ridere me ,  
 & mea carmina servare unis  
 auribus Jovis , idest , Augusti .

*Fidis .* Confidis , tibi per-  
 suades .

*Manare .* Edere , Effunde-  
 re , active hic ponitur .

*Tibi pulcher .* Tuo judi-  
 cio Poeta bonus . Suam e-  
 nim cuique pulchrum .

*Naribus uti .* Irridere ho-  
 minem , qui hæc mihi dicit ,  
 parco : & ne iste criticus ira-  
 tus me unguibus suis laceret , si  
 mecum luctetur , pugnam de-  
 trecto , locum hunc , idest ,  
 Theatrum , in quo mea car-  
 mina recitentur scilicet , tan-  
 quam tristem arenam ( in  
 arc-

Formido, & luclantis acuto ne fecer ungui;  
 Displicet iste locus, clamo, & diludia posco.  
 Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram;  
 Ira fruces inimicitias, & funebre bellum.

arena gladiatores pugnabant) displicere mihi clamo, & respirandi spatium, ac pugnae dilationem posco.

*Diludia.* Erant dies quidam gladiatoribus dari soliti, ut ab iudo, & certamine gla-

diatorio vacarent, viresque otio reficerent.

*Ludus, &c.* Ex ludrica contentione rixa saepe gravior oritur, e rixa ira, &c.

*Funebre.* Funestum.

## EPISTOLA XX.

*Librum ipse suum exire cupientem compellat  
 & quosdam Lectoribus renuncianda  
 mandat.*

**V**ertumnum, Janumque, Liber, spectare videris:  
 Scilicet ut prostes Sotiorum pumice mundus,  
 Odisti claves, & grata sigilla pudico:  
 Paucis offendi gemis, & communia laudas;  
 Non ita nutritus. Fuge quo discedere gestis:  
 Non erit emisso reditus tibi. Quid miser egi?  
 Quid volui? dices, ubi quis te læserit. Et scis  
 In breve te cogi, cum plenus languet amator.  
 Quod si non odio peccantis desipit augur,

*Vertumnus, &c.* Erat Vertumni templum, & status, ut etiam Jani, prope forum Romanum, qui locus ob hominum frequentiam cum celebraretur, ibi suas tabernas, & pilas bibliopolarum habebant. Vertumnus a ver-tendo dicitur, quia in varias formas vertere se Deus ille credebatur: hinc præerat foro, & commercio, in quo res venditione, & emptione aliæ aliis commutantur.

*Prostes.* Venalis exponere.  
*Sotiorum.* Sotil erant bibliopolarum tum inclyti.

*Pumice.* Chartam poliebant pumice, & complanabant, maxime membranam.

*Pumice.* Librum intactum, & nondum editum appellat Martialis virginem chartam.

*Non ita, &c.* Quamvis non ita fueris apud me educatus, & institutus: sum enim paucorum hominum.

*In breve te cogi.* Complacavi, & convolvi.

*Plenus.* Tui fastidiosus lector, tui satur.

*Quod si, &c.* Quod si ego, qui tibi peccanti, ut augur,

V 4 futu-

Charus eris Romæ, donec te deserat ætas,  
 Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi  
 Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes;  
 Aut fugies Uticam, aut unctus mitteris Ilerdam.  
 Ridebit monitor non exauditus, ut ille,  
 Qui male parentem in rupes detruxit asellum  
 Iratus. Quis enim invitum servare labore?  
 Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docerentem

Occupet extremis in vicis balba senectus.  
 Cum tibi Sol tepidus plures admoverit aures,  
 Me libertino natum patre, & in tenui re  
 Majores penas nido extendisse loqueris:  
 Ut quantum generi demas, virtutibus addas.  
 Me primis Urbis belli placuisse domique,

Ætate mala denuncio, non desipio, idest, non fallor, odio tui qui peccas graviter, cum exire gestis. Odio aut alia cupiditate præpediti vera vix dicunt, aut sentiunt.

*Ætas*, Juventus; donec eris novus, & recens.

*Tineas pasces*. Eris præda, & esca tinearum, ut rebus neglectis evenit.

*Taciturnus*. Qui nemo te leget: cum libris quasi colloquimur.

*Fugies*. Mitteris Uticam Africa urbem Catonis morte notam, nempe ut tanquam novus illic legaris: vel ut merces eo missas involvas.

*Unctus*. Involucrum pinguium mercium fiet. Legitur etiam *Vinctus*, idest, ad fascem aliquem tegendum adhiberis.

*Ilerdam*. Urbs est Hispaniæ in Catalaunia.

*Monitor*. Ego, qui te jam admoneo.

*Male parentem*. Ire quo jubebatur, & obedire nolentem.

*Te manet*. Tibi est evenitutum.

*Elementa*. Litteras.

*Occupat*, &c. Ut senex fias: ut vitam tuam ad senectutem usque traducas in aliquo ludo litterario docens pueros legere libri vilissimi huic rei, & officio destinantur.

*Sol tepidus*. Dies in occasum inclinans; cum se frangit calor.

*Aures*. Auditores: pueros litteras discentes; vel alios, qui audire te velint.

*Libertino*. Filio liberti: libertus est servus donatus libertate.

*Majores*, &c. Ultra nidum penas protulisse: longius a nido evolasse, idest humilitatem mei generis fama, & opibus superasse: in natalis obscuritate, & inopia non constitisse.

*Ut quantum*, &c. Itaque compensabis generis mei ignobilitatem, eruditionis, & virtutis meæ commendatione.

*Primis*, &c. Viris clarissimis,

Corporis exigui, præcanum, solibus aptum,  
 Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.  
 Forte meum si quis te percunctabitur ævum,  
 Me quater undenos sciat implevisse Decembres,  
 Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

*firmis*, ut Augusto, Mœcenati, &c. in bello, & pace probatum fuisse.


*Præcanum*. Canos ante tempus crines gerentem.

*Solibus aptum*. Libenter apricari, hoc est, ad solem consistere solitum.

*Quater undenos*. Annos 44. natum fuisse, Consulibus

Lollio, & Lepido, qui annus incidit in ann. U. C. 733. Vixit autem plures ab illo annos Horatius, ut videre est in eius vita huic libello præfixa, & in Indice Odarum secundo.

*Lollius*. Quo Marcus Lollius, accepit collegam, & socium consulatus Q. Æmilium Lepidum.



Q. HORATII FLACCI  
**EPISTOLARUM**  
 LIBER SECUNDUS.

EPISTOLA I.

*Ab Augusti laudibus, cui scribit hanc Epistolam, ad laudes Poetarum delabitur. Ait recentiores nihil concedere veteribus. Græcos præluxisse Romanis: horum quædam peccata perstringit: ad extremum hortatur Augustum, ut eos fovere, ac tueri pergat, maxime præstantiores, qui res ipsius præclare gestas possint scribere pro dignitate.*

**C**UM tot sustineas, & tanta negotia solus,  
 Res Italas arinis tueris, moribus ornes,  
 Legibus emendes; in publica commoda peccem,  
 Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.  
 Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,  
 Post ingentia facta Deorum in templa recepti,  
 Dum terras hominumque colunt genus, aspe-  
 ra bella

Componunt, agros assignant, oppida condunt;  
 Ploravere suis non respondere favorem  
 Speratum meritis. Diram qui contudit hydram,

*Morer, &c.* Te occupatum distineam.

*Liber.* Bacchus, ita dicitur, quia curis animum liberat.

*Castore, &c.* Vide librum 1. Ode 3.

*Colunt.* Excolunt, ornant, turgentur.

*Componunt.* Finiunt.

*Assignant.* Colendos, præmii loco, ut emeritis militibus: vel certis limitibus suos

cuique attribuunt.

*Favorem.* Famam, gloriam; doluerunt non tantum se fieri, quanti par esset, ac merebantur.

*Qui.* Hercules.

*Hydrans.* Serpens fuit ingentis magnitudinis prope Lernam paludem, ad urbem Argos: erant illi plura capita, quorum si unum secaretur, alia duo subnascebantur, illam tamen Hercules igne, ac fer-

Notaque fatali portenta labore subegit,  
 Comperit invidiam supremo sine domari.  
 Urit enim fulgore suo, qui prægravat artes  
 Infra se positas: extinctus amabitur idem.  
 Præsenti tibi maturos largimur honores,  
 Jurandasque tuum per nomen ponimus aras,  
 Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.  
 Sed tuus hic populus, sapiens & justus in uno  
 Te nostris ducibus, te Grajis anteferendo,  
 Cætera nequaquam simili ratione, modoque  
 Æstimat, & nisi quæ terris semota, suisque  
 Temporibus defuncta videt, fastidit & odit;  
 Sic fautor veterum, ut tabulas peccare verantes,

ferro domuit. Vide Oden 3. lib. 4.

*Portenta. Monstra.*

*Fatali.* Jupiter edixerat, ut, si prius nasceretur Euristheus Rex Mycenarum quam Hercules, imperaret Herculi pro arbitrio: fecit Juno, ut prior Euristheus in lucem ederetur.

*Fine. Morte.* Illi mortuo invideri desitum est.

*Urit, &c.* Ordo est. Qui enim prægravat, idest, deprimit, artes infra se positas, idest, artifices inferiores, deteriores: qui cæteris in arte aliqua præstantior est, illos suo splendore, nominis sui fama urit, idest, male habet, cruciat, accendit ad invidiam. Nimia luce oculi uruntur, ac perstringuntur.

*Præsenti, &c.* Viventi, superstiti, sententia est; invidetur claris hominibus dum vivunt, iidem mortui laudantur: tibi etiam vivo deseruntur honores maturi, idest, quos jam mereris, quos habent tantum cæteri post mortem; vita, honoris ver, mors quasi autumnus est, quo

maturi rerum præclare gestarum fructus, idest, fama, & gloria colliguntur.

*Jurandas, &c.* Extruimus aras, ad quas per tuum nomen juremus. Aram ponere, & per ejus, cui posita sit, nomen jurare, Deorum immortalium honor est: id Augusto viventi delatus est a Romanis.

*Nil.* Nullum talem qualis tu es.

*Tuus. Romanus.*

*In una.* In ea re una, quod te Romanis, & Graecis ducibus anteferat.

*Terris semota.* Mortuus, & sua ætate perfuncta, id est, quæ suum tempus, annos a satis sibi attributos, peregerunt.

*Sic, &c.* Ita veteribus omnibus Poetis, oratoribusque favens, ut didicit, musas ipsas composuisse, & pronunciasse 12. tabulas, &c. Quæ a musis sunt ea perfecta esse putantur, & omnibus numeris absoluta.

*Tabulas.* Leges Romanorum in 12. tabulis scriptas. An. ab U. C. 303. missi sunt in Græciam decem viri, ut

Quas bis quinque viri sanxerunt, fœdera regum  
Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis,  
Pontificum libros, annosa volumina vaturn  
Dixit et Albano Musas in monte locutas.

Si, quia Græcorum sunt antiquissima quæque  
Scripta vel optima, Romani pensantur eadem  
Scriptores trutina, non est quod multa lo-  
quamur.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.  
Venimus ad summum fortunæ, pingimus, atque

e legibus Græcorum optima  
quæque exciperent: college-  
runt illi certa quædam capi-  
ta, quæ in 12. tabulas æreas  
incisa sunt, dinque jus Ro-  
manum illis 12. tabulis con-  
stitit.

*Peccare vetantes*, Propo-  
nendo poenas peccantibus.

*Sanxerunt*. Observandas  
esse a populo Romano decre-  
verunt, auctoritate sua ra-  
tas esse iusserunt.

*Vel Gabiis, &c.* Regum  
Romanorum fœdera æquata,  
id est, ex æquo constituta, &  
composita vel cum Gabiis.  
Populi erant, & urbs Italia  
non procul Roma in Latio  
(cum iis fœdus istum est a  
Tarquino Superbo) vel cum  
Sabinis, quorum ager supra  
Latium erat ad Orientem Etru-  
riæ: urbs illorum primaria,  
Cures.

*Rigidis*. Severis, parcis,  
frugi.

*Libros*. Qui artem sacrifi-  
candi, ritus augurales con-  
tinent.

*Albano monte*. Erat ille  
in Italia prope Albam, quasi  
fuisse ille Italiae Parnassus,  
& eo Musæ, relictis Græciæ  
montibus, secessissent.

*Si quia, &c.* Si Romani  
scriptores eadem pensantur  
trutina, eodem modo æsti-

mantur atque Græci, apud  
quos vel optima, id est, lon-  
ge optima, sunt ea scripta,  
quæ sunt antiquissima, non  
est cur pluribus disputemus.  
Constitutum erit Romanorum  
Poetarum scripta ut quæque  
sunt veterrima, ita esse opti-  
ma; quod tamen qui dixerit,  
tam absurde dixerit, quam  
qui negaverit durum esse quod  
est intra oleam, id est, nu-  
cleum, vel quod est extra in  
nuce, id est, putamen. Græci  
veteres excellabant in omni  
artium genere, recentes ja-  
cent: Romani olim rudes,  
& imperiti, jam excellunt,  
& imperiti Græcis præstantiores  
tum in arte pingendi, tum  
luctandi, & canendi: imo vi-  
demur assecuti summum for-  
tunæ, id est, perfectionem  
omnium artium.

*Nil ultra, &c.* Proverbi  
genus, quod in eos cadit, qui  
aut negant quæ perspicue ve-  
ra sunt, aut ajunt quæ perspi-  
cue sunt, esse falsa: quid enim  
certius, & clarius, quam id  
quod intra oleam est, quod  
in nuce est extra, durum es-  
se? non minus apertum est,  
inquit Horatius, obsolevisse  
veterum Græcorum gloriam,  
recentium Romanorum flo-  
rere.

Un-

*Pfallimus, & iustamur Achivis doctius unctis.*  
 Si meliora dies, ut vina, poemata reddit,  
 Scire velim pretium chartis quotus arroget annus:  
 Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter  
 Perfectos, veteresque referri debet, an inter  
 Viles, atque novos? excludat jurgia finis.  
 Est vetus, atque probus, centum qui perficit  
 annos:

Quid, qui deperiit minor uno mense, vel anno  
 Inter quos referendus erit? veteresne Poetas?  
 An quos, & præsens, & postera respuet ætas?  
 Iste quidem veteres inter ponetur honeste,  
 Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno.  
 Utor permissio, caudæque pilos ut equinæ  
 Paulatim vello, & demo unum: demo etiam,  
 unum;

Dum cadat elusus ratione ruentis acervi,  
 Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis,  
 Miraturque nihil, nisi quod Libitina sacrauit.  
 Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus

*Unctis.* Athletæ corpus oleo ungebant ad vires firmandas, & habiles artus faciendos, vel etiam ut æmulis pugilibus facilius elaberentur: nudi enim pugnant.

*Dies.* Diuturnitas, vetustas.

*Arroget.* Acquirat, vindicet: quis numerus annorum sit, necessarius, ut Poema in pretio sit, bonumque censetur.

*Decidit.* Obiit centum abhinc annis.

*Excludat, &c.* Statusimus aliquem finem, ac terminum, certum nempe annorum numerum, qui lites finiat.

*Est vetus.* Responsio est aliquis censoris & critici, quem interrogare fingitur Horatius.

*Iste quidem.* Verba censoris.

*Permissio.* Permittis unum mensem, aut annum demere, idque nihil referre: accipio quod das, & vello paula-

tim ac demo unum, item unum, & alios deinceps, ut si ex equina cauda pilos evellerem: donec acervus ille, idest, numerus centum annorum, definitus ad bonitatem poematis, exhauriatur, ac ruat, & ille eludatur: idest, falsitatis, coarguatur, qui ad vetustatem annerum in fastis notari solitorum recurrit, &c. Fasti erant libri, in quibus notabantur nomina Consulum initio cujusque anni præfixa, & alia quæ toto deinde anno gererentur.

*Libitina.* Mors.

*Ennius, &c.* Sententia est non tanti faciendum esse Ennium, quem tamen Critici fortem, sapientem, & Homerum esse alterum affirmant: quia ille tam negligenter, & dure scribit, ut Parum sollicitus esse videatur de suis somniis,



Ut critici dicent, leviter curare videtur,  
 Quo promissa cadant, & somnia Pythagoræ.  
 Nevius in manibus non est, & mentibus hæret  
 Pœne recens, adeo sanctum est vetus omne  
 Poema.

Ambigitur quoties uter utro sit prior: aufert  
 Pacuvius docti famam senis, Accius alti:  
 Dicitur Afrani toga convenisse Menandro:

mnis, in quibus, e doctrina  
 Pythagoræ, sibi visus erat vi-  
 dere animam Homeri suum  
 in corpus transmigrare, &  
 sibi promittere ipsum fore al-  
 terum Homerum priore non  
 deteriore: oblitus videtur  
 quid promiserit, ac somnia-  
 verit: adeo alter Homerus  
 non est, adeo illi cedit. De  
 Ennio, Vide lib. 1. Epist. 19.  
 & Oden 7. lib. 4.

*Es sapiens, & fortis.* Ironi-  
 ce appellatur Ennius sapi-  
 ens, quia putabat Pythagoram  
 olim se fuisse: fortis quia  
 eundem se Euphorbum mi-  
 litem Trojanum extitisse di-  
 citabat.

*Nevius.* Poeta vetus lati-  
 nus fuit Ennio senior, & in-  
 cultior: vixit circa ann. U.  
 C. 520. urbe pulsus odio Me-  
 tellorum, & aliorum nobilium  
 quos maledicis versibus descri-  
 pserat, obiit Uticæ Sensus  
 est: Nevium non legi, quia  
 ejus versus in omnium animo  
 quasi scripti sunt, ut si esset  
 recens: vel quamvis ejus ope-  
 ra non extarent fere amplius,  
 ob vetustatem, ea tamen in  
 omnium memoria hærent ad-  
 huc.

*Ambigitur &c.* Ostendit  
 quanto in honore essent vete-  
 res Poetæ, quorum uter utri  
 præstaret dum dubitaretur, Pa-  
 cuvius doctrina excellere di-  
 ceretur. Accius ingenii excel-

itate: Afranius par esse ja-  
 staretur Menandro, adeo ut  
 unius vestis alteri convenire  
 posset, Plautus Epichar-  
 mo, &c.

*Aufert. Obtinet.*

*Pacuvius.* Ennii nepos:  
 Tragedias scripsit non incon-  
 cinne, ut erant tempora Brun-  
 dusil natus obiit Tarenti præ-  
 pe nonagenarius, unde ab  
 Horatio doctus senex vocatur,  
 Olympiadis 156. anno 3.

*Alti. Gravi, elati in scri-  
 bendo.*

*Accius.* Fuit Pacuvio ju-  
 nior annis 50. inter ejus Fa-  
 bulas insignis ea fuit, cui no-  
 men, Atreus: quam cum  
 Ennio aliquando recitasset car-  
 peretque Ennius nonnulla du-  
 riuscula, respondit Accius ea  
 similia esse pomis acerbiori-  
 bus, quæ melius conservantur,  
 ac tempore ipso mitescunt.

*Afrani toga.* Quia Toga-  
 tas comedias scripsit: ita vo-  
 cabantur illæ, quarum erat  
 argumentum latinum, & per-  
 sonæ: Palliatæ vero diceban-  
 tur, quarum argumentum, &  
 personæ a Græcæ erant sum-  
 ptæ. Porro Afranius paulo  
 junior fuit, quam Terentius,  
 peracutus, & disertus, Me-  
 nandri diligens imitator, un-  
 de illius toga, id est, stilus,  
 & ratio scribendi fabulas la-  
 tinas, dicitur convenisse, apta  
 esse potuisse Menandro, qui  
 Græ-

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi :  
 Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.  
 Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro  
 Spectat Roma potens: habet hos numeratque  
 poetas,

Ad nostrum tempus Livi scriptoris ab ævo.  
 Interdum vulgus rectum videt: est ubi peccat.  
 Si veteres ita miratur, laudatque poetas,  
 Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.  
 Si quædam nimis antique, si pleraque dura  
 Dicerè credat eos, ignave multa fatetur;  
 Et sapit, & mecum facit, & Jove judicat æquo.  
 Non equidem infector, delendaque carmina Livi  
 Esse reor, memini quæ plagosum mihi patyo  
 Orbilium dictare: sed emendata videri,  
 Pulchraque, & exactis minimum distantia,  
 miror.

Græcas scripserat; arguitur eo maxime nomine, quod argumenta sua sædis amoribus inquinaverit, in quo utinam ille solus peccasset.

*Ad exemplar.* Ad imitationem.

*Properare.* Diligenter, ac celeriter scribere non querendo diverticula ut Poetæ multi faciunt. *M. Accius* Plautus natione UMBER, patriæ Sarsinas fuit. Affirmabat Varro Musas, si latine loquerentur, Plautino sermone locuturas. Obiit Olympiadis 144. anno U. C. 570. teste Cicerone.

*Epicharmi.* Fuit ille Poeta Græcus Syracusanus.

*Cæcilius.* Poeta comicus Mediolanensis, æqua is fere Terentii, vixit uterque circa annum ab U. C. 500. Terentii: comædiz extant, quas ab omni obscenitate purgavimus.

*Spectat.* Fabulas ab iis

compositas, & in rheatro exhibitas.

*Livi.* Livius Andronicus primus Romæ fabulam docuit idest, exhibuit comædiam. anno ab U. C. 514.

*Est ubi peccat.* Aliquando fallitur.

*Videt.* Judicat.

*Antique.* Obsolete.

*Ignave.* Humiliter, negliger.

*Fatetur.* Ordo est: si fatetur populus eos multa ignave discere.

*Facit.* Sentit, a me stat.

*Æquo.* Probante.

*Non equidem, &c.* Neque vero hæc eo dico, quod infestari dedita opera, & carpere velim carmina Livii Andronici.

*Plagosam.* In plagis insignendis multum, & immitem ludi Magistrum, Horatii pueri præceptorem, qui ab eo male mulctatus, meminerat plagarum ut sit.

Inter quæ verbum emicuit si forte decorum, &  
 Si versus paulo concinnior unus & alter;  
 Injuste totum ducit, venditque poema.  
 Indignor quidquam reprehendi, non quia crasse  
 Compositum, illepideve putetur; sed quia nuper:  
 Nec veniam antiquis, sed honorem, & præmia  
 posci.

Recte, necne, crocum, floresque perambulet Attæ  
 Fabula, si dubitem, clament periisse pudorem  
 Cuncti pene patres, ea cum reprehendere coner,  
 Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit:  
 Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi,  
 ducunt;  
 Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ  
 Imberbes didicere, senes perdenda fateri.  
 Jam Saliare Numæ carmen qui laudat, & illud  
 Quod mecum ignorat, solus vult scire videri,

*Inter quæ.* Quibus in Li-  
 vii carminibus.

*Ducit.* Producit, ostentat.

*Vendis.* Venditat, laudat,  
 qui merces alias vendunt, eas  
 vulgo laudant.

*Recte, &c.* Si ego dubitare  
 me dicam an comœdia quæ-  
 dam ab J. Quinto Atta ve-  
 teri Poeta scripta mereatur.  
 necne in theatro recitari,  
 quod croco sit consparsum,  
 & floribus; statim senes om-  
 nes clamabant, me esse im-  
 pudentissimum, qui velim eam  
 reprehendere comœdiam, in  
 qua fuerint actores Æsopus,  
 & Roscius, duo præstantissi-  
 mi ea tempestate Histriones:  
 quasi hoc satis argumenti fo-  
 ret eam esse optimam. Hunc  
 Roscium Tullius in iudicio  
 defendit, extatque ejus ora-  
 tionis pars bona. Cum illo  
 contendere solitam ferunt,  
 utrum ille sapius eandem sen-  
 tentiam variis gestibus expri-  
 meret, an ipse Tullius va-  
 rijs verbis, & figuris. Est

autem *Crocus* herba odorata,  
 quæ in aqua macerabatur,  
 & illi suum odorem concilia-  
 bat: ea deinde aqua sparge-  
 batur in theatrum, & in po-  
 pulum, instar rosæ, &c.

*Attæ.* Is eam ob rem ita  
 vocatus fuerat quod esset  
*Atta*, id est, vitiosis pedi-  
 bus, & quod extremis infi-  
 stens plantis ambularet, hoc  
 enim ea vox sonat, ad quam  
 alludit Horatius hoc verbo,  
*perambulet.*

*Ducens.* Existimant, nem-  
 pe senes.

*Minoribus Junioribus con-  
 cedere,* quos se inferiores pu-  
 tant, & fateri ea esse per-  
 denda, quæ olim didicerant,  
 cum essent imberbes.

*Saliare carmen.* Quod Sa-  
 lii Martis sacerdotes a Numa  
 Pompilio instituti saliendo can-  
 tabant, vetus erat cantilena,  
 & obsoleta.

*Quod, &c.* Quod æque ac  
 ego, nescit; erat enim val-  
 de obscurum.

Ingeniis non ille favet, plaudentque sepultis;  
 Nostra sed impugnat: nos, nostraque lividus odit.  
 Quod si tam Græcis novitas invita fuisset,  
 Quam nobis, quid nunc esset vetus, aut quid  
 haberet,  
 Quod legeret, tereretque vitium publicus usus?  
 Ut primum possitis nugari Græcia bellis  
 Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua;  
 Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:  
 Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amavit;  
 Suspendit picta vultum, mentemque tabella:  
 Nunc tibiciuibus, nunc est gavisa tragœdis:  
 Sub nutrice puella, velut si luderet infans.  
 Quod cupide petiit, mature plena reliquit.  
 Quid placet, aut odio est, quod non mutabile  
 credas?  
 Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi;  
 Romæ dulce diu fuit, & solemne reclusa  
 Mane domo vigilare, clienti promere jura,  
 Cautos nominibus certis expendere nummos;

*Sepultis.* Hominibus ingeniosis mortuis: non id facit ut suam veteribus dignitatem, & famam afferat, sed quia recentioribus invidet.

*Tereretque, &c.* Quod dum legitur publice a singulis, usu ipso celebraretur, ac tereretur.

*Nugari.* Levioribus artibus operam dare, ut picturæ, statuaræ, &c. Unde orta fit Poësis, quam Romæ frequens, quam utilis, docere incipit.

*Vitium.* Otium, luxum.

*Æqua.* Prospera.

*Nunc, &c.* Delectata est gladiatoribus spectaculis, curalibus certaminibus. Quinam forent athletæ; vide in variis Odarum locis, ac Sattyarum, v. g. Ode I. lib. 4.

*Suspendit.* Aspexit, & mirata est suspensis oculis, &

animis.

*Cupide.* Vehementer, anxie.

*Plena.* Satiata, fastidiosa.

*Hoc.* Varietatem illarum leviorum artium.

*Reclusa.* Aperta.

*Promere.* Explicare. De clientibus, & patronis alias dictum.

*Cautos.* Dados fidei debitoribus, & certa cautione accepta, v. g. pignore, aut satisfactione. Collocare pecuniam apud locupletes debitores, qui sint solvendi.

*Nominibus.* Ex eo quod fœneratores eorum, quibus pecunias credebant, nomina referrent in argentariorum tabulas, & in suos libros, factum est ut *nominis* appellatio ad omnem pactionem, & contractum pertineret.

*Ma-*

Majores audire, minori dicere per quæ  
 Crescere res posset, minut damnosa libido,  
 Mutavit mentem populus levis, & calet uno  
 Scribendi studio: pueri, patresque severi  
 Fronde comas victi cœnant, & carmina dicant.  
 Ipte ego, qui nullos me affirmo scribere versus,  
 Invenior Parthis mendacior, & pius orto  
 Sole, vigil calanum, & chartas, & scrinia  
 posco.

Navem agere ignarus navis timer; abrotonum  
 agro

Non audet, nisi qui didicist, dare: Quod me-  
 dicorum est,

Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.  
 Scribimus indocti, doctique poemata passim,  
 Hic error tamen, & levis hæc infania, quantas  
 Virtutes habeat, sic collige: vatis avarus  
 Non temere est animus: versus amat, hoc stu-  
 det unum:

Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet,  
 Non fraudem socio, puerove incogitat ullam  
 Pupillo; vivit siliquis, & pane secundo,  
 Militiæ quamquam piget, & malus, utilis urbi.

*Majores.* Seniores.

*Minoris.* Junioribus. Eos  
 præceptis utilibus instruere.

*Res.* Opera.

*Fronde.* Hedera, vel lau-  
 ro, unde fiebant Poetis co-  
 ronæ.

*Parthis.* Sæpe fidem Ro-  
 manis datam fregetant, ut  
 Crassus, & Antonius experti  
 fuerunt: iidem tum acerrime  
 pugnabant, cum fugam ma-  
 gisne simularent.

*Prius, &c.* Ante solem  
 ortum.

*Scrinia.* Capsulam, lo-  
 culos, ubi libri reponerentur.

*Navis.* Navigationis, ar-  
 tis nauticæ.

*Abrotonum.* Herba est me-

dica. Pro quolibet pharmaco  
 ponitur.

*Non temere.* Non facile,  
 non vulgo.

*Incogitat.* Machinatur.

*Siliquis.* Leguminibus.  
 Siliquis propriæ sunt olerum  
 involucria, & folliculi.

*Secundo.* Cibario, crassio-  
 ri, cui admistum fursur: fa-  
 rinae flos, ab omni fursure  
 purgatus, filigo, vel simila-  
 go, & pollen dicitur: ex eo  
 fiebat panis primus, & deli-  
 ciatior; secundus, sive secun-  
 darius ex ea farina, quæ se-  
 cundo loco excernebatur post  
 illam florem: tertius ex  
 alii farina minus perpurpurgata.

*Utilis.* Licet ad militiam

ga-

Si das hoc parvis quoque rebus magna juvari,  
 Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat;  
 Torquet ab obscenis jam nunc sermonibus aurem,  
 Mox etiam pectus proceptis format amicis;  
 Asperitatis, & invidiæ corrector, & iræ,  
 Recte facta refert: orientia tempora notis  
 Instruit exemplis; inopem solatur, & agrum  
 Castis cum pueris ignara puella mariti  
 Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset;  
 Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit,  
 Cælestes implorat aquas docta prece blandus:  
 Avertit morbos, metuenda pericula pellit.  
 Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum,  
 Carmine Dii superi placantur, carminibus manes.  
 Agricolarum præsciti, fortes, parvoque beati,  
 Condita post frumenta, levantes tempore festo  
 Corpus, & ipsum animum spe finis dura fe-  
 rentem,  
 Cum sociis operum, & pueris, & conjuge fida  
 Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,

parum fit idoneus, quia se-  
 gnis, & timidus est, idem  
 tamen est civitati utilis.

*Si das.* Si concedis res  
 parvas esse adjumento ma-  
 ximis.

*Magna.* Reipublicæ admi-  
 nistrationem, & decus e re-  
 bus parvis efflorescere.

*Os.* Vocem, & pronuntia-  
 tionem format, fingitque.

*Torquet.* Detorquet, avo-  
 cat.

*Asperitatis.* Savitiam.

*Recte, &c.* Res a summis  
 viris bene, fortiterque gestas  
 narrat.

*Orientia.* Præsentia, &  
 nascentia tempora docet, in-  
 struitque præteritis exemplis,  
 quæ notoria sunt.

*Ignava puella mariti.* In-  
 nupta.

*Chorus.* Intelligit turbam  
 puerorum, ac puellarum,

quæ in publicis calamitati-  
 bus, item post exactum facu-  
 lum, & per urbem, & in  
 templa procedebant certos  
 hymnos concinens, &c.

*Sentis.* Exorat Deos, ac  
 faventes illos experitur.

*Cælestis aquas.* Pluvias,  
 quæ decidunt e celo, seu ex  
 aere.

*Munes.* Dii inferorum,  
 mortuorum animæ. Vide  
 Od. 20. lib. 1.

*Beati.* Contenti.

*Condita.* Collecta, perce-  
 pta post messem.

*Levantes.* Recreantes.

*Dura.* Labores agriculturæ.

*Porco.* Sus, quæ tellur-  
 immolabatur; sus enim fœ-  
 conditate sua terræ ubertatem  
 adumbrat.

*Silvanum.* Silvarum, &  
 pastorum Deum.

*Pia.*

Floribus, & vino Genium memorem brevis xvi,  
 Fescennina per hunc inventa licentia morem  
 Versibus alternis opprobria rustica fudit;  
 Libertasque recurrentes accepta per annos  
 Ludit amabiliter: donec jam Izvus apertam  
 In rabiem verti cœpit jocus, & per honestas  
 Ire domos impune minax: dolere cruento  
 Dente lacessiti; fuit intactis quoque cura,  
 Conditione super communi: quin etiam lex,  
 Pœnaque lata, malo quæ nollet carminis quem-  
 quam

Describi: vertere modum, formidine sustis;  
 Ad bene dicendum, delectandunque redacti.  
 Græcia capta serum victorem cœpit, & artes  
 Intulit agresti Latio: sic horridus ille

*Piabant.* Pium, & propitium reddebant, expiabant, & luebant hoc sacrificio, si quid in eum peccatum foret.

*Genium.* Genius apud veteres erat Deus vitæ singulorum præses, qui cum ipse gigneretur una, & moreretur. Unde brevis xvi memor hic dicitur, nempe qui brevi, ut homines, vivat; eosque ejusdem vitæ brevitas memores esse jubeat: sic tristis dicitur senectus, quia tristis facit.

*Per hunc, &c.* Ex ea rusticorum consuetudine, qui post messem operum soluti genio indulgebant, orta est licentia, & libertas dicendi alterno carmine convicia quædam rustica, quæ quotannis certo tempore recurrrens, fuit grata, & præter ludum jocosque amabiles nihil habuit: donec cœperunt homines ab istis jocularibus conviciis, ad vera, & aperta descendere, & cives honestissimos minaci carmine deformare, &c. Vocatur hæc licentia Fescennina

ab Fescennia, oppido Etruriæ, unde ista rustica, & obscœna convicia sunt allata.

*Intactis,* non lacessitis, cura fuit commune periculum avertere.

*Malo.* Maledico, famoso.

*Vertere modum.* Rationem scriberet mutavere.

*Ad bene, &c.* Qui maledicere apte solebant.

*Victorem.* Romanos feros vocat, idest; indoctos adhuc, & bonarum litterarum rudes.

*Capis.* Vicit litterarum voluptate, ac inescavit eos, a quibus erat victa, & subacta viribus armorum, & sævitia: laxu & deliciis in Italiam illatis, Romanorum temperantiam, frugalitatem, bonosque mores profligavit.

*Sic, &c.* Cœpit obsolescere ac vilescere Pœsis illa inculta, versus, & numeri impositi, qui olim regnante in Italia Saturno floruerant. Et sermo mundus, elegantisque expulit gravem, virulentum, & barbarum, qui hætenus viguerat, virus idem est ac

Defluxit numerus Saturnius, & grave virus  
 Munditiæ pepulere: sed in longum tamen ævum  
 Manserunt, hodieque manent vestigia ruris.  
 Serus enim Græcis admovit acumina chartis:  
 Et post Punica bella quietus, quærere cœpit,  
 Quid Sophocles, & Thespis, & Æschylus utile  
 ferrent.

Tentavit quoque, rem si digne vertere posset,  
 Et placuit sibi, natura sublimis & acer.  
 Nam spirat tragicum satis, & feliciter audet:  
 Sed turpem putat in scriptis, metuitque lituram  
 Creditur, ex medio quia res arcessit, habere  
 Sudoris minimum; sed habet comœdia tanto  
 Plus oneris, quanto veniæ minus; aspice,  
 Plantus

Quo pacto partes tutetur amantis ephēbi;  
 Ut patris attenti, lenonis ut invidiosi:

venenum, ponitur pro quolibet odore gravi, qualibet asperitate, & pravitate.

*Saturnius*. Qui Saturno regnante in Italia vigebat.

*Ruris*. Rusticæ Pœseos, & incultæ.

*Acumina*. Ingenii aciem, & oculorum legendis Græcorum scriptis adhibuit Romanus populus sero.

*Punica bella*. Quæ contra Pœnos, idest, Carthageneses gesta sunt, tria numerantur: vide Florum, lib. 2.

*Quietus*. Pace fruens, & otio.

*Sophocles*. Fuit scriptor tragiæ Græcarum, ut Thespis, & Æschylus.

*Rem*. Græcos versus in latinum sermonem.

*Spiras*, &c. Spiritus tragicos habet, res tragicas commode cogitat, multa feliciter invenit, ac ingenuose, sed erubescit scripta sua emendare, ac delere timet, quæ semel exaravit.

*Creditur*, &c. Ordo est: creditur comœdia minimum habere difficultatis, ac laboris, quia res, idest, sua argumenta sumit e medio, idest, e communi, & quotidiana vita. Est enim comœdia repræsentatio actionis alicujus ex illis, quæ in plebeja fortuna, & quotidiana vita contingunt. Tragiæ vero, illustris actionis, heroicæ.

*Quo pacto*. Quam accurate: alii exponunt, quam negligenter, & putant Plautum hic ab Horatio vituperari, licet obscurius, quia in honore, & pretio apud multos erat: eundem certe vituperat palam in arte Poetica, & hic jungit cum Dorsetto, quem aperte reprehendit.

*Ephēbi*. Adolescentis partes tutatur, idest, personam exhibet, morés effingit.

*Attenti*. Avari.

Quan-



Quantus sit Dorſennus edacibus in paraſitis:  
 Quam non adſtricto percurrat pulpita focco.  
 Geſſit enim nummum in loculos demittere,  
 poſthac

Securus. cadat, an recta ſit fabula talo.  
 Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,  
 Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat.  
 Sic leve, ſic parvum eſt, animum quod laudis  
 avarum

Subruit, aut reficit. Valeat res ludrica ſi me  
 Palma negata macrum, donata reducit opimum.  
 Sæpe etiam audacem fugat hoc, terretque poetam,  
 Quod numero plures, virtute, & honore minores,

*Quantus, &c.* Quam tragice Dorſennus paraſitos exhibeat: eum videatur culpate, qui ampullaretur, ac ſæviret in paraſitis deſcribendis, qui jocoſo & procaci carmine pingi debuerant.

*Quam non, &c.* Quam laxo, & diſſoluto focco theatrum perambulet. Veſtis non adſtricta, diſcinſta, temere ſuens, indicium eſt hominis negligentis: foccus erat cru- ris indumentum, ſive calceus humilior, quo utebantur actores comædiarum: cothurnus grandior, & ſublimior, quo tragædiarum: pulpitum locus editior in theatro. ubi ſymphoniaci verſabantur: pro toto theatro ſumitur.

*Geſſit, &c.* Iſte Dorſennus Poeta comicus, id unum ſtudet, ut lucrum faciat (ſolebant enim hiſtriones emere a Poetis comædias) poſt hoc eſt ſecurus, id eſt, ſollicitus non eſt an cadat, an ſtet, id eſt, utrum probetur ſua comædia, an explodatur.

*Recto.* Si enim talis invertatur, hominem ſubverti, & cadere neceſſe eſt.

*Quem tulit, &c.* Qui ſcribit fabulas gloriæ captandæ cauſa, is unum ſpectatorem conſultat, ſpectatque; eo languente, & ſaſtidiſo, morret; laudante, ac recto, triumphat.

*Avarum.* Cupidum, *Reficit.* Eruit, accendit. *Res ludicra.* Scenica. Comædiæ parent omnes, &c. *Opimum.* Obefum, id eſt, ovantem, lætum.

*Audacem.* Qui in ſcribendo felix, & ſtrenuus ſit.

*Fugas.* A ſcribendo deterrere.

*Quod numero.* &c. Quod ex iis, qui ad ſpectandum conveniunt, pars multo maxima, dignitate inferior, indoctum vulgus, & ſtolidum in media comædia, ſæpe poſcat ſpectaculum aliquod, & certamen ferarum, aut athletarum, paratum etiam ad arma, & verbera venire, ſi equites, nobiliores ſpectatores, qui ſunt pauciores, diſcordent, id eſt, reſpuant id quod vulgus petit, malint ſpectare comædiam, quam urſos, aut pugiles.

Iudocti, stolidique, & depugnare parati,  
Si discordet eques, media inter carmina poscunt  
Aut ursum, aut pugiles; his nam plebecula  
gaudet.

Verum equitis quoque jam migravit ab aure  
voluptas

Omnis, ad incertos oculos, & gaudia vana.  
Quattuor, aut plures aula premuntur in horas,  
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque ca-  
tervas.

Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.  
Effeda festinant, pilenta, petorruta, naves,  
Captivum portatur ebur, captiva Corinthus:  
Si fofet in terris, rideret Democritus, seu

*Verum, &c.* Verum, & ipsi quoque equites jam delectantur magis videndis spectaculis, quam audiendis comædiis, & tragediis, quod ex eo probat quia ornamenta, actores, vestes, & omnis ejusmodi apparatus magis placebant, quam ipsi versus.

*Incertos.* Qui hæc illuc curiose circumferuntur.

*Quattuor, &c.* Id est; comædia per horas quattuor, aut plures durat; quamdiu scilicet aula a strata jacent.

*Premuntur.* Complicantur. Scena, sive theatrum obtegetur aliquo velo, quod demittebantur, & stratum complicatumque humi jacebat cum actores prodibant, attollebatur, & explicabatur. finita fabula. Porro in ipsis tragediis, & comædiis interdum multa eduntur spectacula, v. gr. exercitus inter se certantes in ipso theatro; triumphus, in quo reges olim fortunati, trahuntur victis post tergum manibus, &c.

*Fugiunt.* Dum hostes fu-

gientes in theatro exhibentur.

*Effeda.* Currus quidam erant, quibus Galli maxime utebantur; pilenta, matronarum vehicula, petorruta, apud Belgas erant usitata.

*Portatur.* Simulacra regum captorum portantur, nempe in teatro ad pompam, & spectaculum,

*Corinthus.* Od. 6. lib. 1.

*Democritus.* Fuit Philosophus insignis, qui ex omnibus ridendi ansam captabat, ut Heraclius fandi. Ordo est risum non teneret Democritus, cum videret populunt ore converso, & hiantem spectantem, seu camelopardalim quæ est genus quoddam bellæ diversum a panthera, & camelo ex utroque tamen confusum, & mixtum. seu elephantem album: certe Democritus plus voluptatis caperet ex populi admiratione, & stulta curiositate, quam ex istis ludris spectaculis utpote qui populus sibi Democrito præberet jucundiora spectacula, quem minus quilibet; est autem.

Diversum confusa genus panthera canelo;  
 Sive elephas albus vulgi converteret ora:  
 Spectaret populum ludis attentius ipsis,  
 Ut sibi præbentem mimo spectacula plura:  
 Scriptores autem narrare putaret a se  
 Fabellam surdo: nam quæ pervincere voces  
 Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra?  
 Garganum mugire putes nemus, aut mare  
 Thuscum:

Tanto cum strepitu ludi spectantur, & artes,  
 Divitiæque peregrinæ quibus oblitus actor  
 Cum stetit in scena, concurrat dextera lævæ.  
 Dixit adhuc aliquid? nil sane: quid placet ergo?  
 Lana Tarentino violas imitata veneno.  
 Ac ne forte putes, me, quæ facere ipse recusem,  
 Cum recte tractant alii, laudare maligne:  
 Ille per extentum funem mihi posse videtur  
 Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,  
 Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,

tem minus histrio, qui, ridiculos gestus edit; vel fabula scurrilia, & jocularia, oblectandis spectatoribus inferi solita inter actus singulos tragediarum, comediarum.

*Scriptores.* Poetas qui tragedias scribant: surdo canere, est ei dicere, qui non audiat, qui aliud agat: populus præclara carmina non audiat, intentus spectaculis tragediarum, potius quam versibus, & insonditos clamores edens.

*Garganum.* Est mons Garganus in Apulia.

*Thuscum.* Od. 10. Lib. 1. 18., & 23. lib. 3.

*Artes.* Opera veterum, artificium, v. g. picturæ, æra.

*Oblitus.* Indutus, inquit matus potius quam ornatus: oblitus quippe est luto, vel facidus commaculare.

*Scena.* Sat. 1. lib. 2.

*Concurrat, &c.* Plauditur.

*Quid placet.* Cur spectatores plaudunt?

*Lana &c.* Vestis purpurea, violacei coloris tinctoria in urbe Italiae Tarento. Od. 23. lib. 1. *Veneno.* Colore, succo.

*Ac ne, &c.* Noli arbitrari me tragicos poetas parce laudare, quia tragedias non scribo, quas illi recte tractant. Non modo illos non vitupero, ut fatear ultro, eos rem facere difficillimam, &c.

*Ille, &c.* Poeta tragicus rem mihi videtur facere tam difficilem, quam est ire per funem in aere suspensum, quod funambuli faciunt.

*Inaniter.* In argumentis fictis, & nihil ad me spectantibus.

*Angit.* Movet, perturbat.

*Ms.*

Et magus; & modo me Thebis, modo pouis  
Athenis.

Verum age, & his qui se lectori credere malunt,  
Quam spectatoris fastidia ferre superbi,  
Curam redde breuem: si munus Apolline dignum  
Vis complere libris, & vatibus addere calcar.  
Ut studio majore petant Helicon virentem.  
Multa quidem nobis facimus mala sæpe poetæ.  
(Ut vineta egomet cædam mea) cum tibi librum  
Sollicito damus, aut fesso; cum lædimur, unum  
Si quis amicorum est ausus reprehendere versum;  
Cum loca jam recitata revolvimus irrevocati;  
Cum lamentamur, non apparere labores  
Nostros, & tenui deducta poemata filo:  
Cum speramus eo reo venturam, ut simul atque  
Carmina rescieris nos fingere, commodus ultro  
Arcessas, & egere vetes, & scribere cogas.

*Magnus.* Præstigiator, qui arte magica homines ex uno loco in alium transfert.

*Thebis, Athenis.* Od. 7. lib. 1.

*Verum age, &c.* Quamvis tragici poetæ artem magnam & arduam profiteantur, noli, o Cæsar, illos dignari tua cura, qui malunt odas & alia id genus carmina scribere, legenda & placitura lectori placido, quam tragœdias spectandas a fastidioso spectatore.

*Redde.* Impende debitam illis curam: tribue brevem, ob tuas graviores occupationes. Alii sic explicant, minue illis curam scribendi, & laborem, tua scilicet liberalitate, brevem illis, & exiguam curam officæ.

*Munus, &c.* Bibliothecam a te ad fiatam, & consecratam Apollini,

*Calcar.* Stimulos, animos. *Ut vineta, &c.* Ut pro quoque poetas, qui lectoribus

magis, quam spectatoribus placere amant, vituperem: vel: ut me quoque accusam qui agam id quod in aliis reprehendo: alienas vites cadere, hostiæ facinus est: unde Virgil. Ecloga 3. *Atque malas vites incidere falco novellas:* suas vero, est hominis, qui se ipse oderit: unde metaphorice insinuat de illo, qui accuset ultro, & reprehendat.

*Sollicito Occupato.*

*Revolvimus.* Repetimus.

*Irrevocati.* Non rogati ea iterum recitare.

*Non apparere &c.* Non intelligi quantum laboraverimus, quam fiat delicata, & subtilia, quæ scripsimus, poemata; dictum a tela subtiliter texta.

*Commodus.* Benignus, liberalis.

*Egere vetes.* Opibus augeas, des nummos.

X

Sed

Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales  
 Ædituos habeat belli spectata domique.  
 Virtus, indigno non committenda Poetæ.  
 Gratus Alexandro regi Magno fuit ille  
 Chœrilus, incultis qui versibus, & male natis  
 Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos  
 Sed veluti tractata notam, labemque remittit  
 Atramenta, fere scriptores carmine fædo  
 Splendida facta linunt. Idem rex ille poema  
 Qui tam ridiculum, tam care prodigus emit  
 Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,  
 Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra  
 Fortis Alexandri vultum simulantia. Quod si  
 Judicium subtile videndis artibus, illud  
 Ad libros, & ad hæc Musarum dona vocare

*Sed tamen, &c.* Quamvis importuni tibi sisus nos Poetæ, o Cæsar, neque si quid scribimus; continuo putare debeamus fore, ut nos accersas, & jubeas versus facere: tamen eos non debes negligere, & repudiare, imo facies operæ pretium, idest, rem tibi utilissimam facies, si eos cures cognoscere, & sovare, qui tum virtutis possint esse æditui, idest, qui tuas res præclare donis, & militiæ gestas possint conservare scribendo, ut æditui templa serviant, vel aliis explicare, & enarrare, ut æditui enarrant hospitibus, & peregrinis res in sacrario abditas: neque imitandus tibi Alexander Magnus qui charum habuit Chærilum malum poetam, eique ob incultos versus aurea dedit numismata, Philippi patris sui vultu signata.

*Rettulit, &c.* Idest, qui Chærilus ob inculta carmina donatus est nummis Philippi; eos suis versibus acceptos rettulit: acceptum aliquid alicui referre, est aliquid be-

neficium illi debere, fateri illud ab eo accepisse.

*Remittens.* Allinunt nubibus tagentium.

*Linunt.* Deterunt, commaculant.

*Alius Lysippo.* Quam Lysippus, insignis statuarium.

*Duceret.* Excuderet statuum ex ære.

*Quod si.* Sententia est. judicium illud Alexandri subtile ad æstimanda peritiorum artificum opera vocares traduceres ad libros, & judicanda poetarum opera, comparares Alexandrum judicantem de tabulis pictis, statuis, cum Alexandro judicante de versibus; diceres: illum imperitum in æstimandis versibus, & tam stupidum, quam sunt Bœoti (quibus aer patriæ crassior inanium pingue faciebat) ac præve de illis judicabat, et tanti faceret Chærilum, solum poetam: in quo Alexandrum longe superandum Virgilium, & Varii poetas optimos magni fac-

At

Pœotum in crasso jurares aere natum.  
 At neque dedecorant tua de se judicia, atque  
 Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt  
 Dilecti tibi Virgilius, Variusque Poetæ.  
 Nec magis expressi vultus per aenea signa,  
 Quam per vatis opus, mores animique virorum  
 Clarorum apparent. Nec sermones ego malle  
 Repentes per humum, quam res componere gestas,  
 Terrarumque situs, & flumina dicere, & arces  
 Montibus impositas, & barbara regna, tuisque  
 Auspiciis totum confecta duella per orbem,  
 Claustraque custodem pacis cohibentia Janum,  
 Et formidatam Parthis, te Principe, Romam;  
 Si quantum cuperem, possem quoque. Sed ne-  
 que parvum  
 Carmen majestas recipit tua; nec meus aude  
 Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.  
 Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget,  
 Præcipue cum se numeris commendat, & arte.  
 Discit enim citius, meminitque libentius illud,

*At neque &c.* Non dede-  
 corant tua de se judiciis, imo  
 laudi tibi, & honori sunt,  
 dum tales sunt revera, qua-  
 les illos præclare judicasti:  
 ornant tua munera, qui dignis  
 fuisse collata ostendunt,

*Nec sermones, &c.* Ego ve-  
 ro non profecto malle  
 Satyras, & Epistolas, ut facio,  
 humili stilo, & repenti scri-  
 bere, quam tuas res gestas  
 heroico carmine componere.

*Duella.* Bælla finita, &  
 sublata.

*Claustraque.* Et portas  
 templi Jani a te clausas. Ape-  
 riebatur dum bellum erat,  
 confecto claudebatur. Bis illud  
 clausit Augustus. Vide Indi-  
 cem secundum Odarum, &  
 eas Odas ubi de Parthis &  
 Augusti victoriis fuse agitur.

*Si quantum, &c.* Si facul-  
 tas, & eloquentia voluntati

responderet.

*Recipis.* Non convenit di-  
 gnitati tuæ.

*Sedulitas, &c.* Sensus est:  
 qui studio, & amore alicu-  
 jus, bene mereri de illo la-  
 borat, eum laudando, si id  
 prave faciat, amicum urget,  
 idest, gravat, vexat, onerat  
 potius quam ornat, præcipue  
 cum se illi probare, & com-  
 mendare studet, versus faci-  
 endo in ejus laudem: mali  
 enim isti versus citius a po-  
 pulo discuntur, quam boni.  
 Ego vero nihil facio, non  
 probo officium, quod cum  
 dedecore meo, & incommo-  
 do conjunctum sit: & quem-  
 admodum non amem, no-  
 lim proponi meam imaginem  
 e cera fictam, quæ deformior  
 sit, quam ipse sim, ita no-  
 lim laudari malis versibus.

X 2 Rue.

Quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur.

Nil moror officium, quod me gravat; ac neque ficto

In pejus vultu reponi cereus usquam,

Nec prave factis decorari versibus opto:

Ne rubeam pingui donatus munere, & una

Cum scriptore meo, capsula porrectus aperta

Deferar in vicum vendentem thus, & odores,

Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis.

*Rubeam.* Pudore afficiar.

*Pingui.* Crasso, inermido.

*Una, &c.* In eodem enim

libro est nomen scriptoris eius,

qui scribitur, seu laudatur.

*Porrectus.* Inster cadaveris.

*In vicum, &c.* Unguentarii,

& fallamentarii faciunt

involucra suarum mercium ex

inutilibus chartis, & ineptis

libris. Erant autem Romae

vicus thurarius, & plures vicus

ci unguentarii.

## EPISTOLA II.

*Excusat se Julio Floro expostulanti quod nec epistolam, nec ea, quae promiserat carmina, misisset. Varias affert rationes, cur in scribendis versibus negligentior sit. 1. Quia natura cessator est, ac desidiosus. 2. Quia medicis opibus non caret. 3. In urbe difficile est scribere ob tumultum, & negotia. 4. Res est magni laboris poema. 5. Poetarum natio inepta est. 6. Quia iam id aetatis est, ut cogitare potius debeat de moribus recte componendis, & extirpandis cupiditatibus, quam de versibus pangendis.*

**F**lore, bono claroque fidelis amice Neroni,  
Si quis forte velit puerum tibi vendere,  
natum

Tibure, vel Gabiis, & tecum sic agat: Hic &

*Neroni.* Claudio Tiberte Neroni, qui Augusto successit.

*Puerum.* Servum.  
*Tibure, &c.* Tibur, Ga-

bii sunt Italiae urbes, de quibus saepe jam dictum.

*Agat.* Loquatur, paciscatur.

*Mi-*

Candidus, & talos a vertice pulcher ad imos.  
 Fiet, eritque tuus nummorum millibus octo,  
 Verna, ministeriis ad nutus aptus heriles:  
 Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti  
 Cuilibet: argilla quidvis imitabitur uda.  
 Quia etiam canet indoctum, sed dulce bibenti:  
 Multa fidem promissa levant, ubi plenius æquo  
 Laudat venales, qui vult extrudere merces.  
 Res urget me nulla, meo sum pauper in ære:  
 Nemo hoc mangonum faceret tibi, non teme-  
 re a me

Quivis ferret idem: semel hic cessavit, &, ut fit  
 In schalis latuit metuens pendentis habenz.

*Millibus octo.* Nummos sestertios intelligit 8000. & sestertia 8. quæ respondent libris Francis 800. nummis vero Scutatis Romanis ducentis.

*Verna, &c.* Verba sunt venditoris: est, inquit, puer iste verna, idest, servus domi mee natus aptus ad quodlibet ministerium obeundum heri nutu, & arbitrio.

*Græcis.* Romani græcas litteras discebant, ut Galli linguam Germanicam, aut Italicam, unde cariosa erant mancipia, quæ græce scirent.

*Argilla &c.* Fingi tam facile, ac flecti potest, quam argilla uda, ex qua fictilia vasa fiunt.

*Indoctrum.* Indoctræ, parum musice: ea tamen voce, quæ tibi epulanti non infuavis esse videatur.

*Multa, &c.* Pergit venditor: scio, inquit, iis venditoribus non facile credi, qui multa, & mira de suis mercibus permittunt, ac prædicant; quo facilius nimirum eas extrudant, idest, vendant, distrabant: ego non is sum, nulla me res cogit

hoc mancipium vendere; pauper sum, at quod habeo meum est, nihil cuiquam debeo: oerse nemo alius mango (est mancipiorum venditor) ita tecum ageret, tam candidè, quam ego, vitia mancipii tibi aperiret: nec facile ipse cum alio quolibet emptore sic agerem: hic puer semel segnis fuit, non obtemperavit mihi imperanti, &, pro more servorum, cum metueret, ne suspecto e schalis loro vapularret, fugit, ac latuit: si te non offendit ejus hæc fuga, & cessatio, quam a me vides excipi ex ejus alii laudibus, & merito reprehendi, dare nummos indicatos jam potes, & emere.

*Lavant.* Minuunt, abrogant venditori: faciunt, ne tam facile ipsis credatur. Emptor, venditori suas merces plus nimio venditanti, minorem fidem habet.

*Plenius æquo.* Plus justo.

*Ferret.* Obtineret, extorqueret, nempe ut tam levi pretio mancipium ejusmodi venderem.

*Habenz.* Scuticæ, sort.

X 3 Ex.



Des nummos, excepta nihil te si fuga laedit:  
 Ille fecat pretium, poenae securus, opinor.  
 Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est lex.  
 Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua,  
 Dixi me pigrum proficiscenti tibi: dixi  
 Talibus officiis prope mancum: ne mea servus  
 Jurgares, ad te quod epistola nulla veniret:  
 Quid tum profeci, mecum facientia jura  
 Si tamen attentas? quereris super hoc etiam, quo  
 Expectata tibi non mittam carmina mendax.  
 Luculli miles collecta viatica multis  
 Ærumnis, lassus dum noctu sterneret, ad affem  
 Perdiderat: post hoc vehemens lupus, & sibi,  
 & hosti  
 Iratus pariter, jejunis dentibus acer,  
 Præsidium regale loco dejecit, ut ajunt,

*Excepta.* Hunc servum as-  
 firmavi omni vitio carere,  
 præterquam quod semel su-  
 git.

*Ille, &c.* Loquitur jam  
 Horatius. Venditor profecto  
 accipere pretium a te empta-  
 re potest securus poenas, id-  
 est, non timens poenam his  
 imponi mercatoribus solitam,  
 qui mercium, quas vendunt  
 præsertim mancipiorum, vi-  
 tia emptoribus non indica-  
 bant. Diceret enim tibi ven-  
 ditor: emisti vitiosum ser-  
 vum prudens; idest, sciens  
 ejus vitia; dicta tibi est lex,  
 & conditio, qua illum eme-  
 res, nempe si te fuga illius  
 non læderet, & tamen hunc  
 venditorem, a quo servum  
 emisti insequeris, veras, &  
 litem iniquam illi intendis?  
 facis inique.

*Dixi, &c.* O Flore, puta  
 me similem isti venditori:  
 dixi tibi, me esse in scriben-  
 do pigrum, & ad hæc urba-  
 nitatis officia ineptum.

*Quid tum, &c.* Vitium ti-  
 bi meum candide aperiendo.

*Jura.* Qua eum poenae, &  
 objurgationis securum esse  
 voluit, qui rei cujuscumque, &  
 contractus vitia aperit con-  
 trahenti ementi &c. hæc jura  
 pro me stant, mihi favent.

*Attentas.* Vis labefactare,  
 oppugnare,

*Super.* Præterea hoc que-  
 reris.

*Luculli.* Vixit eodem quo  
 Cicero, Pompejus. &c. tem-  
 pore: bellum cum Mithrida-  
 te Ponti in Asia rege, gessit,  
 & cum Trigane.

*Viatica.* Pecuniam dari so-  
 litam militibus ad iter con-  
 sciendum, & emendas res  
 necessarias.

*Ad affem.* Usque ad ulti-  
 mum teruntium; nihil ut su-  
 pesselet.

*Lupus.* Instar lupi fame-  
 lici.

*Præsidium.* Milites in ar-  
 ce quadam ad ejus præsidium  
 relictos a rege Mithridate.

*Bis*

Summe munito, & multarum divite rerum.  
 Clarus ob id factum, donis ornatur honestis.  
 Accipit, & bis dena super sestertia nummum,  
 Forte sub hoc tempus castellum evertere Prætor  
 Nescio quod cupiens, hortari cœpit eundem.  
 Verbis, quæ timido quoque possent addere mentem.  
 I, bone, quo virtus tua te vocat: i pede fausto,  
 Grandia laturus meritorum præmia. Quid stas?  
 Post hæc ille catus, quantumvis rusticus, ibit,  
 Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit, inquit.  
 Romæ nutrirî mihi contigit, atque doceri,  
 Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles.  
 Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ;  
 Scilicet ut possem curvo dignoscere rectum;  
 Atque inter sylvas Academi quærere verum.

*Bis dena.* 20. Sestertia. Sestertius nummus erat as duplex cum dimidio tertii; sestertium in neutro genere valebat mille sestertios, 20. Milia sestertiorum, seu 20. sestertia valebant libras Gallicas 2000. nummos scutatq. Romanos 500.

*Super.* Præter dona honorifica jam accepta, lauros, & coronas.

*Sub hoc, &c.* Paulo post.

*Prætor.* Ductor exercitus: qui enim Magistratus in Urbe jus reddebat, idem in exercitu præerat, & prætor utrobique vocabatur.

*Addere mentem.* Animos erigere, accendere.

*Bone.* Vox blandientis est.

*Ille catus.* Miles ille Luculli quamvis rusticus, tamen vaser, & prudens post hanc orationem prætoris, ita respondit: ibit eo, quo jubes, qui opes, & viatica amisit; ego, qui jam præda sum onustus, non ibo: hoc in se transfert Horatius. Alias versus faciebam lucri causa, nunc

locuples factus, nolo istum laborem sumere.

*Zonam.* Crumenam; quæ in Zonis crumenas solebant gestare.

*Iratus quantum, &c.* Discere Homeri poemata. Hæc maxime continent damna per Achillis iram Græcis importata, cum ille Agamemnoni ob ereptam Briseidem infensus a bello abstinuit, Hectore Græcos ubique profligante, quem postea idem Achilles, cum Patrocli amici sui mortem ulturus bellum repetiisset, interfecit; capta est paulo post Troja. Vid. Ep. 2. lib. I.

*Adjecere, &c.* Bonas artes, philosophiam scilicet, Athenis didici: vide Horatii vitam in libri limine.

*Academi.* Fuit Academus Atheniensis civis; erat illi suburbana villa pulcherrimis arboribus confita, quam philosophiæ studiosis donavit: hinc dicti sunt Academici, & Gymnasia, litterarumque scholæ Academicæ.

Dura sed emovere loco me tempora grato ;  
 Civilisque rudem belli tulit æstus in arma ,  
 Cæsaris Augusti non responsura lacertis .  
 Unde simul primum me dimisere Philippî ,  
 Decisis humilem pennis , inopemque paterni  
 Et laris , & fundi ; paupertas impulit audax ,  
 Ut versus facerem . Sed , quod , non desit , ha-  
 bentem ,

Quæ poterunt unquam satis expurgare cicutæ ,  
 Ni melius dormire putem , quam scribere versus ?  
 Singula de nobis anni prædantur euntes :  
 Eripuere jocos , Venerem , convivia , ludum ;  
 Tendunt extorquere poemata . Quid faciam vis ?  
 Denique non omnes eadem mirantur , amantque .  
 Carmine tu gaudes : hic delectatur Jambis ;  
 Ille Bioneis sermonibus , & sale nigro .

*Dura tempora* . Bella ci-  
 vilia inter Octavium , & Cæ-  
 saris percussores ; Brutus Ho-  
 ratium ad militiam pertraxit .

*Rudem* . Militiæ imperi-  
 tum . Od. 5. lib. 2. 4. 3.

*Æstus belli civilis* . Ducit-  
 ur a mari metaphora .

*Lacertis* . Viribus .

*Unde , &c.* Quo e civili  
 bello statim ut dimissus sum  
 post prælium Philippense ,  
 commissum ad Philippum ur-  
 bem Thessaliæ , in campis  
 Pharsalicis , ubi victus est  
 Bruti , & Cassii exercitus .

*Decisis , &c.* Amissa digul-  
 tate , & opibus .

*Quod non desit* . Habentem  
 quod sufficiat , quod mihi de-  
 esse nolim ; quænam cicutæ  
 me parvo fruentem , & ut-  
 cumque locupletem , sanare  
 possent , si adeo insanirem ,  
 ut mallem versus multo la-  
 bore scribere , quam feriari ,  
 & genio indulgere ?

*Cicutæ* . Herba est frigi-  
 dissima , adeoque idonea ad sa-  
 mandam phrænesim , quæ ex

atra bile sæpe , & nimio ca-  
 lore nascitur . Sunt qui le-  
 gant cum Lambino *ficujs* ,  
 quæ vox a Græcis sumpta  
 significat cucurbitam e vitro ,  
 seu metallo factam , qua utun-  
 tur medici ad eliciendum e  
 carne vitiosum sanguinem ,  
 aut humorem . Hanc Lambi-  
 ni lectionem Torrentius eru-  
 dite , ut solet , explodit .

*Singula , &c.* Alia ratio  
 cur non scribat , quia senior  
 est .

*Euntes* . Effluentes , præ-  
 tereuntes .

*Poemata* . Facultatem con-  
 dendi carminis .

*Denique* . Alia ratio , nem-  
 pe fastidium hominum , qui  
 alii alia carmina probant ,  
 adamantque .

*Carmine* . Nempe heroico  
 per antonomasiam .

*Bioneis* . Sermonibus , Sa-  
 tyris . Bion philosophus qui-  
 dam , aut poeta fuit mordax ,  
 & maledicus ; Lambinus eum  
 Aristophanis patrem facit .

Sc-

Tres mihi convivæ prope disseant videntur,  
 Poscentes vario multum diversa palato.

Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod  
 jubet alter;

Quod peris, id sane est invisum, acidumque  
 duobus.

Præter cætera, me Romæne poemata censes  
 Scribere posse, inter tot curas, totque labores?  
 Hic sponsum vocat, hic auditum scripta, relictis  
 Omnibus officiis. Cubat hic in colle Quirini,  
 Hic extremo in Aventino; visendus uterque.  
 Intervalla vides humane commoda. Verum  
 Pluræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstat.  
 Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor:  
 Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina  
 tignum:

Tristia robustis luctantur funera plaustris:  
 Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.  
 I nunc, & versus tecum meditare canoros.  
 Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fu-  
 git urbes,

Rite cliens Bacchi somno gaudentis, & umbra.  
 Tu me inter strepitus nocturnos, atque diurnos  
 Vis canere, & contracta sequi vestigia vatam?

*Sal nigro.* Salibus ama-  
 ris, & josis. Porro sal niger  
 est albo acrior, & amarior  
 quia densior, & magis con-  
 cretus est: itaque pro dica-  
 citate, josisque asperioribus  
 usurpatur.

*Tres mihi, &c.* Videor  
 mihi habere tres convivas di-  
 versi plane gustus, quibus sa-  
 tisfacere nequeam.

*Præter cætera, &c.* Ratio  
 quarta cur non scribat; peti-  
 ta nempe ab urbanis negotiis.

*Sponsum vocat.* Ad res-  
 pondendum pro se, ad fide-  
 jubendum.

*Auditum, &c.* Ad audi-  
 enda, quæ amicis recitat,  
 carmina.

*Cubat hic, &c.* Alius qui-  
 dam ægrotat procul in colle  
 Quirinali, alius in extrema  
 parte montis Aventini. Duo  
 isti montes admodum disjun-  
 cti sunt.

*Humane, &c.* Belle com-  
 moda: ironice, idest, perquam  
 incommoda.

*Puræ, &c.* An liberæ, &  
 patentes plateæ sunt? Neu-  
 tiquam sane.

*Calidus.* Præceps, trepidus.  
*Gerulis.* Bajulis.

*Redemptor.* Operis allu-  
 jus conductor, qui id facien-  
 dum certo pretio in se recipit.

*Contracta.* Angusta, diffi-  
 cilia, impressa in locis arctis

X 5 & re-

Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas,  
 Et studiis annos septem dedit, insenuitque  
 Libris, & curis, statua taciturnus exit  
 Plerumque, & risu populum quatit. Hic ego  
 rerum

Fluctibus in mediis, & tempestatibus urbis,  
 Verba lyræ motura sonum connectere diguer?  
 Frater erat Romæ consulti rhetor; ut alter  
 Alterius sermone meros audiret honores:  
 Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mucius ille.  
 Qui minus argutos vexat furor iste Poetas?  
 Carmina compono, hic elegos, mirabile visu,  
 Coelatumque novem Musis opus. Aspice primum  
 Quanto cum fastu, quanto molimine circum  
 Spectemus vacuum Romanis vatibus ædem.

& reductis, non in viis publi-  
 cis, & locis patentibus ac-  
 tritis.

*Ingenium, &c.* Aliquando  
 contingit ut homo ingenio-  
 sus, qui ut studeret facilius  
 humanioribus litteris, secessit  
 Athenas urbem vacuum, &  
 tranquillam; postquam ibi per  
 annos septem libris impalluit,  
 parum tamen in otio tanto  
 proficiat, imo hinc redeat sta-  
 tua taciturnior, & infantior,  
 populoque risum præbeat;  
 quonam igitur pacto ego in-  
 ter tot fluctus curarum, &  
 negotiorum versus facerem  
 Lyricos?

*Insenuit.* Maxima conten-  
 tione incubuit; operam inde-  
 fessam posuit. Senectam sæpe  
 usurpatur pro mœnore, cu-  
 ra, &c.

*Frater, &c.* Rhetor qui-  
 dam Romæ fuit frater juris-  
 consulti, alter alteri sic adu-  
 labatur, ut nihil audiret ab  
 altero, quæ nomina merum  
 honorem significantia, hono-  
 rificentissima; hic juricons-  
 ultus illum vocabat Gracchum  
 & orator præstantissimus fue-

rat) ille Rhetor vocabat hunc  
 fratrem suum Q. Mucium  
 Scævola, quia olim Mutius  
 Scævola optimus jurisconsul-  
 tus erat. an sunt poetæ ho-  
 nores? Quinta ratio; vatium  
 ineptia, & adulatio putida,  
 qua se invicem prosequuntur,  
 ac mulcent.

*Argutos.* Ingeniosos, ele-  
 gantes.

*Mirabile visu.* Subaudi,  
 statim exclamant amici poe-  
 tæ, opus a me scriptum esse  
 admirabile, & a novem Mu-  
 sis elaboratum.

*Aspice, &c.* Primum hoc  
 argumentum sit illorum poeta-  
 rum arrogantia, quod ægre  
 ferant sua scripta non reponi  
 in bibliotheca Palatina, in  
 qua tot Græcorum scilicet car-  
 mina diligenter, & curiose  
 servantur, quibus nihil se in-  
 feriores Romani poetæ cen-  
 sent.

*Molimine.* Fastu; ambi-  
 tiosa indignatione.

*Vatibus.* Scriptis Romano-  
 rum poetarum.

*Ædem.* Apollinis Palatini,  
 præ-

Mox etiam, si forte vacas, sequere, & procul audi  
 Quid ferat, & quare sibi neciat uterque coronam.  
 Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem,  
 Lento Samnites ad lumina prima duello.  
 Discedo Alcæus puncto illius; ille meo quis?  
 Quis, nisi Callimachus? si plus adposcere visus,  
 Fit Mimnermus, & optivo cognomine crescit.  
 Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,

prope quam extracta est ab Augusto bibliotheca, eam vacuum esse idcirco dolebant, quia cupiebant sua in eam inferri scripta.

*Vacas.* Si otiosus es, si nihil aliud habes, quod te detineat.

*Procul.* Sæpe vox ea significat præ oculis, cominus.

*Ferat.* Dicat: quid afferat causæ, cur uterque alteri dignus corona videatur, & præmio. Videbis illos poetas, omnes simillimos esse Samnitibus, qui lento, & innoxio bello se invicem cædunt ad lumina prima, id est, sub noctem, cum faces accenduntur.

*Samnites.* Sic vocabantur gladiatores quidam ad pompam, & voluptatem tantum comparati, qui se simulatis, & compositis petebant vulneribus: ita poætæ mutuis adulationibus se prosequuntur, & si quid in aliis carpunt, id molliiter jactitant, vicissimque ab aliis carpuntur leniter. Samnites autem gladiatores a Samnitibus Italiæ populis appellati sunt: illi postquam a Romanis victi fuerunt, eorum arma, & nomen istis gladiatoribus datum est odium Samnitium. Liv. lib. 9.

*Discedo, &c.* Ille, unus aliquis poeta, me suo puncto, id est, suffragio (quia

veteres suffragia ferebant missis in eistam tabellis, quæ certo punctorum numero notatæ erat) vocat, & pacem dicit Alcæo poeta græco lyrico nobilissimo: At illæ quis a me appellatur? certe Callimachus; aut si ne istud quidem nomen, ea laus, ipsi satisfacit, voco illum Mimnermum, & hoc illi, quod optavit, cognomen do. De Alcæo sæpe dictum in Odis, maxime decima lib. 2.

*Puncto.* In comitiis inferebantur aliquando suffragia, ut unum punctum illius, quem eligebant, nomini inscriberent.

*Callimachus.* Poeta græcus, in primis elegans; elegias, & aliquot scripsit epigrammata. Floruit Ptolemæo Philadelpho regnante, circa annum ab U. C. 500.

*Mimnermus.* Epist. 6. lib. 1.

*Crescit.* Metaphora sumitur ab iis, qui adoptantur in alienam familiam, qui suo nomini fere addebant eorum nomen, a quibus adoptabantur, eoque crescebant.

*Multa, &c.* Ordo est, quando versus facio, multa perfero, audiq; vates patienter cum sua mihi recitant scripta ut placatos habes in illos; sunt enim ad iracundiam fere proniores, adulator illis ut ipsorum benevolentiam aucuper; ego

Cum scribo, & supplex populi suffragia capto;  
 Idem finitis studiis, & mente recepta,  
 Obrurem patulas impune legentibus aures.  
 Ridentur mala qui componunt carmina: verum  
 Gaudent scribentes; & se venerantur, & ultro,  
 Si taceas, laudant, quidquid scripsere beati.  
 At qui legitimum cupiet fecisse poema,  
 Cum tabulis animum censoris sumet honesti:  
 Audebit quæcumque parum splendoris habebunt,  
 Et sine pondere erunt, & honore indigna fe-  
 rentur,  
 Verba movere loco, quamvis invita recedant,  
 Et versentur adhuc intra penetralia Vestæ.  
 Obscurata diu populo, bonus eruet, atque  
 Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,  
 Quæ priscis memorata Catonibus atque Cethegis,  
 Nunc situs informis premit, & deserta vetustas:  
 Adsciset nova, quæ genitor produxerit usus,

anim illorum quoque suffra-  
 giis, ut populo placeant mea  
 carmina: verum postquam si-  
 nem imposui studiis, & me  
 ab illa scribendi versus insania  
 recepi, ac liberavi: certe ob-  
 turabo, liceat obturare mihi  
 aures, & occcludere, ne illos  
 audiam sua mihi carmina re-  
 citantes. Id faciam impune,  
 id est, nihil metuens ab eo-  
 rum censura, & iracundia.

*Gaudens.* Sibi placent.

*Beati.* Seipsis, & versibus suis contenti.

*Legitimum.* Ad omnes bo-  
 ni poematis leges exactum,  
 perfectum.

*Cum tabulis.* In quibus  
 poema suum scripsit.

*Vestæ.* Vestæ erat Dea ignis,  
 ac foci præses: sæpe sumitur  
 pro ipsa domo, quia suum  
 quæque domus focum habe-  
 bat. Templo, & penetrati  
 Vestæ non licebat reos ex-  
 trahere loci sanctitate muni-

tos videlicet, ac tutos. Ita-  
 que sententia esse duplex po-  
 test. Prims, etsi adhuc lateat  
 domi, etsi nondum editum  
 sit poema in lucem: secunda  
 mutanda, & loco suo moven-  
 da verba sunt, licet placeant,  
 neque minus secura videan-  
 tur, quam si in Vestæ pene-  
 tralibus, temploque essent:  
 quamvis loco moveri nolint.

*Erues.* In lucem proferet  
 benigne, ac liberaliter prisca  
 verba, & ab usu popularis  
 atque quotidiani sermonis re-  
 mota, ideoque obscura, &  
 obsoleta.

*Quæ, &c.* Quæ cum olim  
 a Carone, & Cethego, no-  
 bilibus Romanis, usurparetur,  
 nunc jacent abdita in  
 situ, id est, pudore, & squa-  
 lore; ignota sunt, & anti-  
 quata.

*Adsciset.* Frequentabit,  
 finget, movabit.

*Ve.*

Vehemens, & liquidus, puroque similimus amni;  
 Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua.  
 Luxuriantia comescet: nimis aspera sano  
 Levabit cultu: virtute carentia tollet:  
 Ludentis speciem dabit, & torquebitur, ut qui  
 Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.  
 Prætulero scriptor delirus, inersque videri,  
 Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,  
 Quam sapere, & ringi. Fuit haud ignobilis Argis,  
 Qui se credebat miros audire tragicædos,  
 In vacuo lætus sessor, planorque theatro:  
 Cætera qui vitæ servaret munia recto  
 More, bonus sane vicinus, amabilis hospes,  
 Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis;  
 Et signo læso non insanire lagena;

*Vehemens.* Ipse Poeta erit similis amni vehementi, & liquido, idest, sectabitur puritatem sermonis, & vim verborum. Anapæstus pro spondo est initio versus: Ita Virgil. hexametrum incepit. *Fluviorum rex Eridanus.*

*Beabis.* Ornabit, augebit.

*Luxuriantia.* Abundantia, & uberiora circumcidet.

*Levabit.* Poliet., reddet lævis, ita tamen ut nervos, & robur nimio illo cultu, ornatuque non adimat, & cultus ille, seu color sit sanus, non fucatus, &c.

*Ludentis, &c.* Similis erit homini parum laboriose scribenti: negligentior scribere videbitur, & multum laboris tamen infūmet, ut qui movendo, & saltando imitantur Satyros, vel Cyclopes, licet motus edant incompósitos, & quasi artis expertes, in eo tamen operæ multum ponunt, ac fudant.

*Satyrum.* moveri, pro motu, & saltatione imitari.

*Prætulero.* Malim ta-

ment.

*Mala.* Carmina male composita.

*Fallant.* Lateant.

*Sapere.* Ornate scribere.

*Ringi.* Vexare me, & macerare si recte scribam. Ringi proprie dicuntur canes, cum irritati diducunt os, quasi morsuri; transfertur in eos, qui taciti dolent, & os sæde interdum distorquent.

*Fuit, &c.* Ostendit exemplo ignoscendum esse malis poetis qui sibi male placent, quique carituri sint magra voluptate, si dedocantur.

*Vacuo.* Ubi nulli actores essent.

*Munia.* Officia, & munera.

*Signo.* Pice, qua obturbatur lagena, signum, sigillum domini apponebatur, certa nota, &c. Est autem is ordo: & qui posset non insanire, non irasci furentis in morem, læso, idest, aperto, resignato, lagena signo, si videret lagenam a servulis reclusam, & delibatam.

*Refe-*



Possit qui rupem, & puteum vitare patentem,  
 Hic ubi cognatorum opibus, curisque refectus,  
 Expulit helleboro morbum, bilemque meraco,  
 Et redit ad sese: Pol me occidistis, amici,  
 Non servastis, ait, cui sic extorta voluptas,  
 Et demptus per vim mentis gratissimus error.  
 Nimirum sapere est abjectis utile nugis,  
 Et tempestivum pueris concedere ludum,  
 Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis:  
 Sed veræ numerosque modosque ediscere vitæ.  
 Quocirca mecum loquor hæc, tacitusque recordor:  
 Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ,  
 Narrares medicis; quod quanto plura parasti,  
 Tanto plura cupis, nulline faterier audes?  
 Si vulnus tibi, monstrata radice, vel herba,  
 Non fieret levius, fugeres, radice, vel herba  
 Proficiente nihil curarier. Audietas, cui  
 Rem Di donarent, illi decedere pravam  
 Stultitiam: & cum sis nihilo sapientior, ex quo  
 Plenior es, tamen uteris monitoribus iisdem?  
 At si divitiæ prudentem reddere possunt,  
 Si cupidum, timidumque minus te, utinpe ru-  
 beres  
 Viveret in terris te si quis avarior uno.

*Refectus.* Curatus, & re-  
 creatus a morbo, quo mens  
 illius, & phantasia labora-  
 bat, dum se actores ibi pu-  
 tarer audire ubi nulli essent,

*Meraco.* Puro, & mero  
 helleboro. Hac herba cura-  
 bantur amentes. Sat. 3. lib. 2.

*Redit ad sese.* Sanam men-  
 tem recuperavit.

*Pol.* Per Pollucem.

*Per vim.* Viribus pharma-  
 corum.

*Nimirum, &c.* Ordo est:  
 Nempe nunc mihi est utile  
 sapere, operam dare veræ vir-  
 tuti & sapientiæ, abjectis  
 verbis, & ejusmodi nugis,  
 & hoc relinquere pueris,  
 quorum ætati ludus iste est

tempestivus, conveniens.

*Sequitur.* Rimari, componere.

*Numeros modos.* Epist. 18.  
 lib. 1.

*Narrares.* Aperires, medi-  
 cos consuleres

*Plura parasti.* Plures opes  
 comparasti.

*Fieret levius.* Non cura-  
 retur.

*Fugeres.* Nolles omittere.

*Audieras, &c.* Ita quippe  
 vulgus loquitur, & putat,  
 eos, qui opes a superis acci-  
 piant, stultitia liberari, &  
 sapere.

*Plenior.* Ditiior.

*Ruberis.* Tibi turpe puta-  
 res esse.

*Pro-*

Si proprium est, quod quis libra mercatus, & ære est,

Quædam (si credis consultis) mancipat usus:  
 Qui te pascit ager, tuus est: & villicus Orbi  
 Cum segetes occat, tibi mox frumenta daturus,  
 Te Dominum sentit. Das nummos, accipis  
 uvam;

Pullos, ova, cadum temeti. Nempe modo isto  
 Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis,  
 Aut etiam supra, nummorum millibus emptum.  
 Quid refert, vivas numerato nuper, an olim?  
 Emptor Aricini quondam, Vejentis & arvi,  
 Emptum cœnat olus, quamvis aliter putat:  
 Emptis

*Proprium est.* Ad eum censetur pertinere, est ejus dominus.

*Quod quis, &c.* Quod ab aliquo emptum est. Cum res aliqua emebatur, pretium illius, seu pecunia, quæ primis temporibus erat ærea, non numerabatur, ut fere nunc fit, sed appendebatur libra, seu trutina.

*Quædam, &c.* Contra, res quasdam (si jurisconsultis creditur) usus proprias facit, evadunt usu ipso tuæ, tanquam si esses illarum Dominus. Usus opponitur mancipio, seu dominio, & juri primario: sic aliquis uti, & frui aliquo prædio potest, cujus Dominus non sit, quod dare, vendere, &c. non possit; interdum fit ut earum rerum Domini censeamur, quibus utimur, & diuturna possessio aliquando vim juris, & domini obtinet apud jurisconsultos. Hinc Horatius colligit res eas, quibus utimur, y. g. fundum alienum, unde frugea emimus, nostram quoque dici posse, quia eo

fruihur, & eum quasi singulatim emimus ac sensim, quem totum ipse ejus Dominus olim emit.

*Orbi.* Romanus alicuius divitis, qui suo fundo villicum præficit.

*Occat.* Occare est semen sparsum terra operire, fractis glebis.

*Te, &c.* Perinde dat illas fruges tibi, ac si esses fundi dominus, æque ac Orbus.

*Temeti.* Vini: ita vitium appellatur: quia tentat mentem.

*Trecentis.* Sestertiis majoribus, quæ valent septem millia, & quingenta scutata Romanæ librarum vero Gallicæ 30000.

*Quid refert, &c.* Quid interest utrum vivas e fundo cujus pretium per partes a te numeratur, dum ejus fruges emis quotidie, an ex eo fundo, cujus pretium olim totum fuerit numeratum, & perfolutum a domino?

*Emptor, &c.* Qui olim emit arvum aliquod prope Ariciam, (est oppidum in via

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum ;  
 Sed vocat usque suum , qua populus adsita certis  
 Limitibus vicina refigit jurgia , tanquam  
 Sit proprium quidquam , puncto quod mobilis  
 hora ,

Nunc prece , nunc pretio , nunc vi , nunc sorte  
 suprema

Permutet dominos , & cedat in altera jura .

Sic quia perpetuus nulli datur usus , & hæres  
 Hæredem alterius , velut unda supervenit undam ;  
 Quid vici profunt , aut horrea ? quidve Calabris  
 Saltibus adjecti Lucani , si metit Orcus  
 Grandia cum parvis , non exorabilis auro ?  
 Gemmas , marmor , ebur , Tyrrhena sigilla , ta-  
 bellas ,

Argentum , vestes Getulo murice tinctas ,

Sunt qui non habeant , est qui non curet habere :  
 Cur alter fratrum cessare , & ludere , & ungi

via Appia ) qui prope Vejos  
 ( urbem Volscorum præcipua-  
 am ) cœnat empta legumina ,  
 quamvis ea putet esse propria ,  
 & sua , emptitiis lignis ollam  
 suam vespere calefacit : dum  
 enim arvum illum emit , emit  
 quoque fruges ab illo post ori-  
 taras .

*Sed , &c.* Vocat arvum il-  
 lud tamen suum usque ad eam  
 agri partem , in qua plantata  
 in limite populus arbor , di-  
 rimit lites , quæ oriri possent  
 de agri limitibus cum vicino

*Tanquam .* Quasi vero ,  
 damus enim rogantibus .

*Prece .* Donatione .

*Sorte suprema .* Morte .

*In altera jura .* In alteri-  
 us potestatem , & dominium .

*Vici .* Villæ magnæ , pagi toti .

*Calabris .* Calabria , & Lu-  
 cania sunt in extrema Italia  
 parte prope Siciliam , & pas-  
 cuis abundant .

*Orcus .* Pluto , mors

*Grandia , &c.* Nobiles cum  
 ignobilibus .

*Sigilla .* Parva signa , sta-  
 tuas exiguas , & elegantes e  
 Tuscia .

*Getulo .* Afro .

*Cur alter , &c.* Quoniam  
 pacto fit , ut e duobus sæpe  
 fratribus unus ferriari malit ,  
 quam Herodis regnum possi-  
 dere ; alter misere sit avarus ,  
 & labori deditus ? certe non  
 apparet causa tanti discrimi-  
 nis , estque soli Deo Genio  
 nota ; ego neutrum certe il-  
 lorum fratrum imitabor , non  
 ero prodigus , nec avarus , &c .

*Fratrum .* Terentii quædam  
 Comœdia inscribitur Adelphi  
 hoc est *Fratres* . In ea in-  
 ducuntur Fratres duo moribus  
 dissimillimis , Demea , & Mi-  
 cio . Huc Horatius respexit  
 hoc loco .

*Ungi .* Accumbebant ad  
 mensam unguentis delibuti .

*Pal-*

Præfert Herodis palmetis pinguibus; alter  
 Dives, & importunus ad umbram lucis ab ortu  
 Sylvestrem flammis, & ferro mitiget agrum:  
 Scit Genius, natale comes qui temperat astrum  
 Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum  
 Quodque caput, vultu mutabilis, albus & ater.  
 Utar, & ex modico, quantum res poscet, acervo  
 Tollam: nec metuam, quid de me iudicet hæres,  
 Quod non plura datis invenerit, et tamen idem  
 Scire volam, quantum simplex, hilarisque nepoti  
 Discrepet, & quantum discordet parcus avaro.  
 Distat enim, spargas tua prodigus, an neque  
 sumptum

Invitus facias, neque plura parare labores:  
 Ac potius, puer ut festis Quinquatribus, olim  
 Exiguo, gratoque fruaris tempore raptim.  
 Pauperies immunda domus procul absit. Ego  
 utrum

Nave ferar magna, an parva, ferar unus, & idem;  
 Non agimur tumidis velis Aquilone secundo;  
 Non tamen adversis statemur ducimus Austris,  
 Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,

*Palmetis.* Judæam significat, palmis abundantem: ejus rex Herodes.

*Importunus.* Improbo, & Irrequieto labore se macerans, ac defatigans.

*Ad umbram.* Ab ortu lucis, usque ad noctem.

*Mitiget.* Incultum, & rude solum igne & aratro excolat: igne exuruntur v. g. silices, & herbæ steriles.

*Genius.* Od. 22. libr. 3. Epist. 7. lib. 1.

*Comes, &c.* Qui comes nobis adjunctus, & vitæ moderator, temperat vim nostri astri natalis, & syderum influxus regit, ne nobis nocent.

*Mortalis, &c.* Qui moritur cum unoquoque nostrum.

*Albus, & ater.* Felix, &

adversus, propitius idem, & infensus,

*Utar.* Partis bonis fruar, & ex acervo sumam, &c.

*Datis.* A me relictis: quod plura sibi non reliquerim.

*Simplex.* Qui candide, & sine furore, jucunde vivit.

*Neposi.* Prodigio. Epod. Od. 1.

*Quinquatribus.* Quinquatria, sive Quinquatrus erant quinque dies Minervæ festi, per quos pueri feriabantur. Inchoabantur istæ feriæ a xiv. Kal. April.

*Unus, &c.* Sive magnis opibus utar, sive exiguis, animum æquum retinebo, non extollar, nec deprimar.

*Loco.* Gradu, & conditione.

Re.

Extremi primorum, extremis usque priores:  
 Non es avarus? abi. Quid? cætera jam simul isto  
 Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani  
 Ambitione? caret mortis formidine, & ira?  
 Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,  
 Nocturnos Lemures, portentaque Thessala rides?  
 Natales grate numeras? ignoscis amicis?  
 Lenior, & melior sis accedente senectâ?  
 Quid te exempta juvat spinis de pluribus una?  
 Vivere si recte nescis, decede peritis.  
 Lulisti satia: edisti satis, atque bibisti:  
 Tempus abire tibi est: ne potum largius æquo  
 Rideat, & pulset lasciva decentius ætas.

*Rs. Opibus.*

*Non es, &c.* At, inquiet mihi aliquis: o Horati, satis intelligo te avarum non esse, bene est, at num cæteris omnibus vitiis cares?

*Miracula.* Prodigia quædam quibus terretur vulgus.

*Sagas.* Præstigiatrices, veneficæ.

*Lemures.* Laryas nocturnas, & umbræ.

*Portenta Thessala.* Res prodigiosæ, quas Magi suis incantamentis edunt. In Thessalia Magi erant frequentes. Od. 5. Epod.

*Grate.* Nimirum non dolens te senem fieri, plures a te dies natales numerari, mortem æquo animo expectans.

*Spinis.* Vitiis.

*Vivere si, &c.* Si nescis hilariter vivere, si per iracundiam non potes amplius indulgere voluptatibus, concede, locum da iis, qui hoc sciunt, & possunt, nempe juvenibus: decet hoc illos magis quam te. Hoc sibi ab aliquo monitore dici fingit Horatius; indeque innuit sibi jam a choreis, & versibus, & cæteris ludicris abstinendum. Hoc discrimen inter Satyras, & Epistolas Horatii intercedit, quod in Satyris vitis graviora reprehendit acriori stylo, in epistolis agit lenius, & virtutes fere commendat. In utrisque perfecta recte vivendi ars traditur, quæ in vitiis vitandis, & colendis virtutibus consistit.

Q. HORATII FLACCI

DE

## ARTE POETICA

LIBER.

*Vitiosum poema, si ex contrariis rebus constet, & partius minime inter se congruentibus.*

**H**umano capiti cervicem pictor equinam  
Jungere si velit, & varias inducere  
plumas.

Undique collatis membris, ut turpiter atrum  
Desinat in piscem mulier formosa superne;  
Spectatum admitti risum teueatis amici?  
Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum  
Persimilem, cuius, velut ægri somnia, vanæ  
Fingentur species, ut nec pes, nec caput unū  
Reddatur formæ. Pictoribus, atque poetis

*Humano, &c.* Ordo est. O amici, an risum teneretis si admitteremini aliquam in domum ut spectaretis tabulam pictoris, in qua esset humanum caput impositum cervici equi, corpus muliebri superiori parte plumis testum, posteriori in caudam piscis desinens?

*Collatis.* Undique corrogatis, & e variis animalibus velut comportatis, & collectis.

*Pisones.* Duo filii Lucii Pisonis, in cujus patrem Cicero est investus; magnæ spei adolescentes.

*Cujus, &c.* Cujus partes similes erunt illis monstris, & figuris, speciebusque ridi-

culis, & inter se non coherentibus, quæ somnianti ægroto obversantur: itaut nec pes idest, pars extrema, nec caput, idest pars prima, reddatur, idest, congruat eidem formæ, & imagini: eandem formam efficiant.

*Pictoribus, &c.* At edim, inquiet aliquis, pictores, & poetæ, facultatem habent fingendi, & scribendi quidquid libuerit: scio, respondet Horatius, & fateor, hanc illis dari veniam, sed ea tamen lege, ut ne monstra fingant, ut ne jungantur animalia placida cum feris v. g. agni cum tigris, aves cum anguibus.

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.  
Scimus, & hanc veniam petimusque, damusque  
vicissim:

Sed non ut placidis coeant immitia, non ut  
Serpentes avibus gementur, tigribus agni.

*Vitanda descriptiones a principe materia longe aber-  
rantes, Et quæ sunt πᾶρρηχα.*

Inceptis gravibus plerumque, & magna professa  
Purpureus, late qui splendeat, unus & alter  
Assuitur pannus, cum lucus, & ara Dianæ,  
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,  
Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus:  
Sed nunc non erat his locus: & fortasse cupressum  
Scis simulare: quid hoc, si fractis enatat expes  
Navibus, ære dato, qui pingitur? Amphora  
cœpit

*Inceptis gravibus.* Initium poematis est aliquando magnificum; sed postea inanes quædam descriptiones ad propositum nihil pertinentes attextantur, ut panni purpurei vestii assuantur.

*Ara Dianæ.* Erat celebris Diana ara in Aricino nemore, quod est in Latio, cujus aræ sacerdos dicebatur Rex nemorum: alia fuit in Taurica Chersoneso, ubi hospites immolabantur, & ad quam Orestes expiendus se contulit.

*Rhenus.* Rhenus ingens fluvius Galliam inter & Germaniam fluit.

*Arcus.* Iris pluviam fere denunciat, nec nisi in rosida nube, ac stillante apparet.

*Et fortasse, &c.* Tu similis es illis imperitis, tyronibusque pictoribus, qui nihil aliud sciunt pingere, quam arbores: sed quid hoc, id est,

quid arbores opus sunt ad describendum hominis naufragium? qui tibi æs, seu pecuniam ideo dedit, ut naufragium suum depingeres ad excitandam spectantium commiserationem, ad quod cupressus scite, & eleganter picta nihil facit.

*Simulare.* Pingere: picturæ laus enim prima est, ut res eas, quas pingit, similes veris, ac vivis efficiat.

*Amphora, &c.* Alia allegoria: tuum poema erat inceptum splendide, & magnifice, vas aliquod magnum moliri, ac fingere videbaris, mox abis ad minutas descriptiones, quæ sunt instar urceolorum præ ingenti amphora: debebas institutam amphoram, poema bene cœptum ad finem usque eodem stylo, veluti rota currente, perducere.

Institui, currente rota, cur urceus exit?

*Sit poema unum, sibiq; perpetuo consentaneum.*

Denique sit, quodvis, simplex duntaxat, & unum.

Maxima pars vatum, Pater, & Juvenes patre digna,

Decipimur specie recti: brevis esse laboro,

Obscurus fio. Sectantem lævia nervi

Deficiunt animique: profectus grandia, turget;

Serpit humi tutus nimium, timidulque procellæ.

Qui variare cupit rem prodigialiter unam,

Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.

In vitium ducit culpæ fuga, si arte caret.

*Poeta, qui solum excellit in quibusdam posticæ initiis, partibusque minutis, imperitus est.*

Æmilium circa ludum faber imus, & unguis

Exprimet, & molles imitabitur ære capillos:

Intelix operis summa, quia ponere totum.

*Rota.* Utuntur figuli rota in fistilibus quasi torno fabricandis.

*Sit quodvis.* Quodlibet poema unum quiddam sit: ejus partes omnes in unum veluti coalescant corpus. Hoc primum artis præceptum. Alterum subjungit de modo componendi singulas partes, quem esse talem oportere docet, ut brevitati consularur sine obscuritate, elegantia nervi addantur, fugiatur tumor, &c.

*Sectantem lævia.* Volentem uti oratione lævi, ac posita. Qui nimis concinnum, & comptum dicendi genus confectatur, is orationem plerumque mollem, & enervatam efficit.

*Qui variare, &c.* Qui

oblectare cupit maxima, & inaudita rerum varietate, si interdum delabitur ad res non minus absurdas, quam si delphinum piscem in sylvis ludentem describeret, &c.

*Æmilium, &c.* Est quidam faber ærarius, qui imam habet, seu ultimam tabernam, ex iis quæ sunt circa ludum gladiatorum Emilii (erat ibi le lanista) is eleganter imitatur capillos, & unguis statuz, sed totam statuas suis, pro rata portione, constantem partibus ponere non poterit, imperitus, & rudis in opere consummando: ego tam illi similis esse nolim, quam habere turpem nasum, & pulchros oculos.



Nesciet. Hunc ego me si quid componere curem,  
 Non magis esse velim, quam pravo vivere naso,  
 Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

*Scripturus poema, & rem tractandam, & vires ingenii sui prius exploret.*

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam  
 Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,  
 Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res,  
 Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

*De collocatione, & ordine materie.*

Ordinis hæc virtus erit, & venus, aut ego fallor,  
 Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici,  
 Pleraque differat, & præsens in tempus omittat;  
 Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.

*Hactenus de fabula, & argumento; nunc de genere dicendi, & primum de verbis novis.*

In verbis etiam tenuis, cautusque serendis.  
 Dixeris egregie, notum si callida verbum  
 Reddiderit junctura novum. Si forte necesse est  
 Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,

*Potentem.* Accommodata potestati, viribus & facultati scriptoris.

*Venus.* Gratia, dignitas.

*Amet.* Sumat tractandum, in hoc moretur, aliud probet, aliud rejiciat.

*In verbis.* Primum præceptum elocutionem spectans, seu verba, & versus.

*Tenuis.* Parcus, modestus, subtilis.

*Serendis.* Novandis, fingendis, & quasi producendis, ut fruges latrone gignuntur.

*Dixeris, &c.* Ea voce uti poteris commode, quam ne-

va, & ingeniosa junctura reddet veluti novam, licet constet e notis, & antiquis vocabulis Sic. *Veliivolus*, *Fedifrogus*, & alia id genus nomina sunt inventa, & facta e duobus vocibus apte junctis.

*Si forte, &c.* Si fuerit necesse verbum aliquid recens procreare ad rem aliquam significandam.

*Indiciis.* Vocabulis, que sunt rerum signa.

*Abdita rerum.* Res abditæ, & ignotas veteribus.

*Fin-*

Fingere cincturis non exaudita Cethegis  
Continget, dabiturque licentia sumpta pudenter.

*Verba nova majorem auctoritatem habent, si ex græcis parce verecundeque detorta gignantur.*

Et nova, fictaque nuper habebunt verba fidem, si  
Græco fonte cadant, parce detorta. Quid autem  
Cæcilio Plautoque dabit Romanus, ademptum  
Virgilio Varioque? ego cur acquirere pauca  
Si possum, invideor, cum lingua Catonis &  
Enni

*Fingere, &c.* Si est opus fingere quasdam voces non auditas, ignoratas priscis Romanis etiam disertissimis, qualis erat M. Cornelius Cethegus, quem laudat Cicero in Bruto.

*Cincturis, Vox vetus pro cinctis, sive indutis cinctu:* erat autem ille cinctus modus quidam vestis, cum togæ lacinia rejecta in humerum sinistrum inde ad imum pectus infra brachium dextrum revocabatur, & instar cinguli convolvebatur circa lumbos pendente crurum tenuis subligaculo. Virg. l. 7. v. 612. cinctus etiam significat acer, strenuus, & opponitur discincto. Epod. 1.

*Continget.* Fieri hoc poterit, licebit uti verbis ejusmodi factis, continget fabricari nova vocabula.

*Pudenter.* Parce, verecunde.

*Habebunt fidem.* Valebunt, probabuntur, auctoritatem obtinebunt, si a Græca lingua derivata sint, & modice deflecta.

*Quid autem, &c.* Cur Romani dabunt, & concedent Cæcilio, & Plauto veteribus poetis comicis aliquid, quod

negent Virgilio, & Vario? (recentes illi erant poetæ heroici, Horatii æquales.) Cur licebit Cæcilio, & Plauto nova verba fingere, Virgilio, & Vario non licebit? Cæcilius natione Insuber, Comœdiarum scriptor fuit: vocat eum Tullius malum latinæ auctorem: artis ramentum Comicæ, & componendæ Fabulæ peritum fuisse apparet, quippe quem ipse Terentius consulere non dubitaret. Plura de illo vide in Epist. 1. hujus libri. Lucius Varius Augusto charus in primis fuit, ejusque jussu Æneidem emendavit, cum eam ipsi cremendam Virgilius moriens commisisset.

*Acquirere, &c.* Paucis verbis augere, & ditare linguam latinam.

*Invideor.* Præ invidia vector, cur moleste feror?

*Catonis.* Duo fuere Catones: alter senior sive Censorius; alter ejus nepos, Uticensis dictus: de utroque facta in Odis mentio,

*Enni.* Ennius Poeta Latinus vetus fuit, de quo dictum prima hujus libri Epistola.

- Signa-

Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum  
Nomina proulerit? Licuit, semperque licebit  
Signatum præsentem nota producere nomen

*Ut rerum omnium, quæ oriuntur, & occidunt;  
sic etiam verborum sua ætas est.*

Ut Sylvæ foliis pronos mutantur in annos,  
Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas.  
Et juvenum situ florent modo nata, vigentque.  
Debemur morti nos, nostraque, sive receptus  
Terra Neptunus, classes Aquilonibus arcet,  
Regis opus, sterilisve diu palus, aptaque remis  
Vicinas urbes alit, & grave sentit aratrum:  
Sed cursum mutavit iniquum frugibus annis,  
Doctus iter melius. Mortalia facta peribunt,

*Signatum.* Recens veluti, culum proferte, & usurpare, ut recentem nummum: vocem, quam usus præsentem comprobat.

*Ut Sylva, &c.* Odo est ac sententia: quando sylvæ mutantur foliis, seu amittunt folia, singulis annis pronis, & in finem vergentibus, id est, Autumno exeunte: tunc prima tollit, & vetera cadunt,

*Sive receptus, &c.* Oten- dit obiter omnia esse morti obnoxia, etiam opera maxima, & regalia, quorum tria hic dicitur ab Augusto præfata. Primum est portus in Lucrino lacu ab Agrippa, iu- hente Augusto, factus ad ar- cendos classibus Aquilones, sive ad naves in tuta statione collocandas. In sinu Puteo- lano inter Bajas, & Puteolos erat lacus Lucrinus (l. 2. Od. 12.) is a Mari vicino disjungebatur angusta terræ parte, qua perforata, Augu- stus mare in eum lacum im- misit, effecitque portum, qui

Julius est appellatus. Virgil. 2. Georg. versu 160.

*Palus.* Pomptina palus sive Pomptina, in Latio, inter fluvios Asturam, & Ana- senum, non procul a foro Appii, sic dicta quasi Pome- tina, nimirum ab urbe Sues- sa Pometia ad fluvium Astu- ram sita, unde agro toti, & paludi nomen. Eam olim exsicaverunt Cornelius Ce- thegus Consul, teste Plin. lib. 4. cap. 4. Verum cum iterum aquis esset repleta ja- ceretque ingens ager sterilis, imo etiam remis, ac cymbis pervius, Augustus iterum eam- dem siccauit.

*Regis opus.* Regale opus: tanti sumptus, ut nemo alius id efficere posset, nisi cui re- gis, imperatoris essent opes.

*Annis.* Tyberis, qui cum sæpe exundans agros vicinos, ipsiusque urbis partem mer- geret, ab Augusto derivatus est in aliam partem, & prio- rem alveum deferere coactus, molibusque objectis repressus.

*Ne-*

Nedum sermonum iter honos, & gratia vivax.  
 Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque  
 Quæ nunc sunt in honore, vocabula, si volet  
 usus,

Quem penes arbitrium est, & jus, & norma  
 loquendi.

*Quo carminis genere quæque res scribendæ: indignus  
 Poetæ nomine, qui nesciat suum rebus  
 metrum accommodare.*

Res gestæ, regumque, ducumque, & tristia bella,  
 Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.  
 Versibus impariter junctis querimonia primum,  
 Post etiam inclusa est voti sententia compos.  
 Quis tamen exiguos elegos emisit auctor,  
 Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.  
 Archilocum proprio rabies armavit Jambo.  
 Hunc socci cepere pedem, grandæque cothurni,  
 Alternis aptum sermonibus, & populares

*Nedum.* Multo certe mi-  
 nus.

*Quo.* Nempe versu heroi-  
 co, & grandiori, qualis vul-  
 go hexameter.

*Versibus, &c.* Querelæ,  
 seu res lugubres inclusæ pri-  
 mum sunt versu elegiaco,  
 mox etiam sententia, idest,  
 argumentum, seu res lætæ,  
 & prosperæ, quæ nos voti  
 compotes faciunt. Elegiam  
 porro vocat versus impariter  
 junctos, quia in Elegia pri-  
 mus versus sex, alter quinque  
 pedibus constat.

*Quis, &c.* Ordo est, Ta-  
 men adhuc certant inter se  
 grammatici, & nondum defi-  
 nita hæc, atque adjudicata  
 lis est, quis primus auctor,  
 & inventor Elegiæ fuerit.

*Exiguos.* Quia stylum E-  
 legia tenuem postulat, non

sublimem, ut versus heroicus  
*Proprio.* Quem invenit  
 & quo usus est in Lycambæ,  
 cujus filiam Neobulem uxo-  
 rem expetebat, sed ab eo  
 repulsus, tam amarus in eum-  
 dem jambis scripsit, ut ip-  
 sum coegerit laqueo vitam  
 finire.

*Hunc, &c.* Jambum pe-  
 dem & versum sumpsere sibi  
 Comædiæ, & Tragediæ.  
 Socci sunt humilliores calcei,  
 quibus utebantur actores Co-  
 mædiarum; cothurni altiores,  
 quos Tragedi induebant.

*Alternis, &c.* Quia mu-  
 tuis colloquiis est idoneus, &  
 pronuntiari facile, atque au-  
 diri ob gravitatem quamdam,  
 potest in theatro, ubi strepi-  
 tus ingens: denique videtur  
 natus, & factus ad hominum  
 actiones, & negotia verbis,

Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.  
Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum,  
Et pugilem victorem, & equum certamine pri-  
mum,

Et juvenum curas, & libera vina referre.  
Descriptas servare vices, operumque colores,  
Cur ego, si nequeo, ignoroque, poeta salutor?  
Cur nescire, pudens prave, quam discere malo?

*De Comædia, Tragediæque stylo.*

Verbis exponi tragicis res comica non vult.  
Indignatur item privatis, ac prope socco  
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.  
Singula quæque locum teneant sortita decenter.  
Interdum rursus & vocem Comædia tollit,  
Iratuque Chremes tumido delirigat ore:

& actionibus representanda,  
quod in comædia, & Tra-  
gædia fit.

*Musa, &c.* Musæ volue-  
runt, ut referrentur, seu ca-  
nerentur fidibus, id est, ver-  
sa lyrico; Divorum lau-  
des, & Heroum, qui sunt  
Deorum filii, victoriæ pugil-  
lum, curæ ludicræ juvenum,  
bacchicæ cantilenæ liberiores.

*Pugilem.* Vocabantur pu-  
giles ii, qui pugnis, & ca-  
stibus certabant, seque deji-  
cere alter alterum nitebantur  
in certaminibus Olympicis.  
Vide Od. 1. lib. 4.

*Primum.* Cæteris celerio-  
rem, in curuli certamine.

*Vices, &c.* Ordo est, si  
ego nequeo, & nescio servare  
istam carminum varietatem  
ab Musis, & usu ipso præscri-  
ptam, itaut unumquodque o-  
pus, & argumentum suo co-  
lore adumbrem, id est, suo  
exponam carminæ, cur poeta  
dico?

*Pudens prave.* Male, &  
perperam verecundus. Cur  
præpostero pudore ductus ma-  
lo ignorare, quod meum erat  
scire, quam illud ab aliis di-  
scere, & fateri meam igno-  
rantiam?

*Privatis.* Nihil altum, &  
heroicum sonantibus, sed ple-  
beis, &c.

*Cœna Thyestæ.* Argumen-  
tum tragicum, qualis est  
Thyestæ cœna, qui cum A-  
trei fratris uxorem assisset  
ignominia, Atreus illi suos  
liberos epulandos apposuit.  
Vide Senecæ Trag. hoc ar-  
gumento scriptam.

*Vocem tollit,* Grandiori  
stylo, & verbis sonantiori-  
bus utitur.

*Chremes.* Senex, in Co-  
mædia Terentiana.

*Delirigat.* Acriter litigat,  
& in filium furit. Vid. act.  
5. Heantontimorumeni Te-  
rent. sic, *deseruit*, pro valde  
savit, *denarrat* &c.

*Pe-*

Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.  
 Telephus, & Peleus cum pauper & exul uterque,  
 Projicit ampullas, & sēsquipedalia verba,  
 Si curat cor spectantis tetigisse querela.

*Poema non solum artificiali ordine constare debet,  
 sed etiam suavitate condiendum ad concitandos  
 affectus; hos, ut recte exprimat, ipse  
 prior induat Poeta.*

Non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunt.  
 Et quocumque volent, animum auditoris agunt.  
 Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt  
 Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est  
 Primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia lædent,  
 Telephe, vel Peleus: male si mandata loqueris,  
 Aut dormitabo, aut ridebo. Tristitia inæstum  
 Vultum verba decent; iratum, plena minarum:  
 Ludentem lasciva: severum seria dictu.  
 Format enim natura prius nos intus ad omnem

*Pedestri.* Versibus Jambicis humilioribus, & negligentius factis, quales a Comicis fere usurpantur. Hoc probat exemplis Telephi, & Pelei.

*Telephus.* Rex Mysiæ fuit qui cum transitum Græcis Trojam petentibus negasset, ab Achille vulneratus est, regnoque pulsus, mox tamen veniam a Græcis petens restitutus, & rubigine, quam ex Achille hasta eraserat, sanatus est. Peleus Achillis pater, ab Æta o suo parente ob fratrem interf.ctum exulare est iustus.

*Projicit.* Abjicit, non utitur ampullatis, & sonantibus, longis, & magnificis verbis, si vult auditores ad commiserationem suis versibus querulis movere.

*Adsunt.* Reddunt se sta-

tim similes: legunt aliqui

*Adsunt* sententia est, nos in aliorum animis facile motum excitaturos, quem ipsi prius in nobis effecerimus.

*Telephe, &c.* O actor, qui Telephum representas exulem, &c.

*Mandata.* Impositos tibi, & mandatos ad recitandum versus.

*Lasciva.* Jocosa, ludicra.

*Format enim.* &c. Ostendit, cur verba sint affectibus accommodanda: quia, inquit, natura imprimit nobis affectus fortunæ nostris convenientes, & respondentem conditioni nostræ, habitui, seu statui: nunc juvat nos, id est, delectat, lætis: nunc ad iram impellit, aut humi præ tristitia quasi abjicit: sed quia latent illi affectus, eos

**Fortunarum habitum** : juvat , aut impellit ad iram ,

**Aut ad humum mœrore gravi deducit , & angit :**  
**Post effert animi motus interprete lingua .**  
**Si dicentis erunt fortunis obsona dicta ,**  
**Romani tollent equites , peditesque cachionum .**

*Poeticum decorum , quo sermo , Et affectus personis accommodantur , conditionem , ætatem , sexum , institutum , nationem intuetur .*

**Intererit multum , Davusne loquatur , an heros ,**  
**Maturusne senex , an adhuc florente juventa**  
**Fervidus , an matrona potens , an sedula nutrix ,**  
**Mercatorne vagus : cultorne virentis agelli :**  
**Colchus , an Assyrius : Thebis nutritus , an Argis .**  
**Aut famam sequere , aut sibi convenientia fuge ,**  
**Scriptor : Honoratum si forte reponis Achillem :**  
**Impiger , iracundus , inexorabilis , acer**  
**Jura neget sibi nata , nihil non arroget armis .**

effert , & quasi foras promit lingua , quæ cum tantum interpretis sit , debet nihil aliud , nec alio modo dicere , quam quod est illis affectibus appositum , & conveniens .

*Davusne* . Servus aliquis vaser , & perfidus . Legunt aliqui , *Divusne* .

*Nutrix* . Tales vocabantur mulieres feminis principibus ad honorem , consilium , & custodiam appositæ .

*Colchus* . Colchia est Asia regio ad Pontum Euxinum , barbara , & veneni serax . Assyrii sunt in eadem Asia ad meridiem , molles , & voluptatibus dediti . Thebani in ea Græciæ parte sunt , ubi æer crassior homines tardiores . & hebetiores facit : Argivi in Peloponneso , generosi habebantur , & ambitiosi .

*Assyrius* . Od. 4. Lib. 3.

*Thebis* . Od. 3. Lib. 4.

*Argis* . Od. 6. Lib. 1.

*Aut famam , &c.* O scriptor , o poeta , si quam personam representas fama notam , sequere illa , quæ vulgo de ipsa dicuntur , illam exhibe talem , qualem fuisse fama prædicat : si fingis novam personam , & ignotam , cura ut , quæ de illa fingis , consentiant sibi , & convenient ; ne , v. gr. primo barbaram , postea humanam exhibeas : utrumque hoc præceptum exemplis firmat .

*Honoratum* . Illustrem , ab omnibus celebratum .

*Reponis* . Ab Homero , aliiisque dictum , exhibes iterum , in scenam inducis .

*Achillem* . Lib. 1. Od. 7. 9. 13. Lib. 4. Od. 4.

*Jura , &c.* Affirmet legem non sibi esse factas , & impo-

sitas .

Sit Medea ferox invictaque, flebilis Ino,  
Perfidus Ixion, Io vaga tristis Orestes.

*Præceptum de nova fabula. Et persona inducenda:*

Si quid inexpertum scenæ committis, & audeas  
Personam formare novam; servetur ad imum  
Qualis ab incepto processerit, & sibi constet.

*Certa præceptio de duplici genere argumenti deli-  
gendi: quorum alterum commune, & a nemi-  
no occupatum: alterum publicum, nempe  
inventum ab alio, sed cuius expositum.*

Difficile est proprie communia dicere; tuque

sitas, sed aliis: se legibus  
hominum cæterorum solum  
dicat.

*Medea.* Od. 7. Epod.

*Ino.* Cadmi filia, Atha-  
mantis uxor fuit. Athamas  
in furorem ætus, cum eam  
persequeretur, ac interimere  
tentaret, fugiens Ino cum fi-  
lio Melicerta, in mare se præ-  
cipitem dedit: Dea subinde  
maris est facta, & Leucothoe  
vocata, ejusque filius, Pal-  
mon appellatus. Ovid. lib. 4.  
Metamorph. nostras ibi no-  
tas vide.

*Ixion.* Uxoris suæ patrem  
per fraudem interemit.

*Io.* Inachi primi Argivo-  
rum regis filia, quam Jupi-  
ter in vaccam mutasse fer-  
tur: eadem æstro a Junone im-  
misso agitata multas orbis re-  
giones peragravit, ac tandem  
in Ægyptum venit, ubi cul-  
ta est pro Dea.

*Orestes.* Agamemnonis fi-  
lius, matrem Clytemnestram  
interemit, ac furis agitatus  
est.

*Inexpertum.* Ea vox pas-

sivam hic significationem ha-  
bet, intentatum, personam  
novam, a se primum inven-  
tam.

*Ad imum.* Usque ad fi-  
nem poematis.

*Incepto.* Initio.

*Difficile est, &c.* Hortat-  
ur poetas ad trita, & nota  
argumenta tractanda, quia, in-  
quit, plus est in iis tractan-  
dis & difficultatis, & gloriæ  
quam vulgo creditur, si quis  
ea proprio quodam, ac pecu-  
liari modo tractare velit, tu-  
que commodius feceris, qui-  
cumque tragediam medita-  
ris, si tibi sumas argumen-  
tum ex Homeri Iliade notis-  
sima, quam si fingas aliud  
ignotum, & indictum, id est,  
non dictum, non tractatum  
ab aliis. Porro publicum, &  
commune argumentum priva-  
ti juris, ac proprium effi-  
ciat, si non hæreas in vili  
orbe, & cyclo, &c. Lambinus  
hic argumenta communia di-  
ci putat, in medio posita,  
nondum a quoquam occupa-  
ta, & tractata, censetque ab



Rectius Iliacum carmen deducis in aëus,  
 Quam si proferres ignota, indictaque primus:  
 Publica materies privati juris erit, si  
 Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem,  
 Nec verbum verbo curabis reddere fidus  
 Interpretes; nec desilies imitator in arctum,  
 Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex;

*De exordio recte poemati inducendo: præceptum  
 Homeri exemplo confirmatur.*

Nec sic incipies ut scriptor cyclicus olim:  
*Fortunam Pelami cantabo, & nobile bellum.*  
 Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?  
 Parturient montes, nascetur ridiculus mus.  
 Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte!

Horatio deterreri scriptorem, ne illa tractet, quia difficile fieri propria possunt, arduum est ea ornare de integro, facilius autem est tractata jam ornata variare, immutare, &c.

*Orbem.* Erat apud Græcos liber quidam omnium fabularum seriem quendam usque ad Ulyssis reditum in patria, complectens paucis verbis, & sine ornato. Hunc librum vocabant *Epicum Cyclum*, quasi orbem, seu circulum poeticum, qui omnia contineret argumenta ex orbe illo sumenda, ut in eo scripta erant, sed variis fictionibus illustranda, & immutanda esse.

*Nec Verbum, &c.* Si quem imitaris, v. g. Homerum, non, interpretis ritu, exscribes omnia sicut, ut verbum Græcum v. g. latino reddas; neque etiam (dum illum quem imitaris, veluti totidem passibus sequeris) deduci te patieris in aliquem an-

gustum difficilemque locum, unde regredi sine pudore non possis, nec vero debeas, si legem tibi a te ipso impostam, & operis totius filum, institutumque iter sequaris.

*Scriptor Cyclicus.* Poeta qui ex illo libro, quem Epicum Cyclum appellatum fuisse diximus, poematis sui sumpserat argumentum, vel, circumforaneus scriptor, qui in circulis sua carmina recitaret.

*Feres.* Afferet, producet.

*Hiatu.* Tam magnificis promissis, exordio tam splendido.

*Parturiens, &c.* Nota Æsopi fabula: mons quasi parturiens horribitos edebat sonitus; homines feræque expectabant, quorsum evaderent hac murmura, mus exiguus e radice montis prodiit, & metua omnis in risum est solutus.

*Hic.* Homerus.

*Dic*

*Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Trojæ,*

*Qui mores hominum multorum vidit, & urbes.  
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem  
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,  
Antiphatem, Scyllamque, & cum Cyclope Cha-  
rybdiin.*

*Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,  
Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.  
Semper ad eventum festinat, & in medias res  
Non secus ac notas, auditorem rapit, & quæ  
Desperat tractata nitescere posse, relinquit;*

*Dic mihi.* Est initium *Odyssæ.*

*Virum, Ulysses.*

*Non fumum, &c.* Non id agit Homerus, ut splendida exordia præponat poemati, daturus deinde fumum, id est, descendurus ad res humiles, & viles narrandas, sed ex fumo, post exordium obscurum, & vulgare meditatur grandia, & splendida subtexit.

*Antiphaten.* Fuit Antiphates Lestrigonum Rex, homines vorare solitus, quem vix effugit Ulysses præcis navigii retinaculis.

*Scyllam.* Monstrum marinum, canibus succinctum. Phorci filia fuisse fertur, & a Circe murata inferiori corporis parte in caninos rictus, fonte quo lavari solebat, venenis infecto: Charybdis vero monstrum alterum fuit, seu vorago tetra in freto Siculo e regione Scyllæ.

*Cyclope.* Polyphemo, qui tres Ulyssis socios devoravit, & ab eo inebriatus, obcecatusque est, de quo fufe Homerus lib. 9. *Odyf.* Virg. lib. 3. *Æneid.* versu 920.

*Nec reditum, &c.* Non accersit longe poematis exordium, ut ille poeta, qui narraturus Diomedis reditum in patriam, incipit ab Meleagari interitu, qui frater fuit Tydei, ex quo Diomedes natus. Vir. Lib. 9. versu 240. Meleagri necem illatam ipsi a matre Althea vide apud Ovid. Met. lib. 6.

*Net gemina, &c.* Fingunt poetæ Clytemnestram, & Helenam, quæ causa fuit belli Trojani, natas fuisse ex ovo uno.

*Ad evensum.* Ad rerum finem: properat ad exitum; ita ut, cum inchoat, prope absesse illum a fine putes. Incipit extrema narrare, vel media, quasi auditor jam nosset ea, quæ antecessere. Sic Virgilius Homerum imitaturus, ab ultimo anno, quo Æneas post errores varios in Libyam tempestate delatus est, incipit, & occasionem dat Æneæ narrandi, quæ passus fuerat totis sex ante annis.

*Relinquit.* Omittit penitus, ac silet ea, quæ poliri, & ornari non possunt.

Atque ita mentitur, sic veris falsa remisset,  
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

*Quod supra de personarum decoro generatim, nunc  
singillatim de eorundem aetatibus proponitur.*

Tu, quid ego, & populus mecum desideret, audi.  
Si plausoris eges aulae manentis, & usque  
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat;  
Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,  
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis.  
Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo  
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram  
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.  
Imberbis juvenis, tandem custode remoto,  
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine  
campi:

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,  
Utilium tardus provisor, prodigus æris,  
Sublimis, cupidusque, & amata relinquere  
pernix.

*Mentitur.* Ingeniose fingit.

*Si plausoris, &c.* Si expetis spectatorem, qui plausu tuam fabulam, idest tragediam, vel Comœdiam approbet, qui maneat, idest expectat aulæ, idest donec sulæ sive peristromata, quibus ornari scena solet, tollantur ea finita, qui eo usque sedeat, non ante exurgat abeatque, quam aliquis actor, seu præco dimittens spectatores eos solemniter voce, ac formula compellet, Plaudite. Uno verbo si placere fabulam tuam optas, diligens esto in notandis, & exprimendis moribus unicuique ætati convenientibus: ita ut naturis hominum, ingenii, & moribus, qui cum ætate mutantur, & mobiles sunt, detur suus decor, id-

est, decorus, & aptus sermo, insoles, studiis idonea tribuantur.

*Aulæ.* Vide Epist. 1. lib. 2.

*Reddere, &c.* Puer qui jam articulate loquitur, ac firma humi ponere vestigia per ætatem potest.

*Custode.* Moderatore, prædago.

*Canibus.* Venatione.

*Campis.* In campo Martio sub urbis æmnia juvenes exercebantur cursu, saltu, disco. Od. 7. lib. 1.

*Cereus.* Facilis, mollis instar cerei.

*Utilium.* Tarde providens, & comparans ea, quæ utilia sint ipsi futura.

*Sublimis.* Elatus, arrogans.

*Pernix.* Celer.

Con-

Conversis studiis, ætas, animusque virilis  
 Quærit opes, & amicitias, inservit honori,  
 Commisisse cavet, quod mox mutata labore.  
 Multa senem circumveniunt incommoda: vel  
 quod

Quærit, & inventis miser abstinet, ac timet uti:  
 Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,  
 Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri;  
 Difficilis, querulus, laudator temporis acti  
 Se puero: censor, castigatque minorum.  
 Multa ferunt anni venientes commoda secum,  
 Multa recedentes adimunt: ne forte seniles.  
 Mandentur juveni partes, pueroque viriles,  
 Semper in adjunctis, ævoque morabimur aptis.

*Præceptum, quod ad Dramata propriis pertinere  
 videtur: de iis, quæ sunt agenda in scenis,  
 & non agenda,*

**Aut agitur res in scenis: aut acta refectur:**

*Conversis.* Mutatis, disti-  
 milibus.

*Studiis.* Propensionibus,  
 curis, occupationibus, consi-  
 litiis.

*Cavet.* Timet, fugit, ca-  
 vet ne quid faciat, quod in-  
 lectum, & mutatum velit.

*Quærit.* Subaudi opes.

*Ministrat.* Administrat,  
 gerit.

*Spe longus.* Suas spes in  
 longum ducens, raro despe-  
 rans. Nemo est tam senex,  
 inquit Cicero, qui non pu-  
 ret se annum adhuc posse  
 vivere.

*Se puero.* Tempore pristi-  
 no, quod actum est, ac præ-  
 teritum, quod fluxit, cum  
 esset ipse puer.

*Minorum.* Juniorum, qui  
 minorem suam ætatem habent.

*Anni venientes.* Crescen-

tes: juveniles anni venire,  
 & accrescere dicuntur usque  
 ad annum 50. inde abire ac  
 recedere: inventus v. g. me-  
 moriam, vires, &c. affert,  
 quas senectus adimit.

*Partes.* Persona, mores,

*Adjunctis.* Vicinis, appo-  
 sitis.

*Aut agitur, &c.* Aliquam  
 res, & actiones theatro exhi-  
 bentur, & aguntur, aliquæ  
 narrantur tantum gestæ ab  
 aliis extra scenam. Plus mo-  
 vent illæ, quæ videntur, se-  
 guitur quæ audiuntur; non ta-  
 men exhibendæ sunt actiones  
 quædam tetræ, atque imma-  
 net, sunt enim illæ dignio-  
 res, quæ intus, domi, clam,  
 & post scenam gerantur. E-  
 runt igitur ab aliquo actore  
 in ipso theatro diserte, & or-  
 nate narrandæ.

Segnitas irritant animos demissa per aurem,  
 Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ  
 Ipse sibi tradit spectator. Non tamen intus  
 Digna geri promes in scenam, multaque tolles  
 Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens;  
 Nec pueros coram populo Medea trucidet,  
 Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus:  
 Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.  
 Quodcumque offendis mihi sic, incredulus odi;  
 Neve minor; neu sit quinto productior actu  
 Fabula, quæ polci vult, & spectata reponi.

*De Fabula sectione, ut quinque tantum actus habeat:  
 deque numero colloquentium personarum.*

Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus  
 Inciderit: nec quarta loqui persona laboret.

*Chori munus.*

Actoris partes Chorus, officiumque virile.

*Scenis.* Theatra, seu illorum ornamenta his temporibus fiebant ex arborum ramis, quod ista vox, *scena*, sonat: deinde ex aulæis, & tabulis confecta sunt, denique ex marmore &c.

*Sibi tradis.* Videndo, non accipis ab aliis audiendo.

*Pueros.* Medea filios duos, quos ex Jasone susceperat, coram ipso interfecit, vid. Senec. in Med. lib. Epod. Od. 3.

*Extæ.* Viscera. Vide vers. 91. supra, & Od. 14. lib. 1.

*Progne.* Quæ cum Ityn filium Tereo marito suo, a quo affectam injuria sororem suam Philomelam cognoverat, comedendum apposuisset, in hirundinem est mutata. Od. 11. lib. 4.

*Cadmus.* Senio confectus in draconem mutatus est. Ovid. 3. Metam.

*Reponi.* Iterum exhiberi, quamvis jam spectata fuerit.

*Interfuit.* In scena inducatur, & per machinam aliquam e caelo descendat.

*Nisi &c.* Nisi occurrat aliqua actio difficilis, quæ solvi & explicari non possit, quin vindex, interpret & quasi servator Deus accedat, qui fabulam quasi perituram fervet, vindicet in libertatem, nodo, & vinculo soluto.

*Quarta.* Tres tantum personæ loquantur in singulis scenis.

*Actoris, &c.* Chorus locum, & partes unius actoris tæatur, & obtineat, sit instar personæ gravis, honestæ, viri.

Defendat: neu quid medios intercinat actus,  
 Quod non proposito conducat, & hæreat apte:  
 Ille bonis faveatque, & concilietur amicis,  
 Et regat iratos, & amet peccare timentes.  
 Ille dapes laudet mensæ brevis: ille salubrem  
 Iustitiam, legesque, & apertis otia portis;  
 Ille tegat commissa, Deosque precetur, & oret,  
 Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.

*Tibia describitur, qua præcipue cantus Chori  
 juyatur.*

Tibia non ut nunc, orichalco vinctâ, tubæque  
 Æmula, sed tenuis simplexque foramine pauca  
 Aspirare, & adesse choris erat utilis, atque  
 Nondum spissa nimis complere sedilia statu,  
 Quo sane populus numerabilis, utpote parvus,  
 Et frugi, castusque, vertendusque coibat.  
 Postquam cœpit agros extendere victor, & urbem

virilis, & cordatæ, neque inter actus aliquid canat, quod tott fabulæ non appositum sit, quod alienum sit ab argumento.

*Chorus.* Erat hominum multitudo, virorum, ac mulierum quæ intererat scenæ, & in actionem tragicam se interponebat. Locum enim ubi tragedia exhibebatur quam vulgo scenam vocamus, statuebant sere portæ Græci in aliqua platea, seu vestibulo, vel atrio palatii, ubi populus frequens adest.

*Bonis faveat.* Laudet homines probos.

*Concilietur.* Det consilium

*Peccare, &c.* Viros innocentes a peccato abhorrentes.

*Brevis.* Frugalis, & parca.

*Otia.* Sabaudi amet; laudet: pacem commendat, quam securos, patentibus urbium portis, cives præstat.

*Tegat.* Ne prodât, ne aperiat arcana sibi credita.

*Fortuna.* Felix nempe, & secunda.

*Tibia, &c.* Non olim erat tibia, ut est nunc, vinctâ, & ornata circulis quibusdam ex orichalco factis, non erat ingens, & tubæ par, sed tenuis erat, ac ejusmodi, ut spirare, seu canere, & juvare chorum posset, audiri que per sedilia, in quibus erant spectatores non nimis spissi, & frequentes, atque adeo numerari faciles.

*Orichalco.* Orichalcum est æris genus quoddam splendidum, & auri fulgorem imitans.

*Quo.* In quem locum, ad quæ sedilia,

*Frugi.* Probus.

*Coibat.* Conveniebat, consistuebat.

*Victor.* Romanus.

Latiore amplecti murus, vinoque diurno  
 Placari Genius festis impune diebus;  
 Accessit numerisque modisque licentia major;  
 Indoctus quid enim saperet liberque laborum,  
 Rusticus urbano confusus, turpis honesto?  
 Sic prisca motumque, & luxuriam addidit arti  
 Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem;  
 Sic etiam fidibus voces crevere severis,  
 Et tulit eloquium insolitum facundia præceptis,  
 Utiliumque sagax rerum, & divina futuri  
 Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

*Satyræ origo, & causa.*

**Carmine, qui tragico vilem certavit ob hircum.**

*Placari, &c.* Postquam ceptum est vino indulgeri, potari de die liberius, impune, & sine legum metu. Genium Deum putabant esse vitam singulorum hominum præsidem, amantem voluptatis, & deliciarum, quia illis maxime fovetur vita, illum placari, & conciliari vino, & conestationibus, unde genio indulgere, est carpere dulcia, obsequi animo. Epist. 1. lib. 2.

*Impune.* Aliis enim diebus, quam festis, non licebat de die convivia celebrare, sed tantum sub vesperam.

*Numeris.* Versibus Vid. Od. 1. lib. 1.

*Modis.* Cantui, Musicæ,

*Saperet.* Quem tenere modum posset? an se modeste, an sapienter poterat gerere multitudo constata ex rusticanis, &c.

*Motum.* Gestus incompósitos, ac lascivos, saltationem

*Luxuriam.* Ornatum elegantiore, & supervacaneum, sumptus copiam, & luxum in ordinandis tibis, in vestiendis histrionibus, &c.

*Turpis.* Cum longa veste,

quæ syrma dicitur, per pulpita, id est, scenam, & locum in ea destinatum histrionibus, vagatus, & spatiatus est.

*Fidibus, &c.* Citharis quoque antea gravibus, ac severis additis sunt chordæ, ac voces novæ, ut foramina fuerunt addita tibis.

*Et tulit, &c.* Facundis, seu oratio, quæ olim erat modeste eloquens, jam præceptis, & incitata protulit, stultit novam eloquentiam; sonantior, & ambitiosior facta est: sententia, seu morales sermones, qui a choro, & actoribus adhibebantur olim ad res utiles sagaciter explicandas, & futura prospiciendas, adeo evasit obscura & implexa, ut non discrepnerit, ut similis fuerit Delphicis ænigmatibus, quibus oracula sorte, id est in chartis, aut tabellis forte, & sortuito, eductis, eduntur & exponuntur.

*Delphis.* Delphis urbs Phocidis in Græcia, ubi templum Apollinis celeberrimum.

*Carmine &c.* Id est, qui pri-

Mox etiam agrestes Satyros nudavit, & asper  
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod  
Illecebris erat, & grata novitate morandus  
Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex,

*De Satyræ forma, proprioque sermone, deque Sa-  
tyrasum personarum decoro.*

Verum ita riores, ita commendare diceces  
Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo;  
Ne quicumque Deus, quicumque adhîbebitur  
heros

Regali conspectus in auro nuper, & offro  
Migtet in obscuras humili sermone tabernas;  
Aut dum vitat humum, nubes, & inania captet,

primus scripsit, & invenit  
tragediam. Hircus enim,  
sive ut alii volunt, uter fa-  
ctus hircino e corio, vino  
plenus, erat præmium illorum  
qui tragedias scriberent.

*Mox, &c.* Non ita multo  
post inventam tragediam,  
adhûit ejus inventor inter  
actus singulos, & nudavit,  
seu nudos introduxit satyros,  
seu ridiculas quasdam perso-  
nas instar Satyrorum, & alio-  
rum ejusmodi agrestium Deo-  
rum compositas cum auricu-  
lis, & capris pedibus, &c.  
quæ risum moverent, & as-  
peritatem ferii, ac severi car-  
minis exhilararent: ita tamen  
ut sua maneret, incolumis  
& salva esset tragediæ gra-  
vitas.

*Es asper, &c.* Et cum es-  
set ipse asper, idest, ejus  
carmen, & tragedia esset se-  
ria, & severa, tentavit illi  
sales, & suavitatem asperge-  
re &c.

*Functus sacris.* Defunctus  
sacrificiis, peractis sacrificiis,  
quæ post vindemiam sebant  
in honorem Bacchi.

*Potus.* Epulatus, ebrius-  
*Exlex.* Sine lege, erat e-  
nim magna in illis diebus fe-  
stis licentia.

*Verum, &c.* Tamen ita  
decebit commendare, lauda-  
re, & adhibere istos satyros,  
qui sunt riores, qui jocis  
delectantur, & dicaces, idest,  
qui sales, & facetæ convitia  
spargunt; ita oportebit seria  
mutare & vertere jocosis,  
immiscere graviori carmini  
ludicra spectacula, & carmi-  
na; ut quicumque heros vel  
Deus fuerit in tragediam in-  
troducitur, & paulo ante, v.  
g. in superiori actu conspe-  
ctus offro, & auro indutus,  
idem non misceatur satyris,  
aut personam ejusmodi ridi-  
culam agat, ac viles opifices  
& tabernarios loquendo imi-  
tetur: aut, dum humilitatem  
sermonis vult fugere, nimium  
se attollat, elato utatur, &  
ampullato sermone, instar  
avis, quæ supra nubes tollitur  
& inania illa quæ inter cœ-  
lum, ac terram sunt spatia  
captat.

*Esse*



Effutire leves indigna tragoedia versua,  
 Ut festis matrona moveri iussa diebus,  
 Intererit Satyris paulum pudibunda protervis:  
 Non ego inornata, & dominantia nomina solum;  
 Verbaque, Pisones, Satyrarum scriptor amabo:  
 Nec sic enitar tragico differre colori,  
 Ut nihil intersit, Davusne loquatur, & audax  
 Pythias, emuncto lucrata Simone talentum;  
 An custos, famulusque Dei Silenus alumui,

*Satyrae argumentum unde sumendum.*

Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis  
 Speret idem: sudet multum, frustra que laboret  
 Ausus idem: tantum series, juncturaque pollet,  
 Tantum de medio sumptis accedet honoris.

*Effutire, &c.* Tragoedia, indigna, quae versus leves effutiat, ac temere, petulanterque garrat, id est, cujus gravitas abhorret a versibus jocosis; intererit, versabitur paulum, id est, raro, cum satyris protervis; idque pudibunda, & ut matrona iussa saltare diebus festis, quod cum gravitate quaedam facit. Sententia est, raro Satyros in tragoedia esse admiscendos.

*Non ego, &c.* Porro in his satyris seu versibus ridiculis componendis non sectabor; nolim a poeta praecipue operam poni in adhibendis verbis inornatis, & quibus res obscenae appellentur nominibus dominantibus, id est propriis, vox enim, *dominans*, graece, proprium significat.

*Nec sic, &c.* Neque tamen in isto Carmine, quod Satyros vulgo vocant, si adhibebo sermonem a Tragico sermone differentem, & quasi discolorum, ut idem sit sermo actorum omnium, & per-

sonarum Comediarum, & eodem modo in ea loquatur Deus aliquis, v. gr. Silenus Bacchi custos, ac Davus, nempe servus comicus, aut Pythias, ancilla comica, quae talentum dolo abstulerit ab hero suo Simone. Emungere aliquem argento est locutio Terentiana, pro, auferre, & extorquere per fallaciam. De talenti valore mentio non semel est facta.

*Ex noto.* Id potius observabo in istis Satyris, & joci componendis, ut rebus, & actionibus notis, & vulgaribus fingam aliquid ingeniose, quod qui audierit, speret idem se facile facturum, at si tentet, experiaturque, sit intellecturus rem esse opinione difficultiorem.

*Tantum, &c.* Noti, & vulgaris argumenti e medio sumpti tractatio jucunda, & elegans fiet propter seriem rerum ipsarum, & coagmentationem ingeniosam fabulae.

*Syl-*

*Satyros inducturus Postea, quæ vitare debeat.*

Sylvis deducti caveant, me iudice, Fauni,  
 Nec velut innati triviis, ac pene forenses,  
 Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam,  
 Aut immunda crepent, ignominiosaque dicta  
 Offenduntur enim, quibus est equus, & pater,  
 & res:

Nec, si quid fricti ciceris probat, & nucis emptor,  
 Æquis accipiunt animis, donantve corona.

*De Theatralium versuum pedibus, ac præsertim  
 de Jambo, Et Spondæo.*

Syllaba longa brevi subjecta, vocatur Jambus,  
 Pes citus: uude etiam trimetris accrescere iussit  
 Nomen Jambæis, cum senos redderet ictus,  
 Primus ad extremum similis sibi, non ita pridem,

*Sylvis, &c.* Cum agrestes personæ in scenam inducentur, velute sylvis deductæ, caveant, ne tamquam urbani furræ, & in mediis triviis, ac foro nati lasciviant, & excultis versibus, ac politulis juveniliter garriant.

*Fauni.* Od. 3. lib. 3.

*Crepent.* Loquantur, ore putido proferant.

*Ignominiosa.* Contumeliosa.

*Quibus est equus, &c.* Equites Romani, nobiles, & locupletes. Patrem habere dicebantur, qui erant parente claro, & nobili, cujus nomen sæpe in publicis monumentis cum filii nomine ponebatur.

*Ciceris.* Est cicer leguminis genus, quo pauperes vescuntur.

*Subjecta.* Postposita.

*Unde etiam, &c.* Eo quod

jambus citus, & celer sit, factum est, ut versus jambicilicet senos ictus reddant, sex pedibus consistit, tamen trimetri nominentur quasi tres tantum mensuras habeant, & duo pedes jambi pro una censeantur mensura.

*Accrescere.* Addi, imponi.

*Senos ictus.* Cum versus metiebantur Romani, & audiebant eorum pedes singulos pedum plausu ictuque, aut micantibus, sonantibusque digitis numerabant.

*Primus ad, &c.* Jambus a prima parte versus, usque ad extremam erat similis sibi, nempe unus, & idem Jambus, totus versus constabat e meris pedibus Jambis, at non ita pridem recepit instar benigni, & commodi hostitis in jura paterna, in sedes, quas a patre, & inventore

Tardior ut paulo, graviorque veniret ad aures,  
 Spondæos stabiles in jura paterna recepit  
 Commodus, & patiens; non ut de sede secunda  
 Cederet, aut quarta socialiter. Hic, & in Acci  
 Nobilibus trimetris apparet rarus, & Rnni.

*Posta, qui Spondæorum modum in versibus Jambicis negligit, vel parum accuratus, vel parum artis peritus est.*

In scenam missos magno cum pondere versus  
 Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,  
 Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.

tore suo acceptas tenebat, spondæos stabiles, idest, graviores, non ita citos, nempe ut plus haberet gravitatis, ut tardius & lentius pronuntiaretur: non ita tamen admisit Spondæum, ut de secunda sede, aut quarta cederet, ut ea socio, & hospiti suo concederet, sed illas sibi retinuit: semper esse debet Jambus in 2. loco, 4. & 6. aliis sedibus & locis poni potest spondæus.

*Socialiter.* Æqualiter nixos, ac firmos. Jambus veluti claudus est & altera syllaba impar, constans nempe brevi, & longa.

*Hic.* Pæs Jambus.

*Acci.* Accius, & Ennius veteres poetas latini, in scribendo fuere negligentiores, unde in eorum trimetris, idest, jambicis versibus senariis, rari apparent Jambæ, plures spondæi, &c.

*In scenam, &c.* Legitur vulgo missos, & est sententia. Jambus rarus, qualis est

in Ennio arguit illius versus jambicos tardiores, & quasi spondæis oneratos, & condemnat eos operæ nimiam celeris, idest ostendit scriptos fuisse nimium festinanter, ac depoperatos, aut ab eo compositos, qui artem poeticam turpiter, & flagitiose ignoraret. Quidam punctam adhibent post voculam Enni, & legi volunt *missus*, nihil tamen assunt, cur lectio recepta mutanda videatur, ita sententiam exponunt: versus Jambicus in scenam missus, pronuntiatus in theatro, magno cum pondere, gravitate, & tarditate, quam illi assunt, videlicet spondæi frequentiores, premit, & arguit scriptores, & poetas; damnatque turpi crimine, vel ignorantis, quippe qui artem & versuum leges nescire videatur, vel negligentis qui operam celeriore, quam par sit, adhibeat, qui iusto citius, & festinantius scribant.

*Im-*

*Refutatur Poeta inconditi Poematis errata excusans. Reſta Poematis ratio a Græcis petenda. De Plauto iudicium.*

Non quivis videt immodolata poemata iudex:  
Et data Romanis venia eſt indigna poetis.  
Idcircone vager, ſcribamque licenter? an omnes  
Viſuros peccata putem mea, tutus & intra  
Spem veniæ cautus? Vitavi denique culpam,  
Non laudem merui. Vos exemplaria Græca  
Nocturna verſate manu, verſate diurna.  
At noſtri proavi Plautinos & numeros, &  
Laudavere ſales: nimium patienter utrumque,  
Ne dicam ſtulte, mirati: ſi modo ego, & vos,  
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,  
Legitimumque ſonum digitis callemus, & aure.

*Absoluta Poematum præceptione, ad eorum auctores delabitur.*

Ignotum tragicæ genus inveniffe Camœnæ

*Immodulata.* Suis pedibus modulisque carentia.

*Vager.* Quod ſe primum obtulerit, arripiam, leges carminum, & quaſi vincula negligam?

*An omnes, &c.* An ita ſcribam, ut putem omnes peccata mea viſuros, facile animadverſuros quid peccem in ſcribendo, tamen parum curam accurate ſcribere, tutum me exiſtimans, ea ſpe fore, ut eandem mihi veniam concedant, quam aliis ante me poetis conceſſerunt, & eatenus tantum ſim cautus, ac diligens in ſcribendo, quatenus eſt opus ad obtinendam veniam; qui veniam ſperat, debet aliquam adhibere diligentiam, iis enim non ignoſcitur, qui omnino vitioſe, & negligenter ſcribunt.

*Vitavi, &c.* Ubi tamen

iſtas leves pedum, verſuumque regulas obſervavero, culpam certe eſtugiam, non idcirco tamen laudem, & præmium merebor, quæ tantillis rebus non debetur.

*Vos, &c.* Græci in pedibus verſuum retinendis, adhibendis ſalibus longe fuerunt noſtris poetis religioſiores, & ſapientiores, eos legite di noctuque.

*Plautinos.* Epift. I. lib. 2.

*Utrumque mirari.* Numeros Plauti, ſeu verſus, ac ſales, ſeu jocos illiberales.

*Si modo, &c.* Si quidem ego, & vos, o Piſones, ſcimus ſcurriles facietias ab lepidis, & honeſtis diſtinguere, & metiri verſus, eorumque numeros deprehendere.

*Ignotum, &c.* Theſpis poeta Græcus dicitur primus inveniffe camœnam, ſeu carmen

Dicitur, & plaustris vexisse poemata Theſpis,  
 Quæ canerent, agerentque peruncti ſæcibus ora.  
 Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ  
 Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis,  
 Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.  
 Succellit vetus his comœdia, non ſine multa  
 Laude; ſed in vitium libertas excidit, & vim  
 Dignam lege regi: lex eſt accepta, Chorusque  
 Turpiter obtulit ſublato jure nocendi.

*Poetæ Romani ſcribendi gloria magnopere  
 excelluiſſent, ſi in ſcriptis expoliendis  
 patienter elaboraſſent.*

Nil intentatum noſtri liquere poetæ,  
 Næc minimum meruere decus, veſtigia Græca  
 Auſi deferere, & celebrare domeſtica facta:  
 Vel qui Prætextas, vel qui docuere Togatas,

men tragicum antes ignotum:  
 Tragœdiæ inventor fuit, &  
 impoſuit plauſtris ruſticos re-  
 citantes poemata, & agen-  
 tes, qui larvæ loco ſibi vul-  
 tum perungebant vindemiæ  
 ſæcibus lib. I. Epift. I.

*Poſt hunc, &c.* poſt Theſ-  
 pium, Æſchilus poeta græcus,  
 invenit, & dedit ſuis actori-  
 bus perſonam, ſeu larvam,  
 & pallam, ſeu longiorem ve-  
 ſtem honeſtam: idem thea-  
 trum extruxit, & tignis im-  
 poſuit, cothurnos addidit, &  
 grandiora verba.

*Succellit, &c.* Poſt Theſ-  
 pium, & Æſchylum, poetæ  
 omiſſis tragicis argumentis  
 contulerunt ſe ad hominum  
 vitia nominatim, & palam  
 carpenda, & in ſcenam indu-  
 cenda. Hoc fecit Comœdia  
 vetus, de qua vide Satyr. 4.  
 Lib. I.

*In vitium, &c.* Vitioſa  
 evaſit licentiæ dicendi, & in

maledicendis conſuetudinem  
 delapſa eſt, tanta cum proca-  
 citate, & violentiâ, ut eam  
 comprimendam eſſe legibus  
 homines potaverint. Lata lex,  
 & accepta eſt, ademptum jus  
 illud maledicendi, & nocendi  
 alienæ ſamæ, quod cum præ-  
 cipue ſaceret Chorus, ſilere  
 juſtus eſt, ſublatus eſt.

*Nil, &c.* Poetæ latini ver-  
 ſati ſunt in Comœdia pari-  
 ter, & Tragœdia.

*Veſtigia, &c.* Poſtquam  
 imitari Græcos deſierunt, &  
 omiſſis argumentis, quæ ab  
 illis erant tractata, Romanæ  
 ræ celebrare verſibus cepe-  
 runt.

*Prætextas.* Latinas Fabu-  
 las, & Tragœdias, in quibus  
 agunt nobiles perſonæ, &  
 heroiçæ: prætexta enim ve-  
 ſtis erat nobilium puerorum,  
 & Magiſtratum Romano-  
 rum: Toga, veſtis plebis,  
 & communis. Unde Fabula  
 To-

Nec virtute foret, clarisque potentius armis,  
 Quam lingua Latium, si non offenderet unum-  
 Quemque poetarum limæ labor, & mora. Vos o  
 Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod  
 non

Multa dies, & multa litura coercuit, atque  
 Perfectum decies non castigavit ad unguem.

*Causa docetur neglecti artificii, postici. Modesta  
 Horatii de se pollicitatio.*

Ingenium misera quia fortunatius arte  
 Credit, & excludit sanos Helicone poetas  
 Democritus, bona pars non unguis ponere curat.  
 Non barbam: secreta petit loca, balnea vitat.  
 Nanciscetur enim pretium, nomenque poetæ.

Togata Romanam Comœdiam hic videtur significare.

*Docuere.* Egere, scripsere.

*Virtute.* Bellica.

*Limæ.* Limandi carminis, & polendi.

*Pompilius sanguis.* O Pilones, qui originem ducitis a Numa Pompilio.

*Coercuit.* Emendavit, corripuit.

*Ad unguem, &c.* Id est, eo usque donec unguis perfectus, sive artificia perfecti, in eo nihil vitii deprehenderit. Ducitur metaphora hæc a marmorariis, qui in poliendis, & jungendis marmoribus ungue super. inducto probant opus & explorant, num juncturae sint probe commissæ, num politum recte marmor sit. Legit Lambinus *perfectum ad unguem*, sive *perfectum*. Homines elegantes, & polituli unguis diligenter præsecant: quod ad opus diligenter elaboratum transfertur. Sat. 5. l. 1.

*Ingenium.* Quia dixit Democritus Poetas ingenio magis, quam arte fieri, & valere, & negat eos poetas esse satis bonos, qui non tantisper insaniant; hinc fit ut magna pars vatum, tanquam si essent insani, barbam non tondeant, non secent unguis, fugiant hominum consortia. Nimirum iste vates triobolaris nomen egregium poetæ se consecuturum sperat, si suum caput stultum, & nullo purgandum satis helleboro, non committat tondendum Licino (erat ille tonsor notissimus Romæ.)

*Misera.* Ars enim suæ præceptis homines vexat, & constringit.

*Helicone.* Mons Bœotiarum fuit in Græcia, Musis sacer.

*Democritus.* Philosophus Græcus Abderæ natus, qui omnia solebat ridere, ut omnia desiebat Heraclitus, alter Philosophus. Epist. 12. lib. 1.

*Anti-*

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam  
 Tonfori Licino commiserit: o ego lævus,  
 Qui purgo bilem sub verni temporis horam.  
 Nam alius faceret meliora poemata: verum  
 Nil tanti est. Ergo fungar vice cotis, acutum  
 Reddere quæ ferrum valet, extors ipsa secandi.  
 Munus, & officium nil scribens ipse docebo:  
 Unde parentur opes, quid alat, formetque  
 poetam:

Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat  
 error.

*Facultatem recte Poema condendi Philosophia  
 suppeditat.*

Scribendi recte sapere est & principium, & fons.  
 Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ,  
 Verbaque provisam rem non invita sequentur.  
 Qui didicit patris quid debeat, & quid amicis,  
 Quo sit amore parens, quo frater amandus, &  
 hospes,  
 Quod sit Conscripti, quod iudicis officium: quæ

*Anticyris.* Anticyra est insula in mari Ægeo notissima, ibi frequens nascebatur helioborum, quo purgantur furiosi, & insani. Strabo duas eo nomine insulas fuisse tradit: alii etiam plures.

*O ego lævus.* Nam ego sum parum prudens, qui bilem excutiam, quam nisi purgarem, & elicerem, possem facile insanus, atque adeo praestantissimus poeta existimari: quamquam nolim hanc præclaram appellationem exere detrimento valetudinis, non emo tanti poetam esse: si poeta non sum igitur, dabo certe præcepta poetis idonea instar cotis, quæ acuit ferrum, licet fecare ipsa non possit.

*Opes.* Facultas, & copia scribendi.

*Sapere.* Sapientia, mens recta & sapiens fons est, & principium bene scribendi.

*Rem.* Præcepta morum, sententia suppeditabit philosophia.

*Socratica.* Od. 15. lib. 3.

*Verbaque, &c.* Ubi materiam scribendi recte provisam, & comparatam habueris, verba ipsa, & locutiones offerent se sponte.

*Conscripti.* Senatoris: vocati sunt senatores patres conscripti jam inde a Bruto, qui post ejectionem Tarquinium auxit numerum Senatorum, & alios centum adscripsit ad ducentos, e quibus jam constabat senatus.

Re-

Partes in bellum missi ducis; ille profecto  
 Reddere personæ scit convenientiâ cuique,  
 Respicere exemplar vitæ, morumque jubebo  
 Doctum imitatore, & veras hinc ducere voces.  
 Interdum speciosa locis, morataque recte  
 Fabula, nullius veneris, sine pondere, & arte,  
 Valdius oblectat populum, meliusque moratur,  
 Quam versus inopes rerum, uugæque canoræ.

*Cur Poetæ Romani a Græcis superati sint.*

Græcis ingenium, Græcis dedit ore rotundo  
 Musa loqui, præter laudem, nullius avaris.  
 Romani pueri longis rationibus affern  
 Discunt in partes centum diducere: dicat  
 Filius Albi, si de quincunce remota est  
 Uncia, quid superat? poteras dixisse, triens: heus!  
 Rem poteris servare tuam. Redde uncia: quid sit?  
 Semis. An hæc animos ærugo, & cura peculi

*Respicere, &c.* Præcipio illud in primis, ut poeta imitetur accurate mores, & vitam hominum quotidianam; ac proinde illam respiciat, & cognoscere studeat, & hinc proprias rerum voces sumat, quibus utatur in scribendo.

*Interdum.* Sæpe fabula festivis jociis ornata, & mores hominum recte pingens imitantque, quamquam sit sine ulia venere, id est, e.e.; an ia, sine pondere, id est, careat sonantibus, & numerosis verbis, &c.

*Rotundo, &c.* Ornate loqui, eleganter: oratio numerosa, & bene tornata rotunda dicitur, quia figura rotunda est omnium perfectissima.

*Avaris.* Cupidis. Ea causa est, inquit, quare tantam in dicendo gloriam affecti sint Græci, quia non erant

avari pecuniæ, ut Romani, sed laudis & famæ.

*Longis rationibus.* Implexis supputationibus.

*Albi.* Cujusdam foeneratoris,

*Quincunce.* De quinque uncis.

*Superat.* Superest, remanet.

*Poteras dixisse.* Hoc dicit Albi filius. Me interrogas, ait ille, at poteras tu ipse dixisse, superest trientem, id est, tertiam partem assis, uncias quatuor.

*Heus!* Hoc ille dicit, qui filium Albi interrogasse fugebatur. Estque Græca vocula significans, belle, Euge, præclare dicis.

*Rem.* Opea.

*Redde.* Adde quincunciam.

*Semis.* Sex uncias, media pars assis.

*Bru-*



Cum semel imbuerit, speramus carmina fingi  
 Possē linenda cedro, & laevi servanda cupressō;

*Poetae alii alium propositum finem habuerunt: quā-  
 nam optimum. Singulis generibus quid conveniat.*

Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ:  
 Aut simul & jucunda, & idonea dicere vitæ:  
 Quidquid præcipies, esto brevis, ut cito dicta  
 Percipiant animi doctes, teneantque fideles.  
 Omne supervacuum pleno de pectore manat.  
 Ficta voluptatis causa sint proxima veris;  
 Nec quodcumque volet, poscat sibi fabula credi;  
 Neu pransæ Lamiae vivum puerum extrahat alvo.  
 Centuriæ seniorum agitant expertia frugis:  
 Celi prætereunt austerâ poemata Rharnnes.

*Ærugo.* Proprie est vitium, & subigio aris: Avaritia hic significatur.

*Pecuni.* Pecuniæ. Est proprie pecuniam pecunia quædam proprio labore parva, præsertim a servo, vel filio familias.

*Cedro.* Cæprifolius, & oleum cariem ardet, cupressus blattas, & tineas.

*Manat.* Effluit, excidit, res inutiles e memoria obruta, & illis plena, elabuntur.

*Ficta, &c.* Quæ delectationis causa finguntur, debent esse verosimilia, neque fabulosa, sed poeta petere debet a spectatore, ut credat sibi dicenti, quodcumque libuerit, quamlibet sit incredibile, neque debet extrahere, seu fingere extractum, ex alvo Lamie vivum puerum, quem ipsa devoraverit, & quo pransa fuerit. Erant Lamie monstra quædam, mulierum specie, quæ pueros blanditis allectos vorare credebantur.

*Centuriæ.* Sentus est. Senes improbant carmina iu-

tilia, non morata, et juvenes, equites & elegantes, aspernantur gravia, & severa. Utrisque satisfaciet, ac juvenum, & seniorum suffragiis, punctisque bonus ille habebitur poeta, qui dulcia, & utilia faciet poemata, quæ delectaverit lectorem, & docuerit.

*Seniorum.* Servius Tullius populum Romanum in sex classes distribuit, itaut prima classis ditissimos contineret, secunda minus divites, itemque tertia, & aliæ deinceps. Singulæ classes multas continebant centurias, unaquæque vero centuria bifariam dividebatur in senes, & juvenes.

*Rharnnes.* Romulus populum in tres divisit tribus. Qui erant in prima, quique ferme omnes merebant equo vocabantur Rharnnenses, qui in secunda Tatientes, qui in tertia Luceres. Numerus tributum aucta rep. excrevit ad 35. Epist. 13. lib. 1.

*Pur.*

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,  
Lectorem delectando, pariterque monendo.  
Hic meret æra liber Sosis, hic & mare transit,  
Et longum noto scriptori prorogat ævum.

*Poetae vitiis paucis, ac levibus inter multas virtu-  
tes ignoscendum: contemnendus, legibus  
artis sæpe violatis.*

Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus:  
Nam neque corda sonum reddit, quem vult  
manus, & mens:

Postentique gravem per sæpe remittit acutum:  
Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.  
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego  
paucis

Offendar maculis, quas aut incuria fudit,  
Aut humana parum cavit natura. Quid ergo?  
Ut scriptor si peccat idem librarius usque,

*Punctum.* Judices olim  
suffragia sua notabant punctis  
in tabella scriptis, itaque fer-  
re omne punctum, est omni-  
bus suffragiis probari, asser-  
re, promereri omnium ap-  
probationem.

*Meres, &c.* Talis liber  
promeretur æra, pecuniam  
Sosis, (erant illi Bibliopo-  
læ insignites) illos ditat.

*Velimus.* Oportet, æqu-  
um est.

*Minabitur.* Promittet.  
Non semper feriet arcus si-  
gnum, in quod sagitta dirige-  
tur aliquando aberrabit,

*Quid ergo?* Quænam ergo  
servanda est in eo regula?

*Quas aut incuria.* Ita le-  
gitur vulgo; verum Cl. Do-  
righellus cum Cl. Sibiliato le-  
guat, *Quas haud incuria fu-  
dit, Aut humana parum  
cavit natura*: secus enim

(ajunt) Horatius sibi con-  
tradiceret: quomodo enim il-  
le, qui toties inculcat limam  
adhibendam esse in opere per-  
ficiendo. v. g. versu 46. *In  
verbis etiam tenuis, cautusque*  
&c. & versu 292. *carminum  
reprehendite, quod non mal-  
ta dies* &c. & alia alioi simi-  
lia, quomodo, inquam, hic  
dicere poterat, se non offen-  
di maculis, quas negligentia  
effudit? Notanda hæc duo  
verba *incuria fudit*. J. B.

*Ut scripor &c.* Quemad-  
modum non ignoscimus Li-  
brario scriptori, idest, illi  
qui manu libros describit, si  
semper eadem in re peccat,  
licet monitus, &c. Sic poeta  
qui multum cessat, idest, pec-  
cat, negligentior est, mihi  
sic Chærilus a me comparatur  
Chæriilo illi malo poetæ, quem  
mhor, si quid bis, terve com-  
me-

Quamvis est monitus, venia caret, & citharædus  
 Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.  
 Si mihi, qui multum cessat, sit Charilus ille,  
 Quem bis terque bonum cum risu miror, & idem  
 Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.  
 Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

*Poeta monetur de opere artificiose laborando:  
 sic enim Poets, ut Pictura, nullius debet  
 reformidare iudicium.*

Ut pictura, poësis erit: quæ si propius stes,  
 Te capiat magis, & quædam, si longius abstes.  
 Hæc amat obscurum: volet hæc sub luce videri,  
 Iudicis argutum quæ non formidat acumen.  
 Hæc placuit semel: hæc decies repetita placebit.

*In aliis artibus mediocritas non caret sua laude:  
 Poetis mediocritas non conceditur.*

O major juvenum, quamvis & voce paterna  
 Fingeris ad rectum, & per te sapis, hoc tibi  
 dictum

Tolle memora: certis medium & tolerabile rebus  
 Recte concedi. Consultus juris, & actor  
 Causarum mediocris, abest virtute deserti  
 Messala, nec scit quantum Cascellius Aulus:

mode scribat, ego idem ta-  
 men indigæ, & agre sero  
 quandocumque Homerus dor-  
 mitat, labitur & errat. Vix  
 enim summo poëta videtur  
 condonandam, nisi quis illum  
 forte ob longitudinem operis  
 excuset.

*Charilus.* Epist. 1. lib. 2.  
 poeta malus, cui nannum  
 aureum dabit Alexander, si  
 bonum scripserit versum, co-  
 lapsum, si malum: colaphis  
 enectus periisse fertur.

*Ut pictura, &c.* Est simi-  
 lis pictura poësis, alia puer-  
 nus, alia cominus placet.

*O major.* O Pisonum atra-  
 te prov. & or.

*Ad rectum.* Ad perfectam  
 poëta laudem informaris.

*Tolle.* Tene memoria hoc  
 præceptum.

*Certis, &c.* In quibusdam  
 artibus mediocritatem tole-  
 rari.

*Abest, &c.* Ab eloquentia  
 Messala Oratoris ea tempe-  
 state disertissimi longe abest,  
 distat. De Messala mentio fit  
 Sat. 6. lib. 1.

*Aulus.* Aulus Cascellius Ju-  
 ris Consultus doctissimus.

*Di.*

Sed tamen in pretio est. Mediocribus esse poetis  
 Non homines, non Di, non concessere columnas.  
 Ut gratas inter mensas symphonia discors,  
 Et crassum unguentum, & Sardo cum melle pa-  
 paver

Offendunt, poterat duci quia cosa sine istis:  
 Sic animis natura, inventumque poema juvandis,  
 Si paulum a summo discessit, vergit ad imum.

*Poetices ignarus audax est, si versus faciat: quod  
 nihilominus a scribendo non deterretur, censorum  
 oculis scripta subjiciat, Et domi diu  
 castiget.*

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,  
 Indoctusque pilæ, discive, trochive, quiescit,  
 Ne spissæ risum tollant impune coronæ.  
 Qui nescit, versus tamen audet fingere. Quid nisi  
 Liber, & ingenuus, præsertim census equestrem  
 Summam nummorum, vitioque remotus ab  
 omni.

*Di.* Apollo, Musæ.

*Columna.* Librariorum pilæ, ad quas librorum venalium nomina prostabant: Bibliopola porro non facile poema vendunt, nisi perfectum sit, primæ notæ.

*Discors.* Male concinens.

*Crassum.* Obtusi, & mali odoris, pingue, & adipatum: caput ungebant sibi convivæ unguento subtili, aqua instar rosaceæ.

*Sardo.* Amaro, quia erant in Sardinia herbæ amarissimæ. unde aves mel conficiebant asperum, & amarum.

*Duci.* Produci, grata esse.

*Juandis.* Delectandis.

*Summo.* Perfecto.

*Imum.* Deterrimum: poema, nisi summum sit, sit

imium, nisi fuerit eximium, sordebit, ac repet.

*Campestribus armis.* Discoco; v. g. hasta, &c quibus in campo Martio se juvenes Romani exercebant Od. 7. l. 2.

*Coronæ.* Spectatores densi, in orbem & coronam circumstantes.

*Quid nisi?* Est objectio. Cur ego, inquiet aliquis imperitus, verius non faciam, præsertim, cum sim liber, ingenuus, idest, ortus e liberis parentibus, & census, istest, compertus in censu, & censorum lustratione habere summam equestrem, quam in eo requiritur, scilicet, qui Eques Rom. esse velit, nempe sestertia 400. Vid. Epist. 1. lib. 1.

Z

Tu

Tu nihil invita dices, faciesve Minerva :  
Id tibi iudicium est, ea mens. Si quid tamen  
olim.

Scripteris, in Meti descendat iudicis aures,  
Et patris, & nostras, nonumque prematur in  
annum.

Membranis intus positis delere licebit,  
Quod non edideris. Nescit vox missa reverti.

*Poeseos utilitas, & dignitas describitur.*

Sylvestres homines sacer interpretque Deorum  
Cædibus, & vincu sædo deterruit Orpheus,  
Dicitus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones;  
Dicitus & Amphion Thebæz conditor arcis  
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda  
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia quondam,  
Publica privatis secernere, sacra profanis:  
Concubitu prohibere vago: dare jura maritis:

*Tu nihil, &c.* Responso  
est. Alii sane licere sibi pu-  
tent scribere, modo sint li-  
beri, ingenui, probi: at tu  
hoc satis esse, ne crede; opus  
est ad id quoque genio quo-  
dam peculiari: faveat oportet  
Minerva præses artium,  
qua invita tibi sum auctor  
nihil ut facias, & moliaris.

*Id tibi, &c.* Scio te satis  
esse consultum, ut id facien-  
dum tibi putes, quod suadeo:  
qua es mente, & prudentia,  
id facies: tamen si quid scri-  
pseris, fac illud audiat, ex-  
pendatque tanquam iudex Me-  
tius; erat is Criticus emun-  
dæ naris. Sat. 10. lib. 1.

*Prematur.* Supprimatur do-  
mi tuz, in musæo tuo la-  
teat; donec intus positæ erunt  
chartæ; poteris delere, quod  
videbitur.

*Edideris.* Vulgaveris, in

lucem edideris.

*Vox missa.* Carmen editum.

*Sylvestres.* Feros, in syl-  
vis degentes, nondum extru-  
ctis urbibus.

*Sædo.* Glandibus constan-  
te &c.

*Deterruit.* Abduxit.

*Dicitus, &c.* Narrant quo-  
que Amphionem extruxisse  
Thebas saxis lyra motis, ita  
ut aliis alia se sponte super-  
ponerent; fuit ille Jovis, &  
Antiopæ filius, vates, & Mu-  
sicus præstantissimus. Cat. 8.  
lib. 3. Epist. 18. lib. 1.

*Sapientia, &c.* In eo  
consistebat omnis olim Philo-  
sophia, nempe in dividendis  
bonis privati & jusque a com-  
munibus, & publicis; in pro-  
hibendis adulteris, &c. hoc  
autem vates fascitabant, un-  
de erant in pretio, quasi ho-  
mines divini & sapientes.

*Inci-*

Oppida moliri: leges incidere ligno.  
 Sic honor, & nomen divinis vatibus, atque  
 Carminibus venit. Post hos insignis Homerus  
 Tyrtæusque mares animos in Martia bella  
 Versibus exacuit. Dicitæ per carmina sortes.  
 Et vitæ monstrata via est, & gratia regum  
 Pieriis tentata modis, ludusque reperiis,  
 Et longorum operum finis; ne forte pudori  
 Sit tibi Musa lyræ solers, & cantor Apollo.

*Procreatrices causæ Poeticæ proponuntur.  
 Natura, & Ars.*

Natura fieret laudabile carmen, an arte,  
 Quæsitum est. Ego nec studium sine divite vena,  
 Nec rude quid profero video ingenium: alterius sic  
 Altera postulat operum res, & conjurat amice.

*Qui cupit haberi Poeta, omni studio & opera  
 ad Poeticam incumbat.*

Qui studet optatam cursu contingere metam.

*Incidere. Insculpere.*

*Tyrtæus.* Fuit poeta Atheniensis, luscus, & claudus, qui dux Lacedæmonii bellum contra Messenios gerentibus oraculo datus, in suis versibus militum animos accendit, ut insignem de hoste victoriam retulerint.

*Mares.* Viriles, generosos.

*Sortes.* Oracula versibus ab Apolline reddita fuere.

*Via, &c.* Moralæ Philosophiæ præcepta versibus conscripta sunt.

*Pieriis.* Od. 2. lib. 4.

*Tentata.* Quæsitæ, collecta.

*Finis.* Reperta sunt oblectatio post longos labores, fessos animos poetico ludo, commæditis, cantilenisque recreando.

*Ne forte, &c.* Hortatus

te sum, o Piso major duorum fratrum, ut in poeticam incumberes, & carmina tua diligenter recognosceres; hæc subjeci, unde cognosceres poetæ dignitatem, ac ne te pudeat artistam præclaræ, cui præsunt Musæ, & ipse Apollo. Musam autem solertem lyræ dixit, idest, peritam, potentem.

*Quæsitum est.* Hæc agitata est inter peritos controversia, num plus ad bonum carmen faciendum valeret ars, quam natura.

*Vena.* Ingenio benigno, & locuplete. Translatio ducitur vel a fontium venis, vel a venis metallicis.

*Alterius.* Naturæ ars, artis natura operum postulat.

*Conjuras.* Conspirat ad bonum poemam efficiendum.

*Qui studet, &c.* Qui in  
 Z 2 ludis

Multa tulit, fecitque puer, sudavit, & alit;  
 Abstulit Venere, & vino. Qui Pythia cantat  
 Tibicen, didicit prius extimuitque magistrum.  
 Nunc satis est dixisse; Ego mira, poemata pango.  
 Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est,  
 Et, quod non didici, sane nescire fateri.

*Iners, & dives Poeta depingitur, qui Criticos assentatores alluciat, & falsum a vero amico non discernat.*

Ut præco, ad merces turbam qui cogit emendas,  
 Assentatores jubet ad lucrum ire poeta  
 Dives agris, dives positus in sœnore nummis.  
 Si vero est unctum qui recte ponere possit,  
 Et spondere levi pro paupere, & eripere atris  
 Litibus implicitum; mirabor, si sciet inter-

Indis Olympicis cupit alios  
 cursu vincere, & ad metam  
 primus pervenire, is cum ad-  
 huc esset puer multa tulit,  
 &c. Tibicen adhibitus ad ca-  
 mendas laudes heroum in Py-  
 thiiis, idest, ludis celebratis  
 in honorem Apollinis Py-  
 thii (sic dicti, quod serpen-  
 tem Pythonem occidisset) di-  
 didicit prius canere sub severo  
 cytharado: nos nullum in per-  
 discenda poetica laborem po-  
 nimus: satis est, ut quis poe-  
 ta sit, si dicat, ego poemata  
 mira facio, in ultimis poetis  
 numerari nolo, ac velut in  
 extremo studio relinqui, aliis  
 præcedentibus, non pudet me  
 fateri nescire, quod revera  
 nescio; palam, & aperte pro-  
 fiteri me nescire poeticam,  
 quam ignoro, quia nunquam  
 appuli animum ad eam per-  
 discendam.

*Pythia.* De istis ludis vide  
 Ovid. lib. I. Metamorph.  
 Præterea Pythia vocabantur

quædam cantica in choris co-  
 mœnarum usitata.

*Occupet, &c.* Proverbium  
 quoddam a pueris ductum,  
 qui scabiem ei imprecan-  
 tur, qui ultimus ad metam  
 pervenerit.

*Ut præco, &c.* Ordo est.  
 Poeta dives agris, & nummis  
 sœnori datis jubet ad se ve-  
 nire domum suam assentato-  
 res quibus laudet, venditetque  
 sua carmina, lucro & præ-  
 mio illis id, si faciant, pro-  
 pposito, ut præco evocat po-  
 pulum ad auctionem, & ad  
 emendas cum lucro merces.

*Si vero est, &c.* Sin: au-  
 tem est ille poeta satis dives,  
 & liberalis, ut lauto convi-  
 vio possit illos assentatores ex-  
 cipere, vadem se offerre pro  
 paupere, cujus pauperis levis  
 & suspecta est fides, &c. mi-  
 rabor si possit mendacem adu-  
 latorem a vero amico distin-  
 guere.

Noscere mendacem, verumque beatus amicum;

*Ratio deligendi Criticos, explosis assentionibus.*

Tu seu donaris, seu quid donare velis cui,  
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum  
Lætitia, clamabit enim, pulchre, bene, recte:  
Pallêscet super his: etiam stillabit amicis  
Ex oculis rorem: saliet, tundet pede terram:  
Ut, qui conducti plorant in funere, dicunt,  
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo; sic  
Derisor vero plus laudatore movetur.

*Poeta certo periculo spectare, & probare debent  
criticos suorum carminum.*

Reges dicuntur multis urgere culullis,  
Et torquere mero, quem perspexisse laborant,  
An sit amicitia dignus. Si carmina condas,  
Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.

*Donaris.* Si quid muneris dederis alicui, aut date volueris.

*Ad versus, &c.* Audiendo versus a te compositos.

*Plenum &c.* Ob munus a te acceptum.

*Pallêscet, &c.* Ad hæc carmina tua rapi se in admirationem finget, & pœne a sensibus abduci, quo tempore pallet vultus, &c.

*Rorem.* Lacrymas præ gaudio.

*Tundet, &c.* Exiliet, saltabit.

*Conducti.* Romani habebant certos homines in funeribus, qui pretio plorarent, & gemitus miserabiles ederent maxime mulieres, quas Præ-

ficas appellabant.

*Dolentibus, &c.* Quam quæ vere dolent.

*Derisor.* Assentator.

*Mitetur.* Laudat, probat.

*Urgere, &c.* Multis cyathis, seu poculis invitare, & quasi tormentum, seu questionem illis adhibere, quos velint scire an fiat amicitia sua digni, quippe cum vino maduerint, facile eorum detegunt indolem; ebrius enim celare nihil solet; deberet poeta hoc idem facere, & omnibus modis explorare illos, quos suorum carminum iudices adhibet, ac censors, ne adulator aliquis latens quasi sub vulpina pelle ipsum falleret.

Quin-



*Exemplum veri Censoris proponitur.*

Quintilio si quid recitares : corrige , sodes ,  
 Hoc , ajebat , & hoc : melius te posse negares  
 Bis terque expertum frustra , delere jubebat ,  
 Et male tornatos incudi reddere versus .  
 Si defendere delictum , quam vertere malles ,  
 Nullum ultra verbum , aut operam infumebat  
 inanem ,

Quin sine rivali teque , & tua solus amares .

*Munus fidelis emendatoris describitur : damnatur  
 indulgentia blandi correctoris , amici  
 famæ perniciofa .*

Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes ,  
 Culpabit duros , incomptis allinet atrum  
 Transverso calamo signum : ambitiosa recidet  
 Ornamenta ; parum claris lucem dare coget :  
 Arguet ambigue dictum ; mutanda notabit ;  
 Fiet Aristarcus ; nec dicet , cur ego amicum  
 Offendam in nugis ? Hæc nugæ seria ducent  
 In mala derisum semel , exceptumque sinistra .

*Poeta ineptus , qui tamen sibi plurimum placet ,  
 male accipi solet .*

Ut mala quem scabies , aut morbus regius urget ,

*Quintilio .* Etat ille Quintilius Varus poeta eximius , & censor sincerus , cujus mortem desinet lib. I. Od. 20.

*Sodes .* Oro te , amabo .

*Puffe .* Scribere .

*Defensore .* Excusare .

*Rivali .* Æmulo . Nemo etiam reperitur , qui deformes , & male tornatos versus amet .

*Signum .* Lituram .

*Ambitiosa .* Plus pompæ , ac splendoris , quam rei , & veritatis habentis .

*Aristarchus .* Fuit Grammaticus clarissimus , & acce-

ptus , qui in eo maxime operam posuit , ut germanos Homeri versus a spuris , qui in ejus opera irreplerunt , distingueret .

*Nec dicet , &c .* Non castigabit poetam lenius , aut illius delicta dissimulabit , ne amicum offendant in nugis , hæc enim delicta non sunt adeo levia , & in vera mala poetam deceptum ducent , dum ejus cacoethem scribendi fovebant , & ipsum risui omnium , cavillisque exponent ?

*Us mala , &c .* Ordo est . Omnes qui sapiunt fugiunt vela-

Aut fanaticus error, & iracunda Diana,  
 Vesanum tetigisse timent, fugiuntque poetam,  
 Qui sapiunt: agitant pueri, incautique sequuntur.  
 Hic, dum sublimes versus ructatur, & errat,  
 Si veluti merulis intentus decidit auceps  
 In puteum, foveamque, licet: Succurrite, longum  
 Clamet, Io cives; non sit, qui tollere curet.  
 Si quis curet opem ferre, & demittere funem:  
 Qui scis, an prudens huc se dejecerit, atque  
 Servari nolit? Dicam, Siculique poetæ  
 Narrabo interitum. Deus immortalis haberi,  
 Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam  
 Infiluit. Sit jus, liceatque perire poetis.  
 Invitum qui servat, idem facit occidenti ✓  
 Nec semel hoc fecit: nec, si retractus erit, jam  
 Fiet homo, & ponet famosæ mortis amorem.

vesanum poetam, ut illum, non secus atque illum, quem scabies inquinat.

*Morbus regius.* Isterum vocant, sive auruginem: eo facies ob flavam bilem abundantem, fit tota crocea, instar auri, quod metallum regium est; tum regificis epulis, & lauto victu curari fertur.

*Fanaticus* Vocabantur fanatici, qui a Diana, seu Luna percussi credebantur dementia, quæ illos huc illuc errantes ageret, & vagos, dicebantur ab Luna lunatici, fanatici vero ab fanis seu templis, quorum in foribus vulgo stabant, aut stipem ab hominibus petitari, aut Diis supplicaturi.

*Hic.* Poeta vesanus.

*Dum sublimes, &c.* Dum versus iudicio suo egregios, & sublimes, quia sublatio in cœlum vultu, eiectione capite, buccis tumidis crepat illos, ac fundit, errans temere huc illuc, si decidit in puteum, vel foveam, ut auceps me-

rulis capiendis intentus, licet longum, id est, diu, clamet, Io cives mihi succurrite, erigite me, non sit, id est, non reperitur, neminem videas, qui velit eum e puteo, vel fovea tollere. Ac si quis demittat funem, ut eum inde tollat, ego dicam illi: qui scis an sciens, volensque in puteum reciderit? addamque quo pacto interierit Empedocles poeta Agrigentinus in Sicilia, qui se in Ætnæ ignes præcipitem deiecit, frigidus id est, mentis compos, non furore, aut iræ æstuans, sua sponte, ut immortalis ac Deus nimirum crederetur. Epist. 12. lib. 1.

*Idem, &c.* Idem facit, atque ille, qui eum occideret. Hellenismus.

*Hoc fecit.* Ille poeta deiecit se in foveam.

*Homo.* Fiet sanior, & cautior.

*Famosa.* Ex qua sibi, ut Empedocles gloriam, & immortalitatem querit.

*Nec*

N. c. satis apparet, cur versus faceret, utrum  
 Minxerit in patrios cineres, an triste bidentral  
 Moverit incessus: certe furit, ac velut ursus,  
 Objectos caveæ valuit si frangere clathros,  
 Indoctum doctumque fugat recitator acerbus.  
 Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo,  
 Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

*Nec satis.* Horatius illam rationem affert, cur ei succurrendum non sit: quia forte ille poeticus furor in peccatam scelera ipsi est immixtus, v. g. quod pateraum sepulchrum, & cineres dissipaverit, ac violaverit, quod bidental calcavit: est autem bidental locus ictus fulmine quid apud veteres Romanos erat religiosus, sacrosque fiebat, terra extracta, & peracto sacrificio ex ovibus bidentibus, unde nomen doctum: eum porro locum metas erat ingredi, vel calcare.

*Incessus.* Impius, flagitiosus, non castus. Casta autem vocabantur omnia pia, &

sacra, quod pars sanctitatis magna sit testimonia.

*Caveæ clathros.* Cancellos, & septa domunculæ, qua includitur.

*Arripuit.* Veluti per vim ad se recitantem audiendum pepulit.

*Hirudo.* Sanguifuga, pisciculus instat serpentis exigui, qui nantium corpora invadit, & cuti se applicans sanguinem ita fugit, ut non mittat, seu dimittat cutem, excidatque antequam plenus sanguine sit: adhibetur ægrotis ad vitiosum sanguinem exprimendum; illi similem esse, ait Horatius, impotuntum poetam.

*Corrigente Rev. Patris Jos. B.*

F I N I S.









JAN 6 - 1930



